Ente 39
Anad 2a
Fol 12

39
2
14

# LAUREA LEGALIS

DECANA SALMANTINA

## D. D. BERNARDINI ANTONII FRANCOS VALDES,

PRIMARIÆ LEGUM CATHEDRÆ MODERATORIS ANTIQUIORIS, totius Universitatis Anteſignani; Divi Jacobi Ordinis jàm diù profeſsi in Regali Cœnobio D. Marci Legionenſis, quondàm ejuſdem Acadèmiæ Regii Colegii præfati Ordinis Collegæ, & Rectoris; deindè Vicarii Generalis Provinciæ Legionenſis in Extrematura; Giennenſis denique Epiſcopatus Gubernatoris, & Officialis generalis, Sede plena, & vacante.

PRO JURIBUS, PRIVILEGIIS, EXEMPTIONIBUS, JURISDICTIONE SPIRITUALI, AC TEMPORALI GUBERNIO QUATUOR ORDINUM EQUESTRIUM MILITARIUM,

## DIVI JACOBI, CALATRAVÆ,

ALCANTARÆ, ET MONTESÆ.

# TOM. III. PARS IV. ET V.

## INVICTISSIMO REGI CATHOLICO

# PHILIPPO V.

## DICATA.

OPUS UTILISSIMUM PRACTICIS, ET THEORICIS, AD diſcernenda privilegia, cauſas harum Militiarum decidendas, Judicibus, & Advocatis valde proficuum, ac Profeſſoribus Militaribus neceſſarium.

*CUM LICENTIIS NECESSARIIS.*

---

Salmanticæ: Ex Officina ANTONII VILLARROEL ET TORRES.
Anno M. D.C.C. XLIV.

## LICENCIA DE EL CONSEJO.

DON Miguèl Fernandez Munilla, Secretario de el Rey nueſtro Señor, y ſu Eſcribano de Camara mas antiguo, y de gobierno del Conſejo, &c.

Certifico, que haviendoſe viſto por los Señores de èl, el Tomo tercero de el libro intitulado *Privilegios, y exempciones de la Orden de Santiago*, ſu Author *el Doct. D. Bernardino Francos y Valdès*, Caballero de el Orden de Santiago, Cathedratico de Prima de Leyes de la Univerſidad de Salamanca, que con licencia de dichos Señores concedida al ſuſodicho ha ſido impreſſo, taſſaron à ſeis maravedis cada pliego, y el referido libro parece tiene noventa y ocho y medio, ſin principios, ni tablas, que à eſte reſpecto importa quinientos y noventa y un maravedis, y al dicho precio, y no mas mandaron ſe venda, y que eſta Certificacion ſe ponga al principio de cada libro, para que ſe ſepa el à que ſe ha de vender. Y para que conſte lo firmè en Madrid à veinte y nueve de Octubre de mil ſetecientos quarenta y tres.

*D. Miguèl Fernandez Munilla.*

# FEE DE ERRATAS DE EL TOMO III.

FOL.2.c.2.n.1.l.21.defendere adde ſe.f.3.c.1.n.4.l.5.Superioris,adde licentia, & n. 6.l.7.Monochus,legeMonachus,& c.2.n.9.l.21.exta,lege extra.f.4.c.1.n.10.l.24. 2.lege 79.f.6.ç.1.n.1.l.2.63.lege 65.f.7.c.1.n.4.l.8.eſſet,lege eſt,& l. 34. continentur, ege continetur.f.8.c.1.n.6.l.6.à debitore,tolle à, & c.2.n.7.l.11.c. lege lgs. f.9.c.1.n.8. .39.ſine præſer,in,& c.2.n.9.l.10.diſcreptionis,lege deſcriptionis. f.10. c.1. n.11.l.14. thenore,lege tenores.f.11.c.2.n.3.l.7.thenores,lege tenores.f.17.c.2.n.16.l.20. conſervatores,lege conſervatorias,& n.17.l.5.collatas,lege collata,& l.7.conceſsis ,lege conceſas.f.18.c.2.n.20.l.10.Illis,lege illis.f.20.c.2.n.28.l.7.Suppriorііs,lege Supprioris. f.25. c.2.n.41.l.2.militant,lege militat,f.26.c.2.n.1.l.27 judicari,lege judicare. f 27. c.2.n.3. l.21.abſulite,lege abſolute.f.35.c.2.n.4.l.23.1505.lege 1501.f.38.c.2.n.13.l.20. à , lege ac,& f.39.c.2.n.16.l.6.à,lege ac.f.40.c.1.n.16.l.33.1481.lege 1485.f.40. c.1. n.20. l.4. primi,adde qui.f.41.c.2.n.21.l.19.clauſulæ, lege clauſula , & in eadem pertinent , lege pertinens.f.43.c.1.n.23.l.15.eformandum,lege eformatum.f.45.c.2.n.28.l.14.proviſsiones,adde Eccleſiaſticæ.f.47.c.2.n.33.l.32.repetim,lege reperint,& n. 34.l.14.eligatura, lege eligatur.f.49.c.2.n,37.l.12. iſam,lege ipſam,& l,43.militæ,lege miliciæ. f.50.c.1.n. 38.l.40.præcingant,lege præſigant.f.51.c.2.n.41.l.43.Thomæ,lege Thomas.f.52.c.1.n. 42.l.8.primo,lege vel.& n.44.l.15. quia,lege qua,& l.32.videtur,lege videntur. f.54.c. 1.n.47.l.3.civilium,lege civilibus,& l.4. criminalium,lege criminalibus, & c.2.l. 15 denotat Univerſitate,lege operabitur ad Univerſitatem,& l.23.certus,lege ſi certior.f.55. c.1.n.49.l.4.quorum;lege quibus,& n.49.l.8.immæmorialem, lege in immemorialem, & l.43.patronatus,lege Patronus.f.57.c.2.n.54.l.4.lib.3.adde cap.10.f.59.c.1. n.60. l.34. Gotholoniæ,lege Cathalauniæ.f.61.c.1.n.66.l.1. Catholicum, lege Catholicorum. f.67. c.2.n.77.l.28.exercitabilis,lege expectabilis,& lin.35.Chriſtianus.lege Chriſtianas,& in eadem,orai,lege oras.f.69.c.1.n.80.l.24.omibus,lege omnibus.f.73.c.1.n. 86.l. 8. Vicariis,lege Vicarii.f.75.c.1.l.12. quomodelid,lege quomodolibet,& c.2.n.89.l.10. verſatos,lege verſatas.f.80.c.1.n.92.l.16.legitimas,lege legitimus,& lin.25.nervium,leg. nerbuum.f.83.c.2.l.36.Magiſtratuum,lege Magiſtratum. f.92.c.1. n.102. l.8. ordines, lege ordine.& l.39.examinatione,lege examinationem.f.93.c.1.l.40. concedenda, lege concedendas.f.94.c.2.n,107.l.2.majore,lege majori.f.95.c.1.n.108.l.2.majore,lege majori, & n.109.l.7.majore,lege majori.f.106.c.2.n.3.l.18.pag.72.lege 79.f.117.c.2.n.7. l.40.f. 136.f.118.c.1.n 7.l.27.nobis quibuſcumque,lege rebus quibuſcumque. f.120. c.2.n.11. l.41.indulgent,lege indulgens.f.124.c.1.n.16.l.49.Archiadiaconatum , lege Archiadiadecconatum.f.133.c.2.n.11.l.8 ſummus,lege ſumus. f.138.c.1. n.3.l.21. ſuberectæ, lege ſubereptæ.f.139.c.1.n.4.l.5.incapacitates,lege incapacitas.f.143.c.2.n.10.l.44. prohibitis,lege prohibitius.f.150.c.1.n.6.l.25.ordiri,lege ordinum,& c.2.n.7.l.4. confitendum, lege conficiendum.f.154.c.1.n.2.l.7.atque,lege atqui.f.156.c.1.n.6.l,35.diverſitate,adde deduci.f.158.c.2.n.10.l.13.moveri,lege movere.f.161.c.2.n.1.l.23. reſcriberit, lege reſcripſerit.f.162,c.1.n.7.l.2.debeæt,lege debet.f.163.c.1.l.41.le, lege lo. f.184. c.1. n. 50.l.16.accidiit,lege accidit.f.185.c.1.n.52.l.26.crecal,lege grecam.f.186.c. 2. n.55. l. 28.conſilii,lege conſiliis,& l.29.conſiliariis,lege conſiliarii.f.187.c.2.n.57.l.42.licet, lege licite.f.190.c.2.l.10.circuncinca,lege circuncicta.f.202.c.1.n.10.l. 13. f. 206. c. 2.n. 26.l.45.recentiori,lege receptiori.f.214.c.2.n.6.l.49.ergo,lege etiam. f. 216.c.1. n. 8.l. 21.aliquare,lege aliqua re.f.230.c.2.n.4.l.18.illis,lege illi.f.237.c.2.n. 11.l. 18.illiis,lege illis.f.238.c.2.n.12.l.50.ſiſe,lege fine.f.241.c.2.n.17.l.29.tale,lege tali.f.249.c.1.n.27.l. 5.pronibiti,lege prohibiti,& c.2.n.28.l.10.operare,lege operari.f.250.c.1.n.4.l.12.velè lege vel è.& l.16.ſodacij,lege ſodalicij,& l.ſeq.ſublatum,adde fuit.f.288.c.1.n. 19. l.10. fuit,lege &,& l.13.ſimiliter,& c.2.l.9.pertineant,lege pertineat.f. 289.c. 2. n. 21. l. 13. crudelitatem,lege credulitatem.f.295.c.1.n.35.l.5.prædictia,lege prædicta, & n. 36. l.3. filiæ,lege filias.f.297.c.1.n.39.l.17.nove,lege novo.f.300.c. 1.l.10.requiruntu , lege requiruntur.f.302.c.1.n.4.l.10.deſidnant,lege deſinant,& c.2.n.7.l.14.remititiuntur, lege remittuntur.f.307.c.1.n.6.l.4.ſponſalitia,lege ſponſalia.f.309.c.2. n. 2. l. 14. præ, lege pro.f.318.c.2.n.9.l.20.tu,lege ut.f.328.c.2.n.5.l.20.deponer,lege poner. f.329. c.1.n.6. l.6.preſſen,lege preſten.f.333. c. 1. n.1.l.14.encerradas,lege encerrados.f.338.c.2.n. 13 l.15.garegationis,lege agregationis.f.340.c.1.n.19.l.9.aleam, lege aream. f. 341. c. 1.n. 21.l.4.acceptaſſet,lege acceptare,& n.22.l.12.ob ſtanti,lege obſtanti. f 342. c.2.n. 25.l. 4. Givalanus,lege Givalinus. f. 350. c. 2. n. 1. l. 16. ſæculrris , lege ſæcularis. & l. 19.

ſer-

ſervitutum, lege ſervitutem. fol. 356. c. 1. n. 14. l. 15. Conventum, lege Conventuum. fol. 357. c. 1. n. 17. l. 20. Ordiniis, lege Ordinariis, & l. 38. fuerit, lege fuerit. f. 363. c. 2. l. 28. ſtatutus, lege ſtatus fol. 367. c. 1. n. 3. l. 9. fuiſſe, lege fuiſſe, & c. 2. n. 10. l. 8. fuerint, lege fuerit: f. 370. c. 2. l. 25. ad, lege ac. f 371. c, 1. l. 19. at, lege ad. fol. 372. c. 2. l. 5. gaudiat, lege gaudeat. fol. 374. c. 2. l. 1. cauſuum, lege caſuum. f. 383. c. 1. l. 29. aut adminiſtrare, lege ut adminiſtratore. f. 389. c. 2. l. 11. cunferre, lege conferre, & l. 21. moreantur, lege morantur. fol. 390. c. 1. l. 28. ant, lege aut, & c. 2. l. 33. Ordinum, lege Ordinem, & l. 39. Fratris, lege Fratres, & l. 43. domeſticis, lege domeſticos. f. 392. c. 1. l. 22. terrias, lege terreas. f. 393. c. 2. l. 23. tua, lege tuta. f. 394. c. 1. l. 48. digant, lege degant.

Vidi librum, cujus titulus eſt, *Juris Ordinum Militarium* Tomus tertius, Pars quarta, & quinta; & notatis his mendis ſuo prothotypo fidelitèr reſpondet. Datum Matriti 24. Octobris anno 1743.

Dum Corrector abeſt generalis

*Lic. D. Ferdinandus de Acuña*
*& Figueroa.*

INDEX

# INDEX,

## TRACT. QUÆST. ASSERT. CAP. ET EXEMP. QUI, QUÆ VE, IN HOC III. TOM. ET PART. IV. ET V. CONTINENTUR.

## TRACT. I.

### DE HABILITATE AD MUNERA PUBLICA.


QUÆST I.

*AN Religioſi Clerici Militarium Ordinum, tam conventuales, quam non conventuales, poſsint comparere in judicio, tanquam actores ad agendum, ſivè tanquam rei ad ſe defendendum.* Fol. 2.

Quæſt. ii.

*Coram quo Judice conveniendi ſunt pro ſuis debitis, Religioſi Militares, & Monaſteria? & de Judicibus Conſervatoribus.* Fol. 5.

Quæſt. iii.

*An poſsint Clerici Fratres horum Ordinum eſſe Judices ſæculares, aut Regii Conſiliarii?* Fol. 26.

Queſt. iv.

*Utrum Clerici Fratres Ordinum poſsint, immo debeant eſſe Regii Conſiliarii eorumdem Ordinum.* Fol. 34.

Queſt. v.

*An Clerici Fratres poſsint exercere officium advocatorum?* Fol. 98.

Quæſt. vi.

*An teſtes eſſe poſsint dicti Religioſi Clerici?* Fol. 106.

Quæſt. vii.

*An dicti Religioſi Clerici, poſſint fideiuſſores exiſtere?* Fol. 107.

Queſt. viii.

*An dicti Religioſi poſsint eſſe tutores?* Fol. 109.

Quæſt. ix.

*Utrum dicti Rreligioſi Clerici poſsint executores teſtamentarii exiſtere?* Fol. 110.

TRACT. II.

Quæſt. unic.

*Clerici Fratres Ordinum Militarium, & ſpeciatim Miliciæ D. Jacobi, velut Regulares Canonici obtinere valent Dignitates, Præbendas, & ſæcularia Beneficia, etiam in ſententia magis ſtricta.* Fol. 112.

Aſſertio ii.

*Juris Regula ſtatuens*, Beneficia Regularia Regularibus, & Sæcularia Sæcularibus conferri debere *minime comprehendit Fratres Ordinum Militarium, ſpeciatim Divi Jacobi.* Fol. 126.

Aſſertio iii.

*Deciſsiones Sacræ Congregationis Concilii Epiſcoporum, & Regularium, & Rotæ adductæ adverſus præcedentem aſſertionem minime, eis refragantur; & cætera fundamenta Authorum contra Fratres Militares ſcriben-*

*bentium omnino enerbantur.* Fol. 135.

Assertio iv.

*Statutum Ecclesiæ excludens omnem professum in Religione Monachali non comprehendit Ordinum Militarium professos, & præcipuè Jacobæos.* Fol. 146.

Assertio v.

*Statutum Ecclesiæ prohibens admitti ad Canonicatum, Dignitatem, aut Præbendam, professum in Ordine Clericali, non comprehendit Militares, & præsertim Jacobæos.* Fol. 153.

Exemplar.

*Facti Ecclesiæ Cathedralis Gienensis contingentia cum Authore, & diversi casus aliorum in aliis Ecclesiis.* Fol. 161.

Tract. iii. Quæst. unic.

Caput i.

*An Religiosi, & Clerici sæculares docere Jus Civile publicè valeant?* Fol. 169.

Caput ii.

*Firmatur conclusio negativa, cum universo jurium, & Authorum numero, qui stant pro hac sententia.* Fol. 189.

Caput iii.

*In quo proponuntur solutiones juribus, & Authoribus, necnon rationibus, quibus nititur sententia opposita.* Fol. 198.

Caput iv.

*Quo exagitantur singularia, quæ pro Religiosis Militaribus faciunt, ut licitè, & decentèr docere valeant Jus Civile publicè in Scholis.* Fol. 210.

Caput v.

*Oppositæ sententiæ Patris Mendo enervantur fundamenta.* Fol. 228.

PARS V.

In qua de Monialibus.

TRACTATUS I.

DE FUNDATIONE CONVENtuum Monialium, & earum origine.

Quæst. i. Fol. 279.

Quæst. ii.

*Quinam sit numerus Monialium in unoquoque Monasterio habendus?* Fol. 297.

Quæst. iii.

*Ad quem expectet potestas Moniales ad Habitum recipiendi.* Fol. 298.

Quæst. iv.

*An recipiendæ ad Chorum possint transire ad statum conversarum, vel è contra.* Fol. 299.

Quæst. v.

*Quæ qualitates desiderentur in Monialibus ad Habitum recipiendis?* Fol. 300.

Quæst. vi.

*Quos Habitus, quasque vestes portent Noviciæ, seu Professæ Moniales, & simul conversæ?* Fol. 303.

Quæst. vii.

*Quæ ætas requiratur in Monialibus ad profitendum in his Ordinibus.* Fol. 304.

Quæst. viii.

*An annus noviciatus debeat integre adimpleri, & quæ circunstantiæ, & conditiones præcedere debent*

*bent profitendis Monialibus.* Fol. 305.

TRACT. II.

De profeſsione Monialium Militarium, & quid obſervare debeant poſt illam emiſſam.

Quæſt. i.

*Quænam fuerit olim forma profeſsionis dictarum Monialium, & hanc conjugalem caſtitatem tantummodo profiterentur.* Fol. 308.

Quæſt. ii.

*Qualem formam obſervent dictæ Moniales in ſua profeſsione, & quare?* Fol. 312.

Queſt. iii.

*An potuit Magnus Mag. Cardenas, in Capitulo Generali ſtatuere, ut dictæ Moniales votum caſtitatis non conjugalis profiterentur in facto illo contingenti?* Fol. 305.

Queſt. iv.

*Utrum Moniales horum Ordinum in ſua profeſsione Concilium Tridentinum ſervare teneantur?* Fol. 324.

Queſt. v.

*An votum paupertatis Monialium Ordinis D. Jacobi diferat à voto paupertatis Fratrum Militum dicti Ordinis, vel potius conveniat cum voto paupertatis Clericorum? Et quid de Monialibus aliorum Ordinum.* Fol. 325.

Quæſt. vi.

*Quid contineat votum obedientiæ, quod emittunt Moniales, & quibus obedire debeant?* Fol. 327.

TRACT. III.

De clauſura Monialium Militar.

Quæſt. unic.

*An Moniales harum Militarium teneantur ad obſervandam clauſuram.* F. 332.

TRACT. IV.

De electione Prælatarum Monialium horum Ordinum.

Quæſt. i.

*Ad quem ſpectet electio ipſarum Prælatarum, & quomodo fieri debet talis electio.* F. 344.

Quæſt. ii.

*De electricibus, & quas qualitates habere debeant ad eligendam Prælatam.* Fol. 349.

*Utrum Bulla, quæ incipit* Apoſtolici Miniſterii, *& aliàs vulgo dicitur de Belluga comprehendat Ordines Militares Hiſpaniæ.* Fol. 349.

*Exponuntur fundamenta, in quibus Decreta omnia Bullæ* Apoſtolici Miniſterii *à Sanctiſsimo D.N. Innocentio XIII. ſuper diſciplina Eccleſiaſtica in Regnis Hiſpaniarum expeditæ, & à Majeſtate Regis noſtri Catholici efflagitate, nituntur.* Fol. 369.

*An Famuli, qui continuo pernoctant, & inſerviunt Conventibus Militaribus in communi, vel in particulari ſeú quod magis eſt, in Collegiis ſimili modo aſsiſtunt, ſeù commorantur adimpleant præceptum annuale confeſsionis, communionis in ipſis Conventibus, ſeù Collegiis reſpectivè; vel poſsint eis in articulo mortis miniſtrari Sacramenta, & ſepeliri in ſuis Eccleſiis, vel Cappellis terreis, quim præjudicetur jus Parochiale.* Fol. 389.

IHS.

# JURIS ORDINUM MILITARIUM.

## TOMUS III. PARS IV.

## IN QUA DE EXERCITIIS CONgruentibus Clericis Fratribus.

## TRACTATUS I.

### DE HABILITATE AD MUNERA PUBLICA.

*An Religiosi Clerici Militarium Ordinum, tàm conventuales, quàm non conventuales, possint comparere in judicio, tanquam actores, ad agendum, sive tanquam rei ad se defendendum.*

SUMMARIUM.

*Religiosus professus nequit per se comparere in judicio, sive reus, sive actor sit, excipitur Novitius ab hac Regula, & quare. n.1.*

*Nec convenire, nec conveniri potest sine Superioris licentia, nec Monasterium, nisi quatenùs fuit factum locupletius, & hoc ex contractu ante professionem gesto. n.2.*

*In causis criminalibus benè potest Religiosus professus conveniri, & se defendere absque licentia superioris, & constituere per se Procuratorem. n.3.*

*Pro injuria verò sibi illata rectè potest constituere Procuratorem pro ea vindicanda, nisi Prælatus præsens sit, seù ejus procurator. n.4.*

*Injuriam factam Religioso remitere valet Prælatus, illo invito, contra Farinac. qui asseruit concurrere debere remissionem Prælati, & Monasterii, cujus opinio vera est, si ex injuria Monachi aliqua in sequatur Monasterio: quia tùnc Prælatus cum consensu sui Capituli potest remittere. n.5.*

*Patris, aut filii Religiosi occisio peti nequit à Religioso, seù ejus Monasterio, nec remitti, etsi contigisset ante ingressum in Religionem: sed limitatur hæc Regula in Religionibus, quæ in bona Religiosi non succedunt, & pro nostra citatur stabilim. n.6.*

*Si Religiosus interfectus sit, nec ad patrem, nec ad filium acusatio spectat, sed*

*ſed ad Monaſterium, & ipſi pœna eſt aplicanda n.7.*

*Quoad ſibi competentia ratione juris adquiſiti per profeſsionem, vel ingreſſum in Religionem poteſt Religioſus agere etiam ſine licentia Prælati. n.8.*

*Prædicta intelligenda ſunt de conventualibus, de non conventualibus, hoc eſt beneficiariis, aliud dicendum eſt, nempe, ſine Superioris licentia poſſe accuſare, agere, & tranſigere, ſed qui extra Conventum habent ſimplicem adminiſtrationem, in his non comprehenduntur. n.9.*

*Idem quòd dicitur de beneficiariis, ſenciendum eſt de Religioſis conventualibus miſsis cum licentia Prælati ad ſtudium in iis, quæ geruntur ratione ipſius ſtudii, quin neceſſaria ſit nova licentia, & exponitur ſtabilimentũ non eſſe in praxi, in eo quòd prohibet Equites jurare poſſe in judicio ſine Magiſtri licentia. n.10.*

## *QUÆSTIO. I.*

1 VEriſimum profecto eſt, Religioſum regulariter non habere perſonam legitimam ſtãdi in judicio, ſivè tanquam actorem ad agendum, ſivè tanquam reum ad ſe defendendum; niſi ex licentia ſui Superioris: nec in hoc differt à ſervo, & filiofamilias contra quos, vel pro quibus nequit fundari judicium, niſi in caſibus à jure expreſsis *l. lis nulla, l. vix. ff. de judic. l. ſervus C. eodem tit.* atque ita tenent DD. *in cp. cum dilecta de reſcript. & authent. cauſa, quæ fit cum Monacho, C. de Epiſcop. & Cleric.* Navarr. *comm. 2. de Regul. n. 63.* & alios referens Thom. Sanch. *lib. 6. Decalog. cap. 12. n.1.* quod non eſt intelligendum de Novitio, qui accuſare, & defendere poteſt, atque tranſigere, & pacem inire ratione contractus cum eo initi, vel pro injuria, ſivè ſibi, ſivè ſuis irrogata. Ratio eſt: quia nondum verus Religioſus eſt. *cap. Religioſo §. quamvis de ſentent. excommunicat in 6.* tenet Plaz. *de delict. cap.42. fin.* Farin. *in prax. crim. tom. 1. tit. de accuſat. q. 13. n. 23.* quòd nemo contradicit, ait Sanch. *ubi ſup. n.34.*

2 Cum ergo Religioſus nequeat comparere in judicio, deducitur primò, eum non poſſe convenire, nec conveniri ratione contractus cum eo initi poſt emiſſam profeſsionem ſine ſui Superioris licentia: neque Monaſterium tenetur reſpondere, niſi inde factum ſit locupletius; ſed imputet ſibi, qui cum perſona incapaci contraxit, ita tenet Specul. *tit. de actor. §. unico n.6.* Sanch. *ubi ſupr. n. 2. fin.* at verò ſi agatur de contractu, ſeù ære alieno, quo erat aſtrictus ante Religionis ingreſſum, tùnc non ipſe Religioſus, ſed Monaſterium, ſeù ejus procurator tenetur reſpondere; ſed non ultra bona, quæ à Monacho Monaſterium accepit, condemnandum eſt, ut probat *text. d. l.10.* ubi Greg. Lop. *v. de bela*, Sanch. *ubi ſup.* qui addunt, narrationem facti tùnc concipiendam eſſe in perſonam Monachi: quia cum eo geſtum eſt negotium; at concluſio, & ſententia condemnatoria in bonis facienda, debent ad Monaſterium referri, quod ſi Monachus ante profeſsionem bona ſua in favorem alicujus perſonæ renuntiaverit, in perſonam illam ſententia condemnatoria facienda eſt.

3 In cauſa verò criminali, ſi actio contra Religioſum intentetur, non Monaſterium, ſed Religioſus ipſe conveniendus eſt: quia legitimam perſonam habet ad ſe defendendum, etiam ſine licentia Superioris, & ſic contra eum formandus eſt libellus, prout etiam ſervus, non Dominus convenitur ob delictum à ſervo commiſſum *l. penul. in fin. C. de noxial.* ubi ita docet Bald. *n. 1.* Specul. *tit. reo §. unic. n. 19.* Thom. Sanch. *ubi ſup.* qui dicit hoc caſu poſſe Religioſum conſtituere Procuratorem.

4 Quod ſi Religioſo inferatur injuria, nequit ipſe agere, ſi præſens

sit Prælatus cui subest, vel ejus Procurator : nam id munus Superioris est, secùs eo absente, nec Procuratore relicto: quia tùnc ex præsumpta Superioris voluntate ageret, ut constat *ex l.* 10. *tit.* 9. *part.* 6. ibi : *Su Mayoral puede mandar por èl*, tradit ibi: Greg. Lop. Navarr. *comm.* 2. *de Regul. n.* 29. & 64. Plaza *de delict. cap.* 47. *n.* 17. Cevall. qui alios allegat *in suis quæst. comm. q.* 446. *n.* 14. Farinac. *ubi supr. q.* 13. *n.* 24. Sanch. *ubi sup. n.* 5. ibi alios refert.

5 Unde integrum est Prælato, eam injuriam remitere, etiam in vito Religioso, ut tradit Navarr. *ubi sup. n.* 64. Sanch. *n.* 6. contra Farin. qui, multis allegatis, inquit, nec solùm Monachum, nec Monasterium sufficere, sed utrumque debere remitere : quòd utique verum est quoad injuriam factam Religioso; at verò quoad injuriam factam Monasterio ex injuriato Monacho provenientem, potest Prælatus cum consensu sui Capituli, etiam Monacho invito, remitere, & hoc voluerunt Boer. & Navarr. quos pro sua opinione allegat Sanch.

6 Quòd si Pater, aut Filius Religiosi interfecti sint, nec Monacho, nec Monasterio competit jus accusandi, aut pacis ineundæ, cum injuria nullatenùs dicatur illata Monasterio: quare nec agere, nec transigere potest, nec id potest Monochus : quia licet occisi proximior sit, non tamen habet legitimam personam comparendi in Judicio : atque ideò nequit accusare, & consequenter nec inire pacem : ita tenet *ubi sup.* Farin. *n.* 6. & Sanch. *n.* 36. ubi etiam, quod si Monacho irrogata sit injuria ante Religionis ingressum, vel ante illum pater ejus, aut filius occisi sunt, nec Religiosus, nec Monasterium habent accusandi jus, nec pacis ineundæ, sed jus istud remanet pœnes filios, vel consanguineos interfecti proximos. Quàm sententiam limitat Sanch. *ubi sup. n.* 38. in Religionibus, quæ in bona Religiosi non succedunt. Id quòd probatur in lib. stabiliment. nostri Ordinis *tit.* 23. *cap.* 3. dum statuitur ibi, posse Religiosum Militem ex licentia Magistri remitere injuriam ante ingressum in Religionem sibi illatam, pacemque inire.

7 Sed si non pater, nec filius Monachi interfecti sint, sed ipse Religiosus, jus accusandi, & injuriam remitendi, non ad patrem, nec ad filium Monachi, sed ad Monasterium spectat, cui etiam pœna aplicanda est: ita post longum examen concludit Sanch. *ubi sup. n.* 39. & 40.

8 Posse Religiosum, si vellit, agere, ut in Religione retineatur, vel ab ea expulsus restituatur, vel ne illi alimenta debita à Monasterio, aut expensæ denegentur, vel de jure, quòd habent ferendi suffragium sedendi in choro, & super quocumque alio jure sibi competenti per professionem, & electionem, &c. (nam his, & similibus casibus integrum est Religiosis sine licentia sui Prælati agere) tradunt Navarr. Azor. & alii apud Sanch. *lib.* 6. *cap.* 12. *n.* 16.

9 Hactenùs dicta de Religiosis Clericis conventualibus intelligenda sunt : nam de beneficiariis aliud dicendum est, nempe eos posse accusare, transigere, atque pacem inire, si sibi injuria irrogetur, & posse agere, & comparere in judicio sine alicujus Superioris licentia, ut probat *text. in cap. cum deputati, de judic.* tradit Speculat. *de actor. n.* 48. Navarr. *ubi supra n.* 64. & Sanch. *dict. lib.* 6. *cap.* 12. ubi ait, hoc solùm habere locum in eo Religioso, qui titulum beneficii habet saltem manualem: quia non sufficit habere simplicem administrationem, qualem habet, qui prædia, sivè Villam Monasterii gubernat, seù Ecclesiam mandat, & impensis Monasterii: quòd notandum est pro his Religiosis, quos in Ordine nostro S. Jacobi Sergentes appellamus, qui extà Conventum prædia administrant, seù aliam sui Conventus administrationem ha-

habent. Quòd temperandum eſt, niſi ita à ſuo Superiore abſint, ut commodè abſque periculo in mora non poſsit haberi ejus reſponſum; ſic Navarr. *ubi ſup. n.* 65. & Sanch. *n.*15. coram quo tamen judice conveniendi ſunt dicti Religioſi beneficiarii, ſivè pro contractibus, ſivè pro delictis, alibi dictum eſt.

10 Hoc ipſum procedit in Religioſis conventualibus, quando ſunt in ſtudio de licentia Prioris, ſeù alterius legitimi Prælati, in aliqua Univerſitate extra Collegium ſui Ordinis: nam eo ipſo, quòd licentia ſtandi in ſtudio conceditur, cenſetur etiam conceſſa licentia agendi, ac ſe defendendi in geſtis ratione ſtudii, & pro ſpolio ſibi facto, ſivè injuria illata: quia conceſſo aliquo, intelliguntur conceſſa omnia, ſine quibus commodè vivi nequit *Regul. conceſſo de Reg. jur. in* 6. *cap. præterea*, & *cap. prudentiam* §. 6. *de offi. delegat. docet gloſſ. penult. cap. non dicatis* 12. *q.* 1. *cap. ex parte v. licet. de accuſat. l. ſi longius fin. ff. de judic.* Navarr. Azor. & Sanch. *ubi ſup. ubi n.*14. inquit, quod tùnc Religioſus poteſt habere vocem in electionem Rectoris, ſeù Cathedratici inſtar aliorum ſcholaſticorum: & eſt veritas: tametſi in ſtabiliment. Ordin. S. Jacobi *pag.*72. de Fratribus Militibus dicatur: *Han de pedir licencia à ſu Maeſtre para jurar ſolemnemente en juicio, y pleitear*, quod non ſervatur.

*Coram quo judice conveniendi ſunt pro ſuis debitis, Religioſi Militares, & Monaſteria, & de Judicibus Conſervatoribus.*

## SUMMARIUM.

*Religioſi conventuales conveniendi ſunt pro debitis contractis poſt profeſsionem. n.*1.

*Monaſterium non tenetur ex contractu, vel debito contracto undecumque, niſi verſum illud ſit in utilitatem ipſius, vel locupletius factum fuerit; ſed ſi Religioſus peculium habuerit, ex eo tenetur Monaſterium, & minimè ad amplius. n.*2.

*Coram quo judice debita Monaſterii ſint petenda dubitatur: & aſſeritur coram Judice Ordinario Eccleſiaſtico convenienda, ſi Judices ſpeciales non habeant: quia ſi eos habent, aſsignatur praxis, quæ ſervanda eſt. n.*3.

*Aſſeritur Abbates, & Monaſteria in cauſis civilibus debere jure communi conveniri coram judicibus Ordinariis. n.*4.

*Contrarium firmant alii AA. ob varia privilegia Ordinibus conceſſa, quæ enumerant haud derogata à Concil. num.*5.

*Doctrina Cencii de cenſibus allegatur in favorem proximè antecedentis opinionis. n.*6.

*Sunt multi, qui pro tributo, & cenſu ferunt Judicem Secularem poſſe rem Monaſterii, vel Eccleſiæ capere, vel retinere, donec fiat ſolutio, licet aliqui contrarium teneant. n.*7.

*Adducitur etiam ad idem aſſumptum doctrina Gutierr. qui addit non poſſe eligi Judicem Conſervatorem à Religioſis pro animalibus detentis à Judice Seculari, niſi caſu, quo non admittat cautionem damni. num.*8.

*Pro omiſſa deſcriptione animalium Conventus, ſi judex Laicus juxta legem Regiam velit compellere Prælatum, quocumque modo procedat, poteſt eligere Judicem Conſervatorem. n.*9.

*Citantur Bullæ conſervatoriæ conceſſæ noſtris Ordinibus, & S. Joannis Hieroſolym. n.*10.

*Probatur Bullas prædictas non fuiſſe revocatas à conſtitutionibus Clem. VIII. & Gregor. XV. n.*11.

*Proſequitur probatio alia, ut minimè intelligantur revocatæ prædictæ Bullæ. n.* 12.

*Alia probatio non revocationis. n.*13.

*Arguitur contra: quia Gregor. XV. in ſua conſtitutione facit expreſſam mentionem harum Militiarum. n.*14.

*Iterum arguitur ex prædicta conſtitutione Gregoriana. n.*15.

*Reſpondetur fundamento primo contrariæ opinionis, n.*16. *Reſ-*

*Reſpondetur ſecundo ejuſdem opinionis. n.17.*

*Denique reſpondetur tertio. n.18.*

*Si hæc opinio prævaleat in cujuſdam ſenſu conſervatoriæ in Ordinibus, ut valdè reſtrictæ habendæ ſunt. n.19.*

*Deſignatur forma conceſſionis Bullarum Ordinibus conceſſarum Conſervatoriarum. n.20.*

*In hac opinione non poterunt Militares convenire alios, ut reos: quia conſtitutio Gregoriana illud prohibet. n.21.*

*Judex Conſervator eligi ſolet à Senatu Ordinum, ſed non ideo privantur Equites, & Clerici, & Moniales facultate eligendi, quem voluerint pro oportunitate negociorum, & temporis. n.22.*

*Judices Conſervatores eligendi, debent eſſe in dignitate conſtituti. n.23.*

*Ad res, vel cauſas expreſſas in Bullis debent eligi, & non amplius. n.24.*

*A ſententiis Conſervatorum appellandum eſt ad Sedem Apoſtolicam. n.25.*

*Intelliguntur verba Conſervatoriæ S. Pii V. ibi:* Salvis decretis Concil. Trid. *&c. n.26.*

*Referuntur aliqui, qui poſſunt eligi in Conſervatores noſtrorum Ordinum, & hujuſmodi alii. n.27.*

*Suppriores Conventuum in Sede vacante, & in abſentia Priorum poſſunt eligi in Conſervatores. n.28.*

*Suppriores creati per conſtitutiones ſuorum Ordinum, ut ipſi ſuccedant in locum Priorum in abſentia, & vacante poſſunt eligi in Judices Conſervatores: aliud verò dicendum eſt de Vice-Rectore, niſi ſit creatus Sede vacante ab Univerſitate. n.29.*

*Suppriores nullam habere dignitatem convincitur, tàm à jure, quàm à conſtitutionibus Ordinum Militarium. n.30.*

*Suppriores non ſunt propriè Prælati, ſed quaſi, nec in dignitate Priorum ſuccedunt. n.31.*

*Suppriores, ut diximus, æquiparantur Prioribus clauſtralibus, ſed Priores clauſtrales non poſſunt eligi in Judices Conſervatores, ergo nec Suppriores. n.32.*

*Vicarii generales Epiſcoporum ſunt in dignitate Eccleſiaſtica conſtituti, itaque poſſunt eligi in Conſervatores. n.33.*

*Vicarii generales Priorum Militarium omnimodam juriſdictionem in ſuis Prioratibus exercentes poſſunt eſſe delegati Papæ, & Conſervatores. n.34.*

*Rectores Collegiorum Militarium: quia propriè non ſunt Prælati Regulares, deducit Author contra Mend. non poſſe eligi in Judices Conſervatores ex ratione hic tradita. n.35.*

*Secunda ratio quare non poſsint eligi in Conſervatores. n.36.*

*Tertia ratio præſtatur, ut non poſsint eligi. n37.*

*Aliæ rationes tribuuntur, ut prædictum aſſertum firmetur. n.38.*

*Priores Militares ſine ulla diſtinctione ſunt Prælati Regulares in rigoroſo ſenſu. n.39.*

*Rejicitur ſententia P. Mend. n.40.*

*Commendatarius Calatravenſis non poteſt eligere in Conſervatorem Priorem, ſeù Adminiſtratorem Calatravæ, & ſic de cæteris. n.41.*

*Idem quòd dicitur de Ordine Calatravenſi, ſenciendum eſt de aliis Ordinibus, ſcilicet, quòd non poſsint eligere Conſervatores, perſonas ſuorum Ordinum. n.42.*

*Capitulum generale unius Ordinis non poteſt eligere Prælatum alterius Ordinis, qui ſit ſub regimine, & obedientiâ Regis noſtri tanquam perpetui Adminiſtratoris: v.g. Ordinis D. Jabobi Prælatum Alcantaræ, vel Calatravæ, aut Monteſæ. num. 43.*

## QUÆSTIO II.

1 COram quo Judice convenien-di ſunt ſinguli Religioſi conventuales pro debitis contractis poſt profeſsionem? Fatentur omnes, quòd conveniri debent coram ſuis Prælatis conventualibus, ita docet Man. Rod. *qq. Reg. tom. 2. q. 63. art. 5. & tom. 1. q. 65. art. 13.* Joann. Gutierr. *lib. 4. pract. quæſt. q. 64. verſ. in 2. caſu*, & probatur à contrario ſenſu Concil. Trident. *ſeſſ. 7. cap. 14.* ibi, *extra Monaſterium degentes* ergo degentes intra Monaſterium coram ſuis propriis

Prælatis conveniendi ſunt Navarr. *comm.* 2. *de Regul. n.*63. *verſ. add.*3.

2 Eſt advertendum, quòd de contractibus àReligioſo poſt profeſsionem initis, debitis vè ex delicto, aut abſque illo contractis, Monaſterium non tenetur, quando abſque legitima Superioris licentia ſunt initi hi contractus, aut æs alienum ſic contractum eſt, niſi aliquid in Monaſterii utilitatem verſum ſit, indeque effectum locupletius: tenebitur enim tùnc, quoad eam quantitatem,ſic docetSanch. *lib.*7. *decalog. cap.* 31. *n.*9. Hieron, Rod. *reſolut.*35. *n.*3. tamen ſi Religioſus conventualis Militaris peculium, ſeù aliquam pecuniæ ſummam poſsideat de licentia ſui Prælati ad poſsidendum, donandum, & expendendum in uſibus piis, aut licitis, & honeſtis, ut fieri ſolet, tùnc debitum à tali Religioſo contractum tenebitur ſolvere Monaſterium, ſi in dictam pecuniæ ſummam ſucceſit, quantum ad eam, & non amplius: quia ſi Religioſus potuit illam de licentia ſui Prælati alienare, multo magis potuit eam obligare, addunt Sanch. & Hieron.Rodr. *ubi ſupr.* Contractus initos à Religioſo abſque Superioris licentia, non eſſe irritos, ſed in favorem Monaſterii tantum valere, ſed nos in propoſito caſu ſupponimus licentiam Prælati non deficere.

3 Difficultas conſiſtit in diſcernendo coram quo judice ſunt petenda debita reſpectu Monaſterii contracta, Joann.Gutierr. *in ſuis pract. qq. lib.* 3. *cap.*10. *per tot.* reſolvit, poſſe Religioſos in caſu præmiſſo conveniri coram Judice Ordinario Eccleſiaſtico, quòd inquit omnino probare text. ab argumento à ſimili in Concil. Trident. *ſeſſ.*7. *cap.*14. Ubi ſtatuitur, quòd Religioſi extra clauſtra degentes conveniendi ſunt pro debitis civilibus coram Epiſcopo, ſi Judicem deputatum non habent: ergo idem eſt dicendum pro debitis, reſpectu Conventus contractis à Religioſis extra clauſtra degentibus, cum nullum Judicem habeat Monaſterium coram quo conveniantur: quia Prælati Religioſorum ſunt partes formales, cùm debita ſint contracta per eos, eorumque Monaſteria, vel eorum nomine, & mandato, ad ipſorum omnium in communi utilitatem;& ita Prælati prædictorum Monaſteriorum nequeunt eſſe Judices contra ſe in cauſa propria: ac propterea, ſi in hoc caſu deberent creditores recurrere ad Provinciales, vel alios Prælatos Superiores eorundem Religioſorum abſentes à loco contractus, eſſet iniquum,atque in maximum diſpendium creditorum, necnon, & ipſorum Religioſorum: quia nullus vellet eis merces, & pecunias ſuas credere, nec cum ipſis commertium habere, ob defectum Judicum,qui eis facile juſtitiam miniſtrare poſsint, ac plerumque contingeret, plus expendi opportere pro recuperatione debitorum ſuorum, quam ipſa debita eſſent; ſicque potius eligerent ea amitere, quàm expendere de ſuo pro eorum exactione. Et aſsignat Gutierr. praxim, quæ habenda eſt videlicet, ut ordinarius, producto libello contra Prælatum, & Conventum, jubeat eis intimari, & quòd tertio die reſpondeant, quòd ſi illi compareant cum electione ſui Judicis Conſervatoris, & petant ad ipſum cauſam remiti, tùnc prævio hujus articuli examine, ad ipſum cauſa remitenda erit, niſi aliud juridicum obſtaret: aliàs à ſuo Judice Conſervatore ordinarius excommunicari poterit. Quòd ſi Religioſi hoc nõ oppoſuerint, ordinarius juxta juris ordinem in cauſa procedat: quòd obſervari in Regali Chancellaria Pinciana firmat Gutierr. *ubi ſup.* idem Gutierr. *lib.* 4. *ſuarum pract. qq. q.* 64. Ceball. *in ſuis commun. quæſt. q.*897. *n.* 813. cum duplici ſeq. *ubi ſup.* ait prædictam praxim vigere in Tribunali Tolet. & eam menti tenendam commendat: tenet etiam Cochier. *de juriſdict. in exemptos tom.*2. *q.* 102. *n.* 13. latè, & eruditè D.Hieron.

à Leiva *in quodam tract. pro jurisdict. ordinaria contra exemptos.* Ubi de consuetudine Archiepiscopalis Audientiæ Hispalensis, ita servari firmat, & probat.

4 Pro quibus conducere videntur (ait Hieron. à Leiv, *ubi supr. fol.* 53.) ea, quæ Man. Rod. *q.* 62. *art.* 5. *qq. Reg.* dixit: cujus verba, non ut Authoris tantum, sed ut testis regularis, hinc inferi utile visum fuit, ibi: *Quòd vero attinet ad Abbates, & Monasteria nulli dubium esset ab Episcopis jure communi debere judicari, ut aliqua jura satis innuunt, quòd ea ratione ostenditur, cum à suis Monachis judicari non possint, argumento aliquorum Canonum, oportebat, ut ab Episcopis judicarentur, ne spectaretur Roman. Pontif. Judicium, quòd si Monasteria similiter conveniantur, proculdubio, nec jure communi, nec jure speciali Abbas judex esse potest, ut unanimi omnium consensu suprà dicti AA. volunt, & idem erit de aliis Universitatum, aut Collegiorum Rectoribus dicendum: quia cum Collegia sua defendere teneantur, ut in jure dicitur, & ipsi quasi partes ad judicium vocentur, fieri non potest, ut ipsi simul sint Judices, & actores, vel rei. Nec suprà dictis obstat privilegium Clem. IV. dicentis, quòd Fratres Minores, nec ratione delicti, nec ratione contractus, seù rei, de qua contra ipsos Fratres agitur, possent coram locorum Ordinariis conveniri, nec illi, quoad hoc, suam in ipsos jurisdictionem exercere, decernens irritum, & innane quidquid secùs factum, vel attentatum fuerit, ut in lib. monument. Ordin. continentur, quàm concessionem Sixt. IV. confirmavit, & latè in mari magno Carmelit. & Prædicat. & Augustinens. habetur* (potuit addere, & Jacobitanorũ ex privilegio Martin. V. à S. Pio V. & aliis Pontificibus confirmato, quo gaudent alii Militares Religiosi) *nam respondetur quòd suprà dicta privilegia, & similia Regularibus concessa, sunt fortè intelligenda, ut procedant quando adsunt Judices Regulares, coram quibus ipsi Monachi pro debitis civilibus possint conveniri, ac ubi desunt tales Judices, quia longissimè absunt, & ad eos non possint creditores, sine maximo eorum incommodo addire. Ego intelligo prædicta privilegia locum minime habere posse, non enim privilegia cum magno tertii nocumento conceduntur, nec censentur concedi.* Ita Man. Rod.

5 Sed alii contrarium tenent, nempè pro debitis respectu Monasteriorum contractis conveniendos esse Religiosos, & eorumdem Monasteriorum immediatos Prælatos coram suis Superioribus Regularibus, videlicet Provincialibus, aut Generalibus, seù Capitulis generalibus, aut provincialibus, & in his Ordinibus coram magno Magistro, hoc est coram supremo dictorum Ordinum Senatu, non coram Episcopis, à quorum potestate, & jurisdictione exempti sunt Regulares per innumera privilegia, quorum aliqua referunt Man. Rod. & Joann. de la Cruz infrà allegandi. Nec dicta privilegia derogantur à Concil. Trident. *in cap.* 14. *sess.* 7. nisi in causis tantum mercedum, & miserabilium personarum pro Religiosis extra claustra degentibus, etiamsi certum Judicem in partibus habeant: in aliis autem casibus, si ipsum Judicem non habuerint, poterunt coram Ordinario loci, tanquam delegato Sedis Apostolicæ conveniri: hoc enim voluit Concil. Trident. de Religiosis extra claustra degentibus, secùs de illis, qui intra claustra degunt, nec de Religiosis extra claustra degentibus, licet inferre ad eos, qui intra claustra degunt: hi enim cùm secundùm Regularia statuta degant, voluit Concil. ut suis fruantur privilegiis, ita ut si respectu singulorum debita contrahant, coram suorum Monasteriorum immediatis Prælatis conveniantur: si autem debita nomine Monasteriorum contrahantur, Monasteria ipsa, seù eorum Procuratores, aut Prælati immediati coram Superioribus Provincialibus, aut Generalibus conveniendi sunt in quibuscumque causis, non coram Ordi-

nariis Eccleſiaſticis, nec Conſervatoribus, ita tenet Man. Rod. *quæſt. Reg. tom.1. q.65. art.13. & tom.2.q.2.art.8.* & tenet Navarr. *comm.2. de Reg. n.96.* dicens, ſe olim reſpondiſſe non potuiſſe Vicarium cujuſdam Epiſcopi Regni Neapolit. cognoſcere de quodam cenſu, qui petebatur à quodam Conventu Ordinis Minorum habentium extenſionem, ſicut habent aliæ Religiones, cùm derogatione *cap. volentes*: quia Fratres non degebant extra Monaſterium, tenet etiam Fr. Cruz *de ſtatu Relig. lib. 2. cap. 10. dub. 6. per tot.* Ubi ait, ſic fuiſſe judicatum in Tribunali Toletano per D. Dionyſium de Melgar, illius Tribunalis Vicarium generalem, & ſic inquit male facere ordinarios, qui injuſte aliquando cogunt Religioſos, ad creandos Judices Conſervatores pro iſtis debitis. Portell. *in dub. Reg. verb. Conſervator n.* 8. Mirand. *in man. Prælat. tom.2. art.10.* Villalob. *in ſumm.2. p. tract.35. diffic. 6. n.8.* noviſsimè Hieron. Rod. *in comp. qq. Regul. reſol.33. n.26. cum triplici ſequent.* Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. allegat. 106. n.40. cum duplici ſequent.*

6 Accedit elegans doctrina Felician. *in 2. tract. de cenſib. lib.2. cap.3. à n.* 13. ubi quærit, quo remedio ſuccurri poſsit creditori ad exigendas penſiones decurſas celeriter, & facile à Monaſterio exempto à debitore; & coram quo Judice peti valeant? & primum arguit dicens, eſſe remedium utile, & peremptorium, ut Prælatus, & Conventus ſe ſubjiciant ordinarii poteſtati, & ſic ejus juriſdictioni conſentiant; quo caſu poterit Epiſcopus, ejus vè generalis Vicarius cognoſcere de cauſa Monaſterii exempti, & in ejus bonis manus injicere pro redditibus decurſis. Sed contrarium verius eſſe firmat, videlicet non poſſe Monaſterium exemptum renuntiare exemptioni, nec Ordinarii juriſdictionem prorogare expreſsè, vel tacite, etiamſi ad id conſenſus Miniſtri generalis accedat: & tandem *n.*18. concludit dicens, quare ipſe magis ſentio, nullum in propoſito excogitari poſſe remedium ſufficiens, præter quam quòd addeatur legitimus Superior exemptæ Religionis, vel Nuntius Apoſtolicus, qui exemptorum eſt Judex: & hæc praxis uſu recepta eſt Archiepiſcopatu Hiſpalenſ. & Epiſcopatu Cordubenſ. & in aliis.

7 Quod ſi alicui rei, quæ pertinet ad Monaſterium, aut Eccleſiam eſſet appropriatum aliquod tributum, aut cenſus impoſitus, tùnc pro exactione illius tributi, ſeù cenſus, aut laudemii poteſt Judex Secularis procedere, non contra Eccleſiam, ſeù Monaſterium, ſed contra rem ipſam, eam in pignus capiendo, aut retinendo, donec fiat ſolutio debiti: ita tenet Bald. *in l. his C. de Epiſcop. & Cleric.* Inn. *cap. poſtulaſti de foro comp.* Hoſtiēſ. *in ſumm.* Gregor. Lop. *in l. 55. tit. 6. p.1. verb.* prendando, Queſſad. *diverſ. qq. cap. 4. n. 3. & ſeqq.* Acebed. *gloſſ. 11. in l.11. n.8. & ſeqq. tit. 3. lib. 1. recop.* Joann. Gutierr. *lib. 1. pract. qq. q. 4. n. 2. & lib.2. q.132.* & alii, quos refert, & ſequitur Bobad. *in ſua politic. lib.2. cap. 18. n.204.* Ubi etiam dicit, non poſſe Judicem capere illa bona Eccleſiæ pro exactione dicti debiti, & ſic inquit intelligendam eſſe *l.5. tit. 6. p.1. & l.11. tit.3. lib. 1. recopilat.* & allegat Joann. Andr. *in cap. verum de foro comp.* & Greg. Lop. *ubi ſup.* dicentes poſſe donatorem, ſeù venditorem illius rei tributariæ capere illam ſua propria authoritate in defectu ſolutionis talis tributi, nec tum poterit Monaſterium eligere conſervatorem contra Judicem Secularem, ſolùm pro retentione dicti tributi, videatur Barboſ. *de jure Eccl. lib.1. cap.39. §.2. n.* 105. & 106. Cevall. *comm. contra comm. q.* 899. *n.* 80. *& ſeqq.*

8 Hinc infert Joann. Gutierr. ad quæſtionem, quam de facto aſſerit ſe habuiſſe, nempè, quòd licet Judex Secularis nequeat agere contra Clericos, ſeù Eccleſiam pro damnis à ſuis

pe-

pecoribus datis, qui conveniendi sunt coram suo Judice Ecclesiastico : at potest Judex ille Laicus procedere contra eorum animalia damnum dantia in fructibus, & aliis rebus alienis pro pœnis ab statutis Civitatis, vel Villæ in positis juxta *text. in l. 12. tit. 13. lib. 1. recopilat.* Et idem tenet Fr. Man. Rod. *qq. tom. 1. q. 65. art. 14.* dicens, non posse Religiosos eligere Conservatorem contra Judicem Secularem, solùm propter detentionem ipsorum animalium ; ea ratione : quia prædicta animalia sunt de jurisdictione Ecclesiastica, cùm revera non sint, sed de foro Seculari: addit tamen, quòd pro sola detentione animalium à judice lata, quando ipsa detentio fuerit injusta: quia forte nullum damnum intullerunt, & si intullerunt, parati sunt Monachi sufficienter satisfacere damno : & sufficientē cautionē præstantes, possunt Religiosi, si Judex Secularis nolluerit dimitere ea, nisi priùs fieret realis restitutio, creare Judicem Conservatorem, cum ipsis inferatur gravis injuria, tùm in animalibus detentis, tùm etiam in sua exemptione ; cùm per privilegia conservatoriarum Bullarum, non solùm personæ Regulares, sed etiam bona mobilia, & immobilia eorum ad protectionem, & defensionem Judicum Conservatorum spectent, videri potest Emman. Rod. *ubi sup.* & Gutierr. *lib. 1. practic. qq. q. 4.* Mirand. *ubi sup. art. 11.* Portell. *in dub. reg. v. Conservator n. 9.* Hieron. Rod. *in comp. qq. Reg. resol. 33. n. 15.* Dian. *resol. moral. tom. 3. tract. 7. resol. 20. fine* : Et nota, quòd in hoc casu poterit Religiosus extra claustra degens coram suo Judice Ecclesiastico querellari.

9 Illud etiam verum est posse Religiosos eligere Conservatorem, quando ratione damni à suis animalibus illati conveniuntur coram Judice Seculari, aut Ecclesiastico : siquidem personæ Religiosorum sunt exemptæ, & non possunt conveniri, nisi coram suo Judice Regulari. Unde dicendum est, quòd si denuntiatum fuerit coram Judice Seculari de aliquibus Religiosis, eo quòd animalia sua minimè descripsissent juxta *l. 13. tit. 18. lib. 6. recop.* sub pœna amissionis eorundem, prædictum Judicem Secularem minimè esse competentem contra Religiosos, eo ipso, quòd adversus personas eorum quibus imputatur culpa ex omissione discreptionis, non coram Judice Conservatore, ut inquit Joann. Gutierr. infra referendus, sed coram suo Judice Regulari, ut advertenter inquit Man. Rod. *ubi sup.* esset agendum, præcipue cum animalia ipsa nullum damnum dedissent, sed Domini eorum omisissent prædictam descriptionem, & sic de eorum negligentia agatur: quo circa possunt Religiosi Conservatorem eligere, qui ipsos in sua exemptione conservet, & coram ipso dicta causa peragatur, sic Joann. Gutierr. *dict. lib. 1. q. 4. n. 4.* Man. Rod. *num. præcedent. allegat.*

10 Occasione prædictorum me continere non valeo, aliqua de potestate conservatorum Ordinum Militarium libari : planum est Militares Ordines speciales litteras conservatorias pro conservatione suorum jurium, privilegiorum, jurisdictionum, & exemptionum variis temporibus à Summis Pontificibus obtinuisse : pro Ordine S. Jacobi Leo. X. & Clemens VII. ac demum S. Pius V. suas Bullas conservatorias expedierunt. Pro Calatravensi Ordine Bullam expediit Inn. Pap. III. & pro Ordine Alcantaræ Clem. VII. & Clem. VIII. Bullas conservatorias in ampliſsima forma concesserunt, ut videre est in Bullario Alcantaræ *p. 120.* Denique pro Ordine S. Joannis Pius V. Gregor. XV. & Urban. VIII. similes Bullas concessere, ut in Bullario dicti Ordinis circa has Bullas late egit eruditus Vir P. Mend. *tract. de Ordin. disq. 2. q. 4. à n. 115. usque ad 144.* sed non in omnibus fœliciter ut mox probabimus.

11 His privilegiis conservatorii

nihil esse detractum per constitutiones Clem. VIII. & Gregor. XV. illa *anno* 1592. expedita,& incipit *Sanctissimus*, hæc, quæ similiter incipit *Sanctissimus* expedita *anno*.1621.quas afferunt Barbos. *de potestat. Episcop. allegat.* 106. Tambur. *de jure Abb. tom.* 3. *disp.* 17. *q.*11.Probatur primò : quia S.Pius Pap. V. in narrata Bulla conservatoria pro Ordine S. Jacobi, inquit: *Indultum à se, ac à suis prædecessoribus Leone X. & Clement. VII. nullis aliis privilegiorum concessionibus posse derogari, aut censeri derogatum, nisi de toto thenore, & datis præsentium expressa mentione habita, & derogatio, suspensio, limitatio, revocatio, aliaq̃ præfata de Militiæ hujusmodi administratoris pro tempore existentis expresso consensu factæ fuerint,& si aliter revocari,derogari,suspendi,& limitari contigerit derogationem, revocationem, suspensionem, & limitationem præfatas, nullius esse roboris,vel momenti* : ut id totum, & aliæ validissimæ clausulæ in d. Bulla videri possũt:ea vero:*nec illas sub quibus vis similium, &c. usque ad rem, & vim validi, & stipulati contractus inter sedem, & militiam præfatas habere.*

12 Secundo probatur : quia dicta Bulla conservatoria fuit concessa ob benemerita, ac obsequia in Ecclesia Dei à Regularibus Militaribus dicti Ordinis collata, ut in ipsa Bulla notatur, ibi: *Dum attentius inter nostræ mentis arcana recolimus egregiam operam antiquitus per eos, qui pro tempore fuerunt,Magistros,& Administratores, ac dilectos filios milites, & personas Militiæ S. Jacobi.*Unde dictum privilegium esse remuneratorium, vim validi contractus oneros, & remuneratorii habens, ut notatur in dicta Bulla : *Et vim validi, & stipulati contractus inter sedem, & militiam præfatas habere*, & ideo, nisi ex magna causa, & remuneratione secuta valeat revocari,*pluribus relatis* Thom. Sanch. *de matrim. lib.*6.*disp.*33. *per totam.*

13 Quia ad revocationem prædictæ Conservatoriæ requiritur expressus administratoris dicti Ordinis consensus, ibi : *Aliaque præfata de Militia hujusmodi Administratoris expresso consensu* : qui quidem consensus, sivè tacitus, sivè expressus an adfuerit ? nullibi constat, ac ideo aliunde probari debet, eo quòd clausula illa conditionem importet, ac ideò requirat plenam consensus probationem, ut per Dec. *cons.* 327. Put. *decis.*36.*de privileg.* Felin. *in rubr. de probat. n.*3.Ruyn.*cons.*68.*lib.*1.

14 Sed quia nisi tota lege perspecta non potest certum proferri judicium, ex Bullis citatis unam pro cunctis ad litteram transcribam, prout jacet in Bullar. nostri Ordin. *fol.*519. *anno* 1566.*scriptur.*1.quæ sic se habet.

*PIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, AD PERPETUAM REI MEMORIAM.*

1 *Dum attentius inter nostræ mentis arcana recolimus egregiam operam antiquitus per eos, qui pro tempore fuerunt, Magistros, & Administratores, ac dilectos filios, Conventum, Milites, & personas Militiæ S. Jacobi de Spata sub Regula S. Augustini in Mauris, & aliis, qui magnam Hispaniarum partem occupaverant, in fidelibus ab avitis sedibus non solùm arcendis, sed etiam per quam plures periculosas pugnas, tandem cum Domini Exercituum adjutorio profligandis, & à Patria expellendis, Deo, & Ecclesiæ Sponsæ suæ, patriæque variis temporibus hactenùs impensam, & quam impigre, quoties sese ad id offert occasio, impendere conantur, dignum, quin potius debitum existimamus, ut exemptiones, & privilegia, quæ illis virtutum, laborumque suorum intuitu per Sedem Apostolicam concessa sunt, quo firmius illibata persistant, auctoritatis nostræ præsidio roboremus.*

2 *Sane carissimus in Christo filius noster Philippus Hispaniarum Rex Catholicus, qui etiam dictæ Militiæ perpetuus Administrator per Sedem Apostolicam deputatus existit, tàm suo, quàm dilectorum filiorum Conventus, Priorum,*

*Præ-*

*Præceptorum, Fratrum, Militum, & aliorum Religioſorum, ac perſonarum dictæ Militiæ nominibus nuper exponi fecit, quòd cum Militia ipſa in Hiſpania contra Mauros, alioſque Catholicæ Fidei hoſtes antiquitus per Sedem prædictam ſalubriter inſtituta, ac diverſis privilegis, & indultis decorata fuerit, ut eo firmius bella Domini Exercituum prælietur, ejuſque Priores, Præceptores, Fratres, Milites, & aliæ perſonæ præfatæ Regularia Militiæ inſtituta ferventiori Religionis zelo amplexentur, obſervent, & exequantur, cuperet ſua ſibi privilegia, & indulta hujuſmodi per Sedem eandem inconcuſſe præſervari. Quare pro parte tàm Philippi Regis, & Adminiſtratoris, quàm Conventus, Priorum, Præceptorum, Fratrum, Militum, & aliorum Religioſorum præfatorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenùs privilegiis, indultis, exemptionibus, immunitatibus, & aliis facultatibus, & gratiis ſibi conceſſis præfatis robur Apoſtolicæ confirmationis adjicere, ac aliàs ſibi in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.*

3 *Nos igitur, qui ſalubrem Religionum quarumlibet, & maximè Militiarum ad Catholicorum Regum preces per Sedem eandem inſtitutarum directionem, ac immunitatum, & privilegiorum ſibi tanquam de republica Chriſtiana benemeritis per dictam Sedem conceſſorum illæſionem, & præſervationem ſincero deſideramus affectu, Philippum Regem, & Adminiſtratorem, ac Conventum, Priores, Præceptores, Fratres, Milites, & alios Religioſos præfatos, & eorum ſingulos à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, necnon omnium, & ſingulorum privilegiorum, prærogativarum, immunitatum, exemptionum, libertatum, indulgentiarum, conſervatoriarum, facultatum, indultorum, & aliarum gratiarum per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac Sedem eandem Militiæ, ejuſque Prioribus, Præceptoribus, Diffinitoribus, Fratribus, Militibus, & aliis perſonis præfatis hactenùs conceſſorum, ac litterarum deſuper confectarum thenores præſentibus pro expreſſis habentes hujuſmodi ſupplicationibus inclinati omnia, & ſingula privilegia, prærogativas, immunitates, exemptiones, libertates, indulgentias, conſervatorias, facultates, indulta, & alias gratias Militiæ præfatæ ejuſque Magiſtro Adminiſtratori, Conventui, Prioribus, Præceptoribus, Diffinitoribus, Militibus, Fratribus, & aliis perſonis præfatis per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac Nos, & Sedem prædictam hactenùs quomodolibet conceſſa, necnon ordinationes, & ſtatuta ab exordio fundatæ Militiæ uſque in præſentem diem per eos, dictamque Sedem edita, ac proùt illa concernunt omnia, & ſingula quibuſvis litteris Apoſtolicis, documentiſque deſuper confectis contenta, & inde ſecuta quæcumque, licita tamen, & honeſta, ac ſacris Canonibus non contraria, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium confirmamus, & approbamus; ac illis perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, omneſque, & ſingulos juris, & facti defectus, ſiqui forsàn intervenerint in eiſdem, ſupplemus, ac potiori pro cautela eadem omnia, & ſingula privilegia, prærogativas, exemptiones, facultates, indulgentias, conſervatorias, indulta, & alias gratias eiſdem modo, & forma, quibus Militiæ ejuſque ſuperioribus, & perſonis præfatis per dictos prædeceſſores conceſſa ſunt, illis de novo eadem auctoritate concedimus, & innovamus, necnon eadem ordinationes, & ſtatuta ſimiliter de novo perpetuò ſtatuimus, & ordinamus.*

4 *Et cum aliàs, poſtquam fœl. record. Leo Papa X. prædeceſſor noſter claræ memoriæ Ferdinando Aragonum, & utriuſque Siciliæ Regi Catholico, qui etiam Magiſtratus Militiæ præfatę perpetuus, dum viveret Adminiſtrator per dictam Se-*

*dem*

dem deputatus erat, & tùnc exiſtentibus Prioribus, Præceptoribus, & Fratribus dictæ Militiæ; ac eorum ſingulis univerſos pro tempore exiſtentes Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, & perſonas in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutas, ac Cathedralium Eccleſiarum Canonicos, ipſorumque Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum Officiales, Conſervatores, ac Judices in perpetuum contra omnes, & ſingulos Archiepiſcopos, & alios Eccleſiarum Prælatos, ac Clericos, & Eccleſiaſticas perſonas, necnon Duces, Marchiones, Comites, Barones, Nobiles, Milites, & Laicos, Communia Civitatum, Univerſitates, Oppidorum, Caſtrorum, Villarum, & aliorum Locorum, ac alias ſingulares perſonas Civitatum, & Diœceſum, ac aliarum partium occupantes, & occufacientes Caſtra, Villas, & alia Loca, necnon terras, domos, poſſeſsiones, jura, juriſdictiones, privilegia, & indulta, ac fructus, cenſus, redditus dictæ Militiæ, illiuſque domorum, & membrorum, & nonnulla alia bona mobilia, & immobilia ſpiritualia, & temporalia ad Ferdinandum Regem Adminiſtratorem, ac Priores, Præceptores, & Fratres etiam ratione ſuarum perſonarum, necnon Militiam, ac Domos, & membra hujuſmodi legitimè ſpectantia, & per illorum detentores indebite occupata, ſive ea detitentibus præſtantes auxilium, conſilium, vel favorem, ac etiam nonnullos partium præfatarum, qui eiſdem Ferdinando Regi, & Adminiſtratori, ac Prioribus, Præceptoribus, & Fratribus ſuper præfatis Caſtris, Villis, Locis, terris, domibus, poſſeſsionibus, juribus, juriſdictionibus, privilegiis, & indultis, ac fructibus, cenſibus, redditibus, & proventibus eorundem, & aliis bonis mobilibus, & immobilibus, ſpiritualibus, & temporalibus, ac aliis rebus ad eoſdem Ferdinandum Regem, & Adminiſtratorem, ac Priores, Præceptores, Fratres, Militiam, domos, & membra etiam ut præfertur ſpectantibus, ipſorumque Ferdinandi Regis, & Adminiſtratoris, Priorum, Præceptorum, & Fratrum Officialibus, ſervitoribus, & Vaſſallis multiplices moleſtias, injurias, & jacturas inferentes, etiam extra loca ipſorum conſervatorum exiſtentes, itaquòd Ferdinandus Rex, & pro tempore exiſtens dictæ Militiæ Magiſter, ſeù Adminiſtrator, Priores, Præceptores, & Fratres, necnon Officiales, ſervitores, & Vaſſalli, ſeù eorum aliquis ex quarumvis ſimilium, vel diſsimilium litterarum, & conceſsionum vigore coram aliis, quam ipſis Conſervatoribus, coram quibus paratos ſe aſſerebant de ſe quærellantibus in juſtitia reſpondere, vel eorum aliquo pro quibuſcumque cauſis nequirent conveniri, cum poteſtate citandi etiam per edictum conſtito ſummariæ, & extrajudicialiter de non tuto acceſſu, ac aliis facultatibus, clauſulis, & decretis etiam formam Quinterni Chãcellariæ Apoſtolicæ excedentibus per quaſdam litteras ſuas conſtituerat, & deputaverat, pro parte inclytæ memoriæ Caroli V. Romanorum Imperatoris, quã etiam Caſtellæ, Legionis, & Aragonum, ac Siciliæ Rex exiſtebat, ſuo, & tùnc Priorum, Præceptorum, Militum, & Fratrum dictæ Militiæ nominibus piæ memoriæ Clementi Papæ VII. etiam prædeceſſori noſtro, expoſito, quòd poſt conſtitutionem, & deputationem hujuſmodi, tàm à Leone præfato, quàm etiam ab ipſo Clemente prædeceſſoribus diverſæ litteræ conſervatoriæ dilectis filiis Salmanticenſ. & de Alcalà deHenares, Toletanæ, ac Valliſoleti Palentin. Diœceſum Studiorum Rectoribus, & Univerſitatibus, necnon Toletan. Hiſpalenſ. Legionenſ. Burgenſ. Cordubenſ. Gienenſ. Gadicienſ. Pacenſ. & diverſarum aliarum Eccleſiarum Capitulis, illarumque particularibus perſonis conceſſæ dicebantur, per quas juriſdictio, & poteſtas Conſervatorum, & Judicum ſupradictorum, ipſiuſque juriſdictionis explicatio impediri poterant, idem Clemens prædeceſſor ſupplicationibus ipſius Caroli Imperatoris, & Regis, qui præfato Ferdinando in Magiſtratu prædicto ſucceſſerat, inclinatus, litteras præfatas cum omnibus, & ſingulis in eis contentis clauſulis, ita quòd ſupradicti Conſervatores, & Judices per

illas

illas deputati communiter, vel divisim ad illarum executionem in omnibus, & per omnia juxta earum continentiam, & tenorem perpetuo procedere, ac Magistrum, seù Administratorem, Priores, Præceptores, & Fatres Militiæ hujusmodi, eorumque Officiales, Servitores, & Vassallos tùnc, & pro tempore existentes, cum ab eis, vel eorum Procuratoribus forent desuper requisiti, contra inferentes injurias, seù gravamina, vel damna super bonis, juribus, privilegiis, & indultis, ac aliis in ipsis litteris contentis, manutere, & conservare valerent, etiam in omnibus, & per omnia perinde, ac si aliæ litteræ conservatoriæ præfatæ nullatenùs emanassent, etiam per suas litteras innovaverit, & de novo concesserit, prout in singulis litteris præfatis plenius continetur; cumque, sicut eadem expositio subjungebat, post ultimas Clementis prædecessoris litteras hujusmodi multæ aliæ Conservatoriæ, & Judicum deputationes in favorem præfatorum, ac quam plurimorum aliorum Studiorum, sivè Universitatum generalium, ac Cathedralium, Collegiatarum, aliarumque Ecclesiarum Capitulorum, necnon Compostellan. Cœsaraugustan. Valent. Granaten. Conchen. Carthagin. Seguntin. Segobien. Palentin. Oxomen. Abulen. Placentin. Salmantin. Caurien. Civitaten. Ovetens. Aurien. Tuden. Lucen. Astoricen. Mindon. Zamoren. Gadien. Almarien. Marroquitanen. aliorumque Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum, Priorum, & aliarum Dignitatum majorum, sivè minorum, & particularium personarum Ecclesiarum, Monasteriorum, Conventuum, aliorumque locorum secularium, & diversorum Ordinum, etiam Mendicantium Regularium, ac Hospitalis S. Joannis Hierosolymitan. aliarumque Militiarum, Hospitalium, Universitatum, & Communitatum, tàm per præfatum Clementem, quàm cæteros, qui ab eo fuerunt, Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac etiam Nos, & Sedem prædictam, illiusque Legatos sub diversis formis, ac verborum expressionibus factæ, concessæ, innovatæ, & ampliatæ fuerint, & ulterius Venerabilis Frater noster Archiepiscopus Toletan. Conservator Supremus omnium appellationum à gravaminibus, seù sententiis quorumcumque aliorum Conservatorum in Regnis Hispaniarum existentium Apostolica auctoritate specialiter constitutus extiterit, ac diversa alia de novo emanaverint, per quæ illi, quominus singulis litteris præfatis libere, uti & per appellationem à suis Conservatoribus præfatis ad dictam Sedem Apostolicam immediate recurrère possint, ac aliàs effectus litterarum, tàm Leonis, quàm Clementis prædecessorum prædictorum, necnon Conservatorum, & Judicum per illas deputatorum facultas, & jurisdictio frequenter impediatur, ac propterea Militia præfata, & singularis illius personæ Sedi præfatæ immediatè subjectæ in Prioratibus, Præceptoriis, Beneficiis, juribus, jurisdictionibus, bonis, proprietatibus, fructibus, censibus, aliisq; rebus, necnon Officialibus, Vicariis, Servitoribus, & Vassallis præfatis, & diversis aliis sæps numero gravamina, injurias, & incommoda recipiant in eorum detrimentum, & sibi attributæ exemptionis lesionem, singulas Leonis, & Clementis prædecessorum litteras hujusmodi, ac quoad illarum totalem effectum consequendum, primò dictos Conservatores, necnon Philippum Regem, & pro tempore existentem Magistrum, seu Administratorem, ac Priores, Præceptores, Fratres, Officiales, Servitores, Vassallos, ac quoscumque alios in ipsis litteris comprehensos, eorumque Magistratum, Conventus, Prioratus, Bajulivas, Præceptorias, Ecclesias, Officia, & Loca quæcumque, etiam quoad præeminentias, jura, & jurisdictiones, & generaliter omnia, quæ ad honorem, utilitatem, & exemptionem præfatæ Militiæ, illiusque Magistri, seù Administratoris, aliorumque supradictorum, quocumque jure, titulo, sivè causa pertineant, & pertinent, in pristinum, & eum, in quo ante illarum concessionem quomodolibet erant, statum, auctoritate Apostolica, & tenore prædictis res-

*reſtituimus, reponimus, & plenarie reintegramus.*

5 *Ac Toletan. & aliorum Conſervatorum, ac Judicum conſtitutiones, & deputationes, earumque innovationes, & ampliationes præfatas in ea parte, quæ primò dicti Conſervatores, & Judices, quominùs juriſdictionem, auctoritatem, poteſtatem, & facultatem ſibi per ſingulas litteras præfatas attributas libere exercere, ac Philippus Rex, & pro tempore exiſtens Magiſter, ſeù Adminiſtrator, ac Priores, Præceptores, Fratres, & alii in ipſis litteris contenti, illis uti, & ab ipſorum ſuorum Conſervatorum ſententiis, decretis, declarationibus, gravaminibus, aliiſque actibus quibuſcumque ad Sedem præfatam, & Romanam Curiam immediatè appellare, provocare, & recurrere, cauſaſque appellationum hujuſmodi inibi proſequi valeant, quomodolibet impediuntur, ac impediri, ſeù alias illis in futurum quomodolibet præjudicari poſſint, revocamus, ac ſuperinde confectas litteras, necnon proceſſus per eas habitos, & inde ſequuta quæcumque caſſamus, & annullamus, ac pro nullis, irritis, & viribus carentes decernimus.*

6 *Et inſuper, ſalvis tamen decretis Concilii Tridentini de Conſervatoribus, & exemptibus loquentibus, ſtatuimus, & ordinamus, quod deinceps in perpetuum idem Philippus Rex, & pro tempore exiſtens Magiſter ſeù Adminiſtrator, ac Priores, Præceptores, Fratres, Officiales, familiares, ſervitores, Vaſſali, & alii, ut præfertur, expreſsi, ubicumque ſint, vel degant, aut permaneant, ratione præmiſſorum, aut quorumque aliorum in ipſis litteris contentorum coram aliis, quam ſupradictis ſuis Conſervatoribus, & Judicibus conveniri, aut ad alios conveniendos compelli, nec ab eis aut eorum geſtis præterquam à diffinitivis ſententiis, ſeù vim diffinitivæ habentibus appellari, & tùnc appellationum cauſæ, tàm in perſonalibus, quàm realibus, ac mixtis cauſis, tàm activè, quàm paſsivè interponendarum, non niſi ad Sedem præfatam immediate, & non alibi referri ac inibi dumtaxat audiri, & terminari poſſint.*

7 *Diſtrictius inhibentes Toletan. etiam tanquam ſupremo, ac aliis præfatis, cæteriſque Judicibus, & Conſervatoribus, necnon Archiepiſcopis, Epiſcopis, Capitulis, Conventibus, Univerſitatibus, locis, & perſonis quibuſcumque præfatis, eorumque ſingulis ſub excommunicationis majoris latæ ſententiæ, ac amiſsionis perpetuæ ſuorum Privilegiorum, Conſervatoriarum, facultatum, & exemptionum quoruncumque, tàm præſentium, quàm futurorum, ne per quaſcumque litteras, ſeù privilegia, facultates, & indulta, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, necnon conſiſtorialiter, ac intuitu, conſideratione, contemplatione, vel ad inſtantiam Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, & aliorum Principum quoruncumque, ac aliàs ſub quacumque verborum forma, & expreſsione confectas, & conceſſa, aliquem, ſeù aliquos ex Philippo Rege, & pro tempore exiſtente Magiſtro, ſeù Adminiſtratore, necnon Prioribus, Præceptoribus, Fratribus, Officialibus, Familiaribus, Servitoribus, Vaſſallis, & perſonis præfatis auctoritate litterarum ipſarum, vel aliàs quocumque prætextu, ſeù occaſione contra tenorem litterarum Leonis, & Clementis prædeceſſorum hujuſmodi communiter, vel diviſim coram ſe alicubi deinceps ad judicium, vel aliàs vocare, ſeù in cauſam trahere præſumant.*

8 *Ac decernentes ex nunc præmiſſa omnia in favorem dictæ Militiæ conceſſa, ac Philippum Regem, & pro tempore exiſtentem Magiſtrum, ſeù Adminiſtratorem, necnon Priores, Bajulinos, Præceptores, Milites, Fratres, Officiales, Servitores, Familiares, Cappellanos, Vaſſallos, & perſonas præfatas, & eorum ſingulos, tàm ratione perſonarum, quàm Magiſtratus, Præceptoriarum, ſeù Bajulivarum, Conventuum, Prioratuum, Eccleſiarum, & Locorum*

quæ-

*quoruncumque, necnon bonorum, fructuum, proventuum, emolumentorum, privilegiorum, exemptionum, rerum, & jurium, ac jurisdictionum, necnon præeminentiarum omnium, & singulorum in supradictis litteris contentorum, ad conveniendum aliquem, vel aliquos, aut respondendum coram aliis, quàm dictis suis Conservatoribus, & Judicibus, sine loci distinctione, & per appellationem ab eorum sententiis, & gravaminibus, tàm activè, quàm passivè, alibi quam apud Sedem prædictam immediate comparendum prætextu similium, vel dissimilium, privilegiorum, exemptionum, conservatoriarum, ac quoruncumque aliorum indultorum specialium, vel generalium, tàm præfatis, quàm quibuscumque aliis personis Ecclesiasticis, Monasteriis, Ordinibus, Militiis, & locis nunc, & pro tempore concessorum nullo tempore teneri, nec ad id per NUNTIOS, ETIAM LEGATOS DE LATERE, seù quosvis alios quacumque auctoritate, & facultate fungentes, & functuros, aut etiam per litteras Apostolicas, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam cum præmissorum speciali, & expressa derogatione pro tempore emanatis compelli, ac propter non paritionem aliquas censuras, & pœnas Ecclesiasticas, etiam privativas incurrere posse, ac approbationem, confirmationem, adjectionem, supplectionem, concessionem, innovationem, statutum, ordinationem, restitutionem, revocationem, cassationem, annullationem, decreta extensionem, inhibitionem, aliaque præmissa, & præsentes litteras de surreptionis, vel obrreptionis, aut nullitatis vitio, seù intentionis nostræ defectu, quovis prætextu, quæsitovè colore, aut ingenio nullatenùs notari, vel impugnari posse, nec illas sub quibusvis similium, vel dissimilium conservatoriarum, privilegiorum, indultorum, & concessionum revocationibus, suspensionibus, modificationibus, limitationibus, & derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus, etiam motu, & scientia, ac potestatis plenitudine, necnon consistorialiter, etiam per Nos, & successores nostros, ac Sedem prædictam, etiam Imperatoris, Regum, & aliorum Principum contemplatione, & ex quibusvis quantuncumque urgentissimis, & justissimis causis, quomodolibet pro tempore factis, ac sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & etiam vim contractus, aut legis seù statuti perpetui inducentibus decretis, & aliàs quomodolibet concessis, & concedendis, ac quibusvis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis desuper quomodolibet editis, & edendis, aliquatenus comprehendi, neque illis ullo unquam tempore etiam per Sedem præfatam derogari posse, nec derogatum censeri, nisi de toto tenore, & datis præsentium expressa mentio habita, & derogatio, suspensio, limitatio, revocatio, aliaque præfata de Militiæ hujusmodi Administratoris pro tempore existentis expresso consensu factæ fuerint, & si aliter derogari, revocari, suspendi, & limitari, contigerit, derogationem, revocationem, suspensionem, & limitationem præfatas nullius esse roboris, vel momenti, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum restituta, & de novo etiam sub quacumque Data, per ipsum Administratorem eligenda, concessa esse, & censeri, ac vim validi, & stipulati contractus inter Sedem, & Militiam præfatas habere, & ita per quoscumque Judices, & Commissarios quavis auctoritate fungentes, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, ac Cæsarum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac ex nunc irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attemptari.*

9 *Quo circa Venerabili Fratri nostro Archiepiscopo Compostellano, & dilectis filiis Scholastico Salmantin. ac Abbati Secularis, & Collegiatæ Ecclesiæ Op-*

*Oppidi Complut. Tolet. Diœc. per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenùs ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeù alios præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte prædictorum Magiſtri, ſeù Adminiſtratoris, Prioris, Conventus, Dignitatum, Præceptorum, ſeù Commendatorum, & Militum, aliorumque Fratrum, & perſonarum, ſeù membrorum ejus, aut alicujus eorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque, & eorum cuilibet in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra illos, eorumque ſingulos confirmatione, approbatione, adjectione, ſuppletione, innovatione, ſtatuto, ordinatione, reſtitutione, repoſitione, integratione, caſſatione, annullatione, decretis, inhibitione, aliiſque ſupradictis juxta præſentium litterarum continentiam, & tenorem pacifice frui, & gaudere, non permitentes eos, vel eorum aliquem deſuper per quoſcumque quomodolibet indebite moleſtari, contradictores quoslibet, & inobedientes per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque juris remedia eadem auctoritate noſtra appellatione poſpoſita compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſsibus eaſdem ſententias, cenſuras, & pœnas etiam iteratis vicibus, quoties opus fuerit, aggravando, & interdictum Eccleſiaſticum imponendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio Brachii Secularis, non obſtantibus præmiſſis ac recolendæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. ſimiliter prædeceſſoris noſtri, qua cavetur, ne quis extra ſuam Civitatem, vel Diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis ultra unam Dietam à fine ſuæ Diœceſis ad judicium evocetur, ſeù ne Judices à Sede prædicta pro tempore deputati extra Civitatem, & Diœceſim, in quibus deputati fuerint, contra quoſcumque procedere, aut alii, vel aliis vices ſuas commitere præſumant, ac de duabus Dietis in Concilio Generali, edita, dummodo quiſpiam ultra tres Dietas ad judicium præſentium vigore non extrahatur, aliis quibuſvis Apoſtolicis; neconon in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus ac etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ſtabilimentis, uſibus, & naturis, declarationibus, inhibitionibus, & decretis, privilegiis quoque, indultis, exemptionibus, conſervatoriis, facultatibus, & litteris Apoſtolicis ſpecialibus, vel generalibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus Conventibus, Capitulis, Eccleſiis, Monaſteriis, Ordinibus, Militiis, Hoſpitalibus, lociſque præfatis, ac quibuſvis Univerſitatibus, Collegiis, & perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficatioribus, & inſolitis clauſulis irritantibuſque, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia etiam conſiſtorialiter, ac aliàs quomodolibet conceſsis, ac etiam pluries approbatis, & innovatis: quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficiente derogatione de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeù quævis alia expreſsio habenda, aut aliqua exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum veriores tenores, formas, ac Dat. ac ſi de verbo ad verbum inſerentur, præſentibus pro ſufficienter expreſsis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumque, ſeù ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſsint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.*

10 *Nulli ergo omnino hominum li-*

*liceat hanc paginam noſtrorum abſolutionis, approbationis, confirmationis, adjectionis, ſuppletionis, conceſsionis, innovationis, ſtatuti, ordinationis, reſtitutionis, revocationis, caſſationis, annullationis, decretorum, extenſionis, inhibitionis, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare preſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datis Romę apud S. Petrum, anno Incarnationis Dñicę milleſimo, quingenteſimo ſexageſimo ſexto. Quinto Idus Januarii, Pontificatus noſtri anno primo. Cę. Glorierius. Joann. Bap. Fanchier, Regiſtrata apud Ceſarem Secretarium.* Concordat cum originali.

14 Sed memoratas Bullas conſervatorias Militarium Ordinum intelligendas eſſe juxta prædictas conſtitutiones Clem. VIII. & Gregor. XV. ſuaderi poteſt ex eo, quòd prædictus Pap. Gregor. XV. in ſuæ conſtitutionis introductione expreſsis verbis loquitur de Conſervatoriis Militarium Ordinum, quas in ſua conſtitutione comprehendere intendit; ubi: *pro quibuſcumque Conventibus, Capitulis, Militiis etiam S. Joannis Hieroſolymitani.*

15 Inſuper in d. conſtitutione, non ſolùm generales, ſed etiam ampliſsimæ, & ſpeciales derogationes, & derogatoriarum derogatoriæ continentur, ut in clauſula *ibi non obſtantibus*, ubi etiam Pontifex verbis expreſsis conſervatorias litteras Ordinum Militarium comprehendit, dicens: *Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac litteris conſervatoriis*; & infrà: *in favorem quorumcumque Ordinum, tàm Mendicantium, quàm non Mendicantium, Militarium, etiam S. Joann. Hieroſolym.* Unde cum Pontifex ſpecificam, & individuę mentionem litterarum conſervatoriarum Militarium Ordinum faciat, illis derogare cenſetur, in eo, quòd prædictæ conſervatoriæ ſuæ conſtitutioni adverſantur, ut inſimili, ex Covarrub. Navarr. & aliis probat Thom. Sanch. *tom. 2. conſil. lib. 6. cap. 9. dub. 8.* Tambur. qui etiam refert plures *tom. 1. de jure Abbat. diſp. 16. q. 8.*

16 Nec his obſtare videntur adducta pro contraria parte: non primum: quia cum Greg. XV. in d. ſua „conſtit. dicat ibi: Etiamſi pro illorum „ſufficienti derogatione de illis illorũ „que tenoribus, & formis ſpecialis, & „individua, ac de verbo ad verbum, „non autem per clauſulas generales, „idem importantes, mentio, ſeù quævis „alia expreſsio habenda, aut aliqua aliæ „exquiſita forma ſervanda eſſet, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil pœnitus omiſſo, & formæ „in illis tradita obſervata inſerti forét, „præſentibus pro expreſsis habens. Et junctis iis, quæ de ſpecifica, & individua mentione conſervatoriarum Ordinum Militarium facit, ſufficienter declarat Pontifex ſuam voluntatem eſſe comprehendere Conſervatores prædictorum Ordinum; etenim clauſula illa *præſentibus pro expreſsis habens*, vim habet ſpecialis, & individuæ expreſsionis cum omnibus ſuis qualitatibus, ut docent Menoch. *conſ.* 1003. *n.* 47. & 48. Thuſc. *tom. 1. l. C. concluſ.* 339. *n.* 6. Monet. *de commut. ultim. volunt. cap.* 7. *n.* 201. ubi *n. ſequent.* ſubdit hanc clauſulam, & illam quorum tenores, & eandem vim habere. Aug. Barboſ. *de clauſ. uſu frequent. clauſ.* 102. *n.* 2. & continet inſertionem tenoris Mart. *de clauſ. p. 1. clauſ.* 101. *n.* 6. tollitque derogatorias derogatoriarum. Tamb. *de jure Abbat. tom. 1. diſp.* 18. *q.* 6. *n.* 41.

17 Nec ſecundum obſtare videtur: quia Gregor. XV. *in d. ſua conſt.* etiam conſervatorias remuneratorias, ob benemerita, & obſequia in Eccleſia Dei collatas, & ideo vim validi, & ſtipulati contractus oneroſi, & remuneratorii habentis, Ordinibus conceſsis ad ſuam conſtitutionem reddactas eſſe, voluit, ibi, *privilegiis quoque etiam ex cauſa, & titulo oneroſo in-*

*dultis*. Et quamquam contendat aliquis his privilegiis remuneratoriis, & vim contractus, seù quasi contractus habentibus, non posse sine causa, & retributione derogari, responderi potest Greg. XV. in d. sua constitutione illis ex causa derogasse, ibi: *partim ex certis, & rationabilibus causis animum suum moventibus*. Nec ejusmodi derogatio, cùm non ex justitia, sed ex gratitudine remuneratoria debeatur, exigit recompensationem aliquam: Papa enim dans privilegium ex gratitudine, ut sunt fere omnia privilegia Ordinum Militarium, non præsumitur, velle se obligare ad compensationem in eventu, quo auferat tale privilegium, cùm gratitudo non sufficiat, ad proprium, & rigorosum contractum; unde fit, quòd si privilegium remuneratorium concessum ex gratitudine, justa de causa revocetur, compensatio non fuit debita, nisi ex gratitudine; non tamen ex justitia: quòd tamen non facit, quo minus privilegium remuneratorium per se sit irrevocabile, cùm ipsa ratio remunerationis id includat, & hoc ipsum petat gratitudo: sic docet Pelliz. *in man. Regul. tom. 2. tract. 8. cap. 1. num.* 102. & ante eum Dec. Suar. & Paul. Laym. quos refert, & sequitur Bonacin. *tom. 2. disp. 1. q. 3. punct. 8. §. 3. n. 3.*

18 Ad tertium posse responderi videtur, Pium Papam V. in exigendo consensu administratoris ad derogationem contentorum in sua Bulla conservatoria non voluisse potestatem aufferre, nec illa, vel alia clausula voluntatem Gregor. Pap. XV. coarctare, quo minus illis derogare posset: etenim præcedens Papa nequit potestatem successoris aufferre, nec contra eam aliquid statuere, ut tenent communiter scribentes. Quòd autem Gregor. XV. in dicta sua constitutione intendit derogare Conservatoriis Ordinum Militarium, in eo quòd adversantur suæ constitutioni, sufficienter remanet probatum *sup. n.* 6. *cum duplici sequent.* Nec unquam vidimus administratorem Ordinum Militarium defectum sui consensus opposuisse, nec allegasse, forsam, ex certa cognitione, & scientia præsentium. Denique in prima sententia dictæ constitutiones Clement. VIII. & Gregor. XV. quid agerent, cum regulares omnes per vim communicationis possent illis gaudere?

19 Si hic sentiendi modus sequatur, potestas conservatorum in Ordinibus Militaribus non parum restricta est; etenim constitutio Bonif. VIII. quæ incipit *hac constitutione in cap. ultim. de offic. & potest. judic. deleg.* per constitutionem narratam Gregor. XV. renovatur, & observari præcipitur in his, quæ dictæ constitutioni non adversantur, ibi: „Juxta formam alterius „constitutionis ejusdem Bonifacii prædecessoris, quæ incipit hac constitu„tione: quam sanctitas sua in his omni„bus, quæ præsenti constitutioni non „adversantur innovavit, & innovat. Cum tamen memorata constitutio Bonif. VIII. nihil indultis per conservatorias Ordinum Militarium obstaret, ut ex Bulla conservatoria Leon. X. pro Ordine S. Jacobi, quam postea S. Pius Pap. V. præcipit observari, apparet, ibi: *Non obstante felicis recordat. Bonifacii VIII. prædecessoris nostri in qua continetur, &c.*

20 Unde licet Regulares Ordinum Militarium juxta suas Bullas conservatorias possint Conservatores eligere pro quibusvis injuriis, molestiis, violentiis, tàm manifestis, quàm non manifestis, & quæ judicialem requirunt indagationem, ut in d. Bulla Leon. X. ibi: *Necnon de quibuslibet, molestiis, injuriis, atque damnis præsentibus, & futuris: in illis, videlicet, quæ requirunt judicialem indaginem, summariè simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura judicii, in aliis vero, prout eorũ qualitas exegerit, &c.* Et in conservatoria Pii V. ibi: *Contra inferentes injurias, seù gravamina, vel damna super bonis, juribus, privilegiis, & indultis, &c.* Id quòd etiam re-

reperitur in Bulla Inn. VIII. pro Ordine Calatravæ, & in alia Clement. VII. pro Ordine Alcantaræ: tamen poſt conſtitutionem Greg. XV. per quam, ut jam diximus, innovatur conſtitutio Bonif. VIII. *in d. cap. ult. de offic. & poteſt. judic. delegat.* non valent Conſervatores Regularium judicare, niſi de manifeſtis injuriis, ac violentiis, in quibus non requiritur, ac admittitur judicialis indago. Barboſ. pœnes Pelliz. *in manual. Regul. tom. 2. tract. 8. cap. 8. n. 114.*

21 Necnon per conſervatorias Ordinum Militarium poſſunt conſervatores cognoſcere de quibuſcumque cauſis, tàm notoriis, quàm dubiis, & tàm perſonalibus, quàm realibus, & tàm activè, quàm paſsivè, & ſic Regulares Militares, non ſolùm, ut rei conveniri, ſed ut actores alios convenire poſſunt: tamen Greg. XV. in dict. ſua conſtitutione ſtatuit Regulares poſſe conveniri coram Conſervatoribus, ut reos, non item ut actores convenire alios, quòd non omnino adverſatur Conſervatoriis Ordinum Militarium: quia licet Regulares Militares nequeant alios convenire coram ſuis Conſervatoribus in cauſis civilibus, ut ſiquid illis debeatur: tamen, ut actores coram eis poſſunt convenire illos, qui ipſorum bonis, aut perſonis manifeſtam inferunt injuriam, ac violentiam, ſic docet Monet. *ubi ſupr. q. 6. n. 343.* Peyrin. *tom. 2. privileg. conſtit. 5.* Gregor. XV. Lezan. *tom. 2. cap. 10. num. 16.* Dian. pœnes Pelliz. *ubi ſup. n. 121.* ac ita declaraſſe Sacr. Congregat. Cardin. refert Pelliz. *ibi n. 114.*

22 Judicem Conſervatorem in Ordinibus Militaribus deſignandũ eſſe à Conſilio Regali Ordinum, ex tradit. per Bald. *in l. 1. ff. de pœn. & in l. officialis C. de Epiſcop. & Cleric.* tenent Bobad. *in ſua polit. lib. 2. cap. 19. n. 26.* Man. Rod. *qq. Regul. tom. 2. q. 62. art. 16. fin.* dicentes, praxim in contrarium ſe habere; etenim Milites ipſi virtute ſuarum Bullarum Judicem eligunt Conſervatorem, nemine replicante; ac ita verum eſt, ex Bulla conſervatoria Clement. VII. Ordini Alcantaræ conceſſa, & aliis conceſsis cœteris Ordinibus Militaribus, quarum virtute, quilibet Regularis Miles, Frater, ſeù Commendatarius, quando, & quoties ad ſui defenſionem juxta contenta in ſuis Bullis conſervatoriis, Judice Conſervatore indiget, illum aliàs habilem, & idoneum deſignat. Nec hoc adverſari videtur conſtitutioni ſepè repetitæ Gregor. XV. præſigenti terminum ad deſignationem Conſervatoris; etenim eo elapſo Pontifex non auffert poteſtatem illum deſignandi, ut ex decreto Sacr. Congregat. relato à Barboſ. quem refert, & ſequitur Pelliz. *ubi ſup. num. 87.*

23 Juxta prædictas Bullas conſervatorias Ordinum Militarium poſſunt in Conſervatores eligi, quicumque ſint in dignitate Eccleſiaſtica conſtituti, ac Eccleſiæ Cathedralis Canonici, & Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum Officiales: ſed tamen præter has qualitates, attenta dicta conſtitutione Gregor. XV. ſint in Conciliis Provincialibus, ſeù Dioœceſanis priùs electi in judices Synodales, ut patet ex dicta, conſtitutione ibi: Sanctitas ſua ſtatuit, & decrevit Judices Conſervatores, principales hujuſmodi, ſivè ſubrogati, eligi, nominari, aut deputari non poſſint, niſi non ſolùm habeant qualitates, requiſitas, & deſcriptas in conſt. fœlicis recordat. Bonif. Pap. VIII. quæ incipit ſtatutum, ita ut, vel dignitate Eccleſiaſtica prædíti, vel perſonatum obtinentes, vel Eccleſiarum Cathedralium Canonici exiſtant, ſed etiam in Conciliis Provincialibus, aut Dioœceſanis, juxta decretum Concilii prædicti, Judices electi, ſeù deſignati ſint.

24 Hi autem Conſervatores Judices deſignari poſſunt ob cauſas in prædictis conſervatoriis contentas, ut in Bulla S. Pii V. pro Ordine S. Jacobi ibi: *Tàm ratione perſonarum, quàm Magiſtratus*, &c. Et in Bulla Inn. VIII.

pro

pro Ordine Calatravæ ibi: *ſuper reſtitutione hujuſmodi Caſtrorum Villarum, terrarum, &c.* Et pro Ordine Alcantaræ in Bulla Clement. VII. ibi: *Super reſtitutione hujuſmodi Caſtrorum, Villarum, Oppidorum, &c.* Et Pius IV. idem pro Ordine S. Joannis Hierolymitan. ſtatuit.

25 A ſententiis diffinitivis Conſervatorum iſtorum Ordinum, ſi appellatio interponatur, coram Summo Pontifice interponi debet, cum ab eo ſolo, non ab alio inferiore, etiam delegato de latere Conſervatores concedi poſsint, ac ideo à delegato ad delegantem debet appellari, non autem ad inferiorem: ita tenet Anchar. *conſ.* 72. *n.*1. *vol.*1. Card. Thuſc. *pract. concluſ.*1. *jure verb. Conſervatores, concluſ.* 706. *n.*6. Peyrin. *tom.*2. *privileg. Ordin. Minim. in notat. ad Greg. XV. n.*61. Tambur. *de jur. Abb. tom.*3. *diſp.*18. *q.*3. *n.*5. Lezan. Barboſ. Monet. & alii, quos refert, & ſequitur Pelliz. *ubi ſupr. num.* 140. ubi quod praxi ita receptum eſt.

26 In ſepè narrata Bulla conſervatoria S. Pii Pap. V. pro Ordine S. Jacobi conceſſa ante ampliſsimæ juriſdictionis conſervatoriæ conceſsionem clauſula hujuſmodi reperitur, ibi: *Salvis tamen decretis Trident. Concil. de Conſervatoribus, & exemptis loquentibus:* Quippè clauſula iſta intelligenda eſt de aliis, quàm de expreſsis in dicta conſervatoria, ac de compatibilibus cum in illa expreſsis, non autem, ut tollat in Bulla conſervatoria expreſsè conceſſa, aliàs privilegium dictæ Bullæ deſtrueretur, & ad nihilum deſerviret, ut in ſimili tradit Oldrad. *conſ.* 330. *fin.* Pariſſ. *conſ.*16. *n.* 30. *& conſ.* 70. *n.*12. *lib.* 1. Menoch. *conſ.*2. *n.*57. Tambur. *de jure Abb. tom.*1. *diſp.*15. *q.* 18. *n.*12. *& ſeqq.* & hoc amplius: quia Concil. Trident. in ſuis limitationibus Conſervatoribus appoſitis, ſalvas eſſe voluit conſervatorias Regularibus conceſſas. Quòd etiam voluiſſe in d. clauſula S. Pium Papam V. præſertim cum ulterius procedat ampliſsima indulta concedendo, quæ limitationibus à ſe Conſervatoribus appoſitæ adverſantur credendum eſt.

27 Priores Militares S. Jacobi de Uclès, & S. Marc. Legionenſ. Ordinis S. Jacobi, ac Priores Alcantaræ *de Magacela, de Rollan*, Ordinis Alcantaræ, & ſimiles jure communi, imò, & eorum aliqui jure privato Ordinis eſſe in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutos, ac proinde poſſe in Judices Conſervatores eligi, ſi tamen juxta præfatam conſtit. Gregor. XV. ſint Judices Synodales, non dubitatur, nec dubitatum eſt. Priorem S. Jacobi Conventus Hiſpalenſ. Ordinis etiam S. Jacobi, & Calatravæ Priorem, ſeù Adminiſtratorem ejuſdem Calatravæ Ordinis jure communi eſſe conſtitutos in dignitate; Prioratus enim habens Conventum eſt dignitas actu, & habitu. Clementin. *ne in agro de ſtat. Regul. cap. niſi eſſent de præbend.* & tenent Fellin. Ripa, Silveſt. Caſſ. & alii, quos refert, & ſequitur Tambur. *ubi ſupr. tom.* 1. *diſp.*1. *p.*2. *n.*15. & deciditRot. *ann.*1597. *quę deciſſ.* apud Tamb. *ubi ſup. tom.* 3. *eſt* 10. poſſe in Judices Conſervatores eligi, prout etiam eligi poſſunt aliarum Religionum Prælati conventuales, juxta probabiliorem, & in praxi receptam ſententiam: ſi tamen in præſentia habeant præter dignitatem qualitates in dicta conſtitutione Greg. XV. requiſitas, ut tradit Tamb. *ubi ſup. q.*4. *n.*6. Pelliz. *ubi ſup. n.*90. Barboſ. *in collect. in varia loca Concil. Trident. ſeſſ.*13. *de reformat. cap.*5. *n.*6. ibi: *Abbas Ordinis Olivetani poteſt eligi in Conſervatorem ſi Epiſcopus in Synodo deputaverit Judicem Synodalem.* Ita Sell. *in ſelect. canon. tom.*2. *n.* 4. Ubi tenet ita fuiſſe reſolutum ſub *die* 2. *Martii* 1619.

28 Suppriores Conventuum Ordinum Militarium poſſe in Judices Conſervatores eligi, tàm in abſentia Prioris à Conventu, quàm in Sede vacante, non immerito contendi poſſet, ex his, quæ diximus *in tract. de poteſt. Supprioriis*, tàm in præſentia, quàm in

ab-

abſentia Prioris, & in Sede Priorali vacante, ubi tradidimus, quòd in abſentia Prioris, & in Sede vacante Supprior ſuccedit in poteſtate Prioris, & eſt legitimus ſuperior, ac Prælatus in Capitulo: unde id quòd diximus nuper de Prælatis Religionum, de Suppriori-bus etiam in abſentia Priorum, & in Sede vacante dicendum eſt; etenim his temporibus ex ſuo proprio munere ab unoquoque Ordine creato habent rerum ſuorum Conventuum adminiſtrationem cum juriſdictione Eccleſiaſtica in foro interno, & externo: quo circa dignitatem habere dicendum eſt, ut tradunt Abbas *in d.cp.de multa n.*21. *de prębend.* & ibi, Joann. Immol. *ſub n.*31. Butr. *n.*24. Archidiach. *in cap.*1. *n.*2. *de conſuet. lib.*6. ubi Anch. *n.*6.& Gemin. *n.*7. Pancian. *lib.*2. *cap.*27.*n.*7. Monet. *de conſervat. cap.* 5.*n.* 84. & alios referens Barboſ. *de canon. & dignit. cap.*4. *n.*12. Tambur. *ubi ſup.tom.*1 *diſp.*1. *q.* 2.*n.*1. & ea dignitas, prout conſideratur ut munus cum juriſdictione, & adminiſtratione, conjunctum ſufficiens eſt ad officium Conſervatoris, vel delegati Apoſtolici, de quibus eſt ſermo *in cap.*1. *&* 2. *& ultim. de offic.delegat. in* 6. & in Regularium Conſervatoriis à Gregorii XV. conſtitutione Tambur. *ubi ſup. n.*24.

29 Inſuper Suppriores prædicti, qui per conſtitutiones ſuorum Ordinum ſunt creati, ut in loco, & poteſtate Priorum abſentium, ſeù mortuorum, aut aliter Sede vacante ſuccedant, gaudere debent eiſdem prærogativis, & authoritate Priorum: ut in ſimili docet Barthol. *in l. filius ff.de* „ *legation.* ibi:quandoque Vice Rector „ conſtituitur ab ipſo Rectore, & tùnc „ ipſe Rector videtur gerere per eum, „ &nullam immunitatem habebit Vice- „ Rector,ſeù Vicarius ejus:quandoque „ propter receſſum, ſeù mortem Rec- „ toris ipſa Univerſitas facit Vice Recto- „ rem,tùnc habet immunitatem, quam „ haberet, ſi principaliter eſſet creatus Rector, ipſe Barth. & DD. *in l. decerni-* *mus C. de à quæ duct. lib.*11.*& in l.*2. *C. de offic. ejus, qui vices alt. gerit.*

30 Pro parte contraria facit, quòd Supprioratus in his Ordinibus non eſt dignitas, nec nomen habet ſonans dignitatem, ſivè à jure communi, ſive ab Ordinum conſtitutionibus, & diffinitionibus introductum, & conſequenter, tàm à jure communi, quàm a conſtitutionibus, & diffinitionibus non dignitas, ſed officium appellatur etiam in Sede vacante, *ut in lib. reformat.Ordin. S. Jacobi cap.*99.ibi: *Y vacante el Priorato el officio de tal Suprior.* Quod autem Suppriores in abſentia Priorum, & in Sede vacante exercitium habeant juriſdictionis, id non à jure communi, ſed per accidens, & per additum fuit illis conceſſum per Ordinum conſtitutiones, & diffinitiones, qui conditores in mente, & animo non habuerunt prædictis Suppriori-bus ullam dignitatem, ſed nudum munus, & officium ſufficiens ad Conventuum gubernium conferre.

31 Rurſus prædicti Suppriores, etſi munere proprio ab Ordinibus creato, & inſtituto in abſentia Priorum, & in Sede vacante in poteſtate Priorum ſuccedant, demptis quibuſdam caſibus, quos ſuo loco retulimus, ac ideo illis temporibus pro Prælatis habeantur, propriè tamen Prælati non ſunt, ſed quaſi Prælati: qui quamvis illis temporibus in poteſtate Priorum quoad exercitium juriſdictionis ſuccedant, tamen non ſuccedunt in Priorum prærogativis,dignitate, & honore. Joann. de Plat. *in l. eos n.* 2. *C. de Comitib. rei Milit. lib.* 12. Ubi quòd, qui eſt conſtitutus vice, vel loco alterius,non propterea adipiſcitur dignitatem illius, unde Joannes Franc. de Aponte *deciſſ.* 5.*n.* 5. *art.* 1. ait, quòd quando quis ſubrogatur, & conſtituitur vice, & loco alterius, ſuccedit in omnibus, præterquam in dignitate, quæ videtur oſsibus afixa, & conſideratur qualitas, & præſtantia perſonæ, à qua eſt inſeparabilis dignitas. Dec.

*in cap. ſanè 2. de offic. delegat.* Ubi quòd reſpectu honoris nunquam ſubſtitutus pro eo utetur honore quoad exercitium juriſdictionis officii, ſed non procedet, nec habebit locum in his, quæ anteceſſori competebant ratione dignitatis : quia primum eſt reale ad officium ſpectans : ſecundùm verò perſonale, quod ceſſat, & extinguitur deficiente, vel abſente anteceſſore. Et quamvis contendat aliquis, Supprioremnon ex perſona Prioris, ſed ſua perſona propria adminiſtrationem cùm Eccleſiaſtica juriſdictione ordinaria in utroque foro ex munere proprio habentem conſequi dignitatem admunus, & officium conſervatoris ſufficientem, reſponderi poteſt ex dictis. *n. præcedent.* & quæ *n. ſequent.* dicemus.

32 Præterea Supprioratus in his Ordinibus nunquam fuit habitus, nec reputatus in opinione Religioſoſorum Ordinum pro dignitate, nec Suppriores prærogativis, honoribus, imò nec plena, & omnimoda adminiſtratione, & juriſdictione Priorum fruuntur, ut notum eſt, & diximus *in d. tract. de offic. & poteſtat. Supprioris.* Denique Priores clauſtrales, quibus *in d. tract.* diximus Suppriores horum Ordinum eſſe ſimiles, non poſſe in munus Conſervatoris eligi, & deſignari : quia non ſunt in dignitate Eccleſiaſtica conſtituti, conſtat *ex clement. 2. fine de reſcript.* ubi dicitur Priorem clauſtralem non poſſe eſſe Pontificis delegatum: ubi Abbas *n. 6.* & Anch. *n. 9.* eam rationem tradunt, quòd clauſtralis non ſit principalis ſuperior Monaſterii, ſed in eo alium ſuperiorem Prælatum habet. Roſſell. Angel. Silveſt. & Manuel, quos ſuis propriis locis refert, & ſequitur Thom. Sanch. *in decalog. lib. 6. cap. 13. n. 75.* Mirand. *in manual. Prælat. Reg. q. 27. art. 2. concluſ. 3.* Paſſ. *in notab. privileg. notab. 32.* Moneta *de Conſervat. cap. 5. q. 2. n. 4.* Laurent. de Peyrin. *in anot. ad conſtit. Gregor. XV. n. 71.* Tambur. *de jure Abb. tom. 3. diſp. 17. q. 4. n. 7.* nec hi AA. qui aliàs de poteſtate Priorum clauſtralium, & Suppriorum in abſentia ſuorum ſuperiorum, & in Sede vacante tractarunt, ullam in hoc conſtituunt differentiam, ſed fortaſis ex ſuperius dictis, & quia poteſtas illis temporibus Prioribus clauſtralibus, & Supprioribus eſt per accidens, & per additum, generaliter loquuntur, ac ideo generaliter ſunt intelligendi : Et cum ego conſultus fuiſſem in hac materia in his temporibus erga certam commiſſionem Apoſtolicam, quæ collata fuerat Domino Priori mei Conventus Sancti Marci Legionenſis : an poſſet eam proſequi in executione Supprior Sede vacante ? Reſpondi non poſſe ob relata fundamenta. Et mihi contigit dum exercebam officium Vicarii generalis Giennenſis comiſsiones Apoſtolicas matrimoniales, mihi commiſſas, ut Vicario Epiſcopi, nolluiſſe eas expedire Sede vacante, eo quòd Sedes Apoſtolica, non æquè confidit de Vicario Sede vacante, ut ajunt AA. Nam ex his duabus ſententiis meo videri probabiliter poteſt quiſpiam eligere, quam maluerit, ſi tamen Supprior ſit electus Judex Synodalis in aliqua Provinciali, ſeu Diœceſana Synodo juxta præfatam conſtitutionem Greg. XV. munus Conſervatoris poſſet exercere.

33 Vicarios generales Epiſcoporum eſſe conſtitutos in dignitate, ac ideo poſſe Conſervatores eligi ſubſtinet poſt alios Cochier. *de juriſdict. in exempt. p. 1. q. 39. n. 3.* & ita verùm eſt ſaltem ex privilegiis Religionum, imò ex conſervatoriis Ordinum Milit. nec dum Vicarii generales Epiſcoporum, ſed etiam quæcumque perſona Eccleſiaſtica in quacumque dignitate conſtituta poteſt eligi in Conſervatorem, ut in Bull. Leon. X. pro Ordine S. Jacobi, ibi : *Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, & perſonis in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis.* Idem habetur in aliorum Ordinum privilegiis.

34 Vicarios generales Priorum Mi-

Militarium omnimodam juriſdictionem in ſuis Prioratibus habentium poſſe eſſe Papæ delegatos ſuſtinet Thom. Sanch. *de matrim. lib.* 8. *diſp.* 27. *n.* 34. Flor. de Men. *in ſuis quæſt. pract. q.* 4. *ex n.* 14. Unde ſaltem ex privilegiis Religionum poſſe eligi in Conſervatores dicendum eſt: late id probat Flores de Mena, *ubi ſup.* loquens de Vicariis Prælatorum ſimilem juriſdictionem habentium. Et in *n.* 16. concludit dicens: , quia cum Vicarius Abbatis ſit Ordi- , narius, & habeat diſtrictum, & ſit ut , Vicarius Epiſcopi, eſt principalis Vica- , rius, & habet præeminentiam officii; , unde in eo etiam debet intelligi dict. , Clement. & ſic jam vidi eos Conſerva- , tores, & Judices delegatos in aliqui- , bus reſcriptis, licet, ut in plurimum ex , ſtilo Romanæ Curiæ, & Tribunalis , Nuntiorum Apoſtolicorum à commu- , niter accidentibus non ſoleant eis hu- , juſmodi litteræ dirigi. De Vicariis proprietariis iſtorum Ordinum, an poſſint in Conſervatores deſignari, & delegati Papæ eſſe? Scio eos eſſe conſtitutos in dignitate, cum ordinarii ſint, & juriſdictione Eccleſiaſtica pro externo, & interno in ſuis Vicariis, & diſtrictis fruantur: & de Archidiacono tenet Azor. *inſtit. moral. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 14. *verſ.* 4. *quæritur.*

35 Rectores Collegiorum Militarium propriè, & vere non eſſe Prælatos Regulares, ac ideo, nec conſtitutos in dignitate, ita ut in Judices Conſervatores deſignari valeant, mihi indubitabile eſt, quidquid in contrarium pro Rectore Alcantaræ, ut audio, viri Doctiſſimi Salmanticæ conſuluerunt, & de ejus praxi teſtatur P. Mend. *de Ordin. diſquiſ.* 2. *quæſt.* 4. *n.* 118. *in fin.* & de omnibus Rectoribus Militaribus docet ipſe Mendo, *n.* 135. ubi poſſe omnes eligi in Conſervatores affirmat. Sed ego addo me vidiſſe in Conſervatores electos fuiſſe, & nunc electos pro legitimis in Chancellaria Pinciana eſtimari in facti contingentiis. Moveor: quia Prælati Regulares, qui in jure communi propriè, & vere Prælati Regulares dicuntur, ac dignitatem prælatitiam habere cenſentur, ſunt illi, qui Superiores Religioſorum in Cœnobiis, ſeù Conventibus, aut Monaſteriis, vel alibi juxta Regulam ſuæ Religionis degentium, ut eos moderentur, regant, & dirigant ad obſervantiam, vitæ, & diſciplinæ Religioſæ, ac Regulæ, quàm profitentur, ut ſic finem, & inſtitutum ſuæ Religionis conſequantur; ſed prædicti Rectores non ſunt tales, nec ad munus regularis obſervantiæ in Collegiis Rectores tantùm conſtituuntur, nec Religioſi collecti ad iſtius munera; ſed ut in illis Religioſi Collegæ congruenter valeant litteris vacare ſub uno Rectore, qui eos gubernet, & regat, ac dirigat, nō primò, & principaliter ad vitę, & diſciplinæ Religioſæ profectū ſecundum ſuam Regulam, ſed ſecundum conſtitutiones Collegiorum ad id per ordines deſignatas, ad Profectum ſtudii litterarum: quo circa prædicti Rectores Prælati Regulares, de quibus in jure communi, dici non valent. Deinde Rector noſtri Collegii ex ejus electione non habet facultatem imponendi pœnas ſpirituales ſuis Collegis, niſi à Prioribus commitantur ſuæ vices, ut conſtat ex ſtabiliment. *tit.* 20. „ *de los Colegios, fol.* 189. *B.* ibi: Item por „ quanto el Rector del dicho Colegio „ haſta aora ha tenido poca juriſdic- „ cion, ordenàmos, y mandàmos pa- „ ra que de aqui adelante tenga la que „ es meneſter, que los Priores de los „ Conventos de Santiago de Uclès, y „ S. Marcos de Leon, y Santiago de „ Sevilla, cada uno por lo que toca à „ ſus ſubditos, dèn comiſsion al dicho „ Rector, que al preſente es, y por „ tiempo fuere, para nombrar Confeſ- „ ſores, y poner obediencia, y excomu- „ nion à los Colegiales, &c. Quæ verba non ſolùm oſtendunt Rectores noſtri Collegii, non ſolùm ex munere ſuo non habere jure ordinario facultates Prælati Ordinarii; verum etiam in caſu commiſsionis illis conceſſæ procedere

ut

ut Judices delegatos. De aliis verò Rectoribus Militaribus loquendo non tantum non invenio diffinitiones conſtitutionis relatæ, immo potius alias, quæ ſuadent tantum in illis reſidere juriſdictionem dominativam puniendi, & corrigendi pœnis temporalibus, ut patet, ex diffinit. Ordin. Alcant. *tit.* 12. *de los Eſtudios, y Colegios*, §. 24. & Calatrav. *tit.* 3. *cap.* 7. *del Colegio*, *fol.* 295. §. *Otroſi entendiendo.* His præhabitis non video quomodo in Judices Conſervatores eliguntur, eos que reputat eruditus aliàs P. Mend. loco citato Prælatos Regulares.

36 Rurſus Ordines Militares non ſunt inſtituti ad ſtudendum, vel docendum in publicis Univerſitatibus, ut ſic Rectores Religioſorum ſtudioſorum in Collegiis conſtituti recto jure valeant vocari Prælati Regulares.

37 Inſuper memorati Rectores non ex munere, & officio ſuo, ſed ex commiſsione Priorum conventualium eorundem Ordinum poteſtatem, & juriſdictionem Spiritualem, & Eccleſiaſticam pro utroque foro recognoſcunt, ut probant ſuperius dicta, & expreſſius conſtitutiones, & diffinitiones prædictorum Ordinum, quibus decernitur, quòd Priores Religioſorum, qui ad Collegia mituntur, reſpectivè conferant Rectoribus illam juriſdictionem, & poteſtatem: quapropter dici non valet dictos Rectores eſſe vere, & propriè Prælatos: nam juriſdictio Spiritualis, & Eccleſiaſtica dignitati prælatitiæ ex proprio munere eſt annexa, qua cum careant ex munere proprio præfati Rectores, conſequitur non eſſe vere, & propriè Prælatos.

38 Ex quibus jam manifeſte apparet Rectores Militares non aliunde, niſi ex commiſsione Priorum Convent. poteſtatem, & juriſdictionem ſpiritualem pro interno, & externo foro habere: non enim illam habent à jure, cum vere, & propriè non ſint Prælati Regulares, ut ſuperius probavimus: nec à nominatione, ſeù commiſsione Magiſtri (qui tantum voluit conferre Rectoribus poteſtatem domeſticam, politicam, & dominativam, quæ ſuficiens eſt ad gubernium, & regimen Collegarum ſecundum Collegiorum conſtitutiones ad profectum ſtudii litterarum confectas, ut cernitur in Collegiis Univerſitatum: immo, & ad Religioſum ſtatum conſtituendum, qua ſola poteſtate quoad Regularem obſervantiam Monachi olim regebantur, nimirum ergo, quòd ea ſola regantur, & gubernentur Religioſi Collegæ ad ſtudii Profectum) ſi enim ex ſola nominatione Magiſtri juriſdictionem ſpiritualem, & Eccleſiaſticam Rectores acquirerent, non eam quererent à Prioribus, nec Priores ipſi illam Rectoribus poſſent impartiri, Religioſi Collegæ reſpectivè ſibi ſubditi non remanerent, iis exceptis, quæ ſpectant, & tendunt ad profectum Religioſorum Collegarum, circa litterarum ſtudium in Collegio: quo circa illis conferunt litteras Dimiſſorias ad Ordines, deſignant Confeſſores, vel poteſtatem, & juriſdictionem illos deſignandi, prout etiam excommunicandi, & præcepta imponendi conferunt Rectoribus. Quæ omnia neutiquam facere poſſent, ſi Prælati Ordinarii Religioſorum ſuorum Collegarum non remanerent, & forent, ut eſt videre *in q. de poteſt. conferendi litteras Dimiſſorias ad Ordines, & deſignandi Confeſſores.* Nec id regimini Religioſorum Collegarum in convenit, cum ſatis per commiſsionem prædictam eorum regimini conſulatur: id quod ante Religionum exemptionem per Epiſcopos factum legimus. Ex quibus etiam detegitur non conferri Rectoribus mediante Magiſtri nominatione juriſdictionem ullam per Bullam incorporationis Magiſtratuum Adriani Pap. VI. nam ſi fateremur eſſe conceſſam fruſtra à Prioribus peteretur: ulterius Bulla præfata aliter eſt intelligenda, ut nos ſæpe in hoc opere explicuimus.

39 Nec

39 Nec in hac parte valet differentia ulla conſtitui inter Priores Militares: etenim omnes ſunt Prelati Conventuales, & inſtar Provincialium aliarum Religionum circa ſuos Religioſos, inferiores tamen Magiſtro, qui nullo alio Prælato mediante inter eum, & Priores eſt Superior generalis cum eadem poteſtate circa iſtorum trium Ordinum Religioſos. Et aſſertum iſtud confirmatur: quia ſicut Priores Jacobæi delegant Rectoribus erga ſuos Religioſos Collegas juriſdictionem, & poteſtatem cenſuras ferendi, & imponendi præcepta ſpiritualia, ac confeſſarios deſignandi, &c. ſic etiam Prior, ſeù Adminiſtrator Calatravæ id ipſum facit. Quod item credimus facere Priorem Alcantaræ.

40 Ex hactenùs dictis manifeſtus apparet error cujuſdam Neotherici contendentis Rectores Militares erga ſuos Collegas poſſe eandem poteſtatem exercere, quam poſſunt inter ſuos Religioſos Prælati Regulares locales. Apparet etiam præfatos Rectores nullatenùs poſſe in Conſervatores Judices deſignari, nec aliter eſſe Papę delegatos: quòd ſi in caſu aliquo ſingulari, ut audivimus, fuit obſervatum; id errore potius, quàm jure factum exiſtimamus. Ex his etiam poteſt inferri poteſtas, & juriſdictio Vice-Rectoris, tàm quoad ea, quæ ex officio ſuo ordinariè ad Rectores ſpectant, quam quoad ea, quæ jure delegato.

41 Perſona Regularis unius Ordinis Militaris: v.g. Commendatarius Ordinis Calatravæ nequit eligere in Judicem Conſervatorem, Priorem, ſeù Adminiſtratorem Conventus Calatravæ ejuſdem Ordinis: tum quia licet Prior ille Calatravenſis non degat ſub dominio, juriſdictione, vel poteſtate temporali, ſeù ſpirituali ante dicti Commendatarii illum in Conſervatorem eligentis juxta diſpoſitionem, *tex. in cp. fin. de offic. & poteſt. deleg. lib. 6.* tamen eſt ſub dominio, juriſdictione, & poteſtate Prælati ſuperioris prædicti Commendatarii, & uterque militant ſub obedientia unius Prelati, ac ideo in præſenti militat illius textus ratio, ſeù potius diſpoſitio: tum etiam Commendatarius ille Calatravenſis nihil, ſivè reale, ſivè perſonale coram dicto Priore, ſeù Adminiſtratore Calatravæ, ut Conſervatore, exigere poteſt, quòd non reſpiciat obſervantiam, & conſervationem privilegiorum, & exemptionis ſui Ordinis, ac ideo commodum, & utilitatem dicti Prioris, & Adminiſtratoris, & ſui ſuperioris Prælati; ac verum eſt neminem in ſua cauſa judicem eſſe poſſe, *l. qui juriſdictioni præeſt. ff. de juriſdict. omnium judic. l. unic. C. nequis in ſua cauſa judicet l.* 10. *tit.* 4. *p.* 3. ubi Gregor. Lopez.

42 Necnon eadem ratione perſona Religioſa unius Militaris Ordinis, v.g. Prior, ſeù Commendatarius Ordinis S. Jacobi, nequit (ſaltem ſalvo jure recuſationis ob ſuſpitionem) in Conſervatorem eligere Priorem alterius Militaris Ordinis: v.g. Priorem Ordinis Alcantaræ: etenim licet Alcantarenſis Prior in Conſervatorem electus non degat ſub juriſdictione, dominio, & diſtrictu ſivè temporali, ſivè ſpirituali Prioris, ſeù Commendatarii Jacobæi illum eligentis; tamen Prior ille Alcantarenſis eſt ſub poteſtate, & juriſdictione Prælati, Prioris, ſeù Commendatarii S. Jacobi, nempe Regis, tanquam Adminiſtratoris, & ſupremi Prælati iſtorum Ordinum: quo circa militat in hoc caſu ratio, ſeù potius diſpoſitio *tex. in d. cap. final. de offic. & poteſt. delegat in 6.* eo maximè: quia Prior, ſeù Commendatarius Jacobæus nihil ſivè reale, ſivè perſonale coram Priore Alcantarę, ut Conſervatore exigere poteſt, quod non reſpiciat conſervationem privilegiorum, & exemptionis ſui Ordinis; ac ideo commodum, & utilitatem Prælati ſuperioris dicti Prioris Alcantarenſis, quatenùs itidem eſt Prælatus Prioris, &

Commendatoris Ordinis S. Jacobi.

43 Insuper Capitulum generale unius Ordinis Militaris: v.g. Ordinis Jacobi, nequit eligere in Conservatorem Prælatum alterius Militaris Ordinis, sivè Alcantaræ, sivè Calatravæ, quem enim Prælatum eligat, qui non sit sub potestate, & juris dictione Prælati superioris dicti Capituli (intellige ut dixi *in tract. de potest. Capituli Generalis*) nempè Regis nostri, tanquam Administratoris, & supremi Prælati istorum Ordinum: idque etiam eadem causa, & ratione intelligimus de Senatu Regio Militarium Ordinum, & de Rege nostro, tanquam ipsorum Ordinum Administratore.

*An possint Clerici Fratres horum Ordinum esse Judices Seculares, aut Regii Consiliarii?*

## SUMMARIUM.

*Videtur dicendum non posse esse Judices Seculares rationibus hic allatis. n.1.*

*Licet regulariter non possint esse Judices Seculares, possunt tamen esse Senatores Regii, tanquàm creati ad suas causas decidendas. n.2.*

*Enarrantur duo exemplaria Senatorum Fratrum Clericorum horum Ordinum in Consiliis Regiis stantium in tempore Authoris. n.3.*

*Proponitur facti contingentia Authoris pertinentis ad assumptum. n.4.*

## *QUÆSTIO III.*

1 VIdetur dicendum, quòd non *l.4. tit.4. partit.3. & l.4. tit. 17. ead. partit. l. 3. tit.4. lib.1. recopil. & l.14. tit.5. & l.7. tit.9. lib.3. recopil.* Avendañ. *in cap.22.* Prætor. *1. p. n.14.* Gregor. Lop. *in dict. l.4. tit.4.* Nam ut in quæstione quinta probabimus, nec licet, nec decet personas Ecclesiasticas, & multo magis Religiosas in foro Seculari disceptare, causasque ullas tractare; sed qui pro Tribunali sedet ad causas judicandas, in foro disceptat, ut notum est; ergo minime Clericis Fratribus horum Ordinum licere, aut decere potest pro Tribunali sedere in foro Seculari. Nec facit, si dicas, munus advocationis minus licitum, & decens debere reputari, quàm pro Tribunali sedere ad causas decidendas: & tamen ut latè docebimus in dict. quæst. quinta, quam plurimis casibus licet, & decet Clericos, aut Religiosos advocari: ergo multo fortius licere debet pro Tribunali sedere, ut Judices. Hęc igitur instantia probaret aliquid, si absolute Clerici possint munus advocationis exercere; verùm quia non ita, sed in quibusdam casibus possunt patrocinari, ut jam videbimus, nihil probat. Et ratio est: quia qui pro Tribunali sedet ad judicandum, necesse habet esse capacem cognoscendi de omni genere causarum, & in omnibus, & quibuscumque casibus, ut manifestum est: ergo non bene arguitur, potest munus advocationis exercere in aliquibus casibus: ergo poterit pro Tribunali Judicari: quia arguitur à minori ad majus in esse exercitii, licèt sit potius decens munus judicandi, quàm advocandi.

2 Unde puto nec licere, nec congruum esse regulariter sedere Clericos pro Tribunali in foro Seculari, ut Judices ob rationes jam allatas, & quia in Tribunalibus Secularibus frequenter tractantur causæ criminales, à quibus omnino abstineri debent Clerici, & multo magis Religiosi. Dixi regulariter, nam in Consiliarios Regios posse evehi (dum à criminalibus se abstineant) suadent verba *tex. in l.5. tit.5. partit.* 3. ibi: *Fueras ende en pleyto de su Rey.* Et Ignac. Lopez de Salced. ad Bernard. Diez *in prax. canon. d. cap.57 litter. A. versic. quartus casus in causa Principis, vel Regis.* Unde infert posse Clericos patrocinari in audientiis Regalibus in prædictis causis. Ex qua doctrina, sic argumentum assummo; si Clerici in causis Regum possunt dis-

cep-

ceptare in foro, ut advocati, fortiori ratione, eo quod creentur Consiliarii ab ipsis Regibus, poterunt exercere munus Judicandi, ut Senatores: nam honorificentius est in Solio sedere judicando, quam in scabello advocando: Itaque possumus testificari plures Clericos nostris temporibus evectos fuisse in Consiliarios omnium Senatuum, & in Auditores Chancellariarum, & Audientiarum nostri Regni Hispani, & vidimus illic simul cum Laicis exercere munus Judicandi absque ulla distinctione (quorum Consiliariorum, si nobis liceret, cathalogum copiosum adhiberemus) quòd si non esset licitum, aut deceret, Reges nostri Catholici tanquam recti custodes Juris Canonici minime eveherent, nec legibus statutũ esset, ut in partitis constat *l.* 48. *tit.* 6. *partit.* 1. testatur Bobadill. *lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 31. multos vidisse: & conveniens esse aliquos recipi in Camæra Regia, & Consiliis, ubi plures res tractantur Ecclesiasticæ, affirmant alteri.

3 Ex quibus principiis, & notoria praxi Senatuum nostri Regni non importune deduci potest Fratres Clericos horum Ordinum posse in Senatores eligi: nam si Sacratissimæ Dignitates Episcoporum non obstant, quominus à Consiliis Regum adsint, sacra eorum professio (in qua solùm à Clericis Secularibus distinguntur) non debet impedire, ut in Senatores eligantur; maximè cum nostri Catholicissimi Reges, non solùm ut Principes, & Domini temporales, verùm etiam Prælati eorundem sint, quibus inservire debemus non solùm ratione politica dominativa temporali, verùm etiam spiritualis obedientiæ. In cujus confirmationem referam, præter antiquiora exẽplaria, duplex nostri temporis, eorum qui ex his Ordinibus fuerunt electi in Senatores. Ex Ordine Calatravensi D.D.D. Gregorius à Solorzano, qui primum evectus fuit ad rationes fisci gerendas, & defensandas in Vallisoletana Chancelaria, deinde auditor, & Judex Monarchiæ Siciliañæ Supremus, postmodum Indiarum Consilii Senator, & denique in Supremo Castellę colocatus. Ex Ordine nostro Jacobæo D.D.D. Petrus Gonzalęz Toraño, qui ex Abbatiæ Dignitatè *de Covadonga* promotus fuit ad Regale Consilium Gacæ Regiæ. Quæ quidem exempla clarè demonstrant, ita ut Clericos Seculares, posse promoveri Clericos Fratres horum Ordinum ad Regia Consilia. Nam credendum non est, quòd si prohibitio, quatenus sunt Religiosi, eos comprehenderet, nec Carolus II. bonæ memoriæ, nec invictissimus noster Philippus V. illos eveheret ad senaturas prædictas; nec etiam eveheret, ut evehexit, ad gubernium Consilii Castellæ D.D.D. Emmanuelem Arias de Porras Equitem Clericum D. Joannis, utpotè absolutè Religiosum, nec alii innumerabiles Regulares, tàm Monachales; quàm Mendicantes ad prædicta munera regendi Consilia. Hoc constat sæpè sæpius fieri: ergo nulla datur prohibitio, quæ impediat prædictos Fratres posse eligi ad regendas Senaturas.

4 Et ego interrogatus ab Excelentissimo D.D. Ludovic. à Miraval. & Spinola, Gubernatore tùnc temporis Regalis Supremi Consilii Castellæ circa capacitatem meam muneris judicandi, respondi, me totam habere, quantam Serenissimus Rex noster Judicaret, inspectis meis meritis convenire Coronæ Regiæ, ut illi inservirem; verùm, quia mea merita, ut exigua, æqua non fuerint excellentioribus aliis, fateor me consultum non fuisse in pluribus diversorum Tribunalium consultationibus, quæ fuerunt factæ, etsi de mea capacitate manserit satisfactus, tum rationibus à me allegatis, tum exemplaribus ibi traditis, quæ repetiit memoria, cursum gubernationis fœliciter consumavit, me primario moderatore inconsulto.

*Utrum Clerici Fratres Ordinum posſint, immo debeant eſſe Regii Conſiliarii eorundem Ordinum.*

## SUMMARIUM.

*Probatur, non ſolum poſſe Fratres Clericos horum Ordinum eſſe Senatores in Conſilio ipſorum, ſed debere Senatores creari pro exercitio rerum ſpiritualium, & Eccleſiaſticarum: primo, quia ut dictum eſt in anteriori quæſt. ſunt capaces aliarum Senaturarum, tum quia pro cauſis ſuæ Religionis diſceptare poſſunt in foro, ut in q. ſeq. clare liquebit. n.1.*

*Secunda ratio: quia Curia nullum diſcrimen conſtituit inter Equites, & Religioſos Senatores, nec diffinitiones Calatravæ ullam diſtinctionem faciunt, eo quod dicunt* Porque nunca falte perſona de Orden, *hoc eſt in Conſilio. n.2.*

*Tertia: quia D. Reges tenentur gubernare hos Ordines admodum quo Magiſtri particulares illos gubernabant, ut ipſe Bullæ unionis Magiſtratuum diſponunt: & ut ſciatur, quid Bullæ diſponunt; refertur hic ſpectativa pro Ordine Calatravæ in favorem Regis Catholici ab Innoc. VIII. expedita, & ab eo gratia confirmata. n.3.*

*Ab eodem Innocentio alia expedita fuit expectativa pro Magiſtratibus Ordinis noſtri, & Alcantaræ in favorem eorundem Regum Catholicorum, cujus virtute adeptus eſt Rex Catholicus poſſeſsionem Magiſtratus noſtris Ordinis per obitũ Magiſtri D. D. Ildephonſi à Cardenas. num. 4.*

*Ob renuntiatoinem factam à D. D. Joanne à Zuñiga Magiſtro Alcantarenſi, cum aliquibus reſervationibus, in favorem Regum Catholicorum expedita Bull. Alexand. VI. cœperunt poſſeſsionem Magiſtratus Alcantarenſis præfati Sereniſsimi Reges Catholici, qui etiam aliam Bullam obtinuerunt à Julio II. quæ vocatur ſuperioritatis; & Sereniſsimus Carol. V. à Leon. X. etiam obtinuit in ſui favorem aliam ſpectativam. n.5.*

*Deinde ſuccedit Bulla Alexand. VI. annexionis perpetuæ Magiſtratuum trium Ordinum D. Jacobi, Calatravæ, & Alcantaræ, in favorem Sereniſsimi Regis Caroli V. & ſucceſſorum in Regia Corona Caſtellæ, & Legionis: & tandem alia lucrata eſt Bulla à Philippo II. pro unione perpetua Magiſtratus Monteſæ, ut Rege Aragoniæ, & ſucceſſoribus, quam expedivit Sixt. Pap. V. num. 6.*

*Ex octo Bullis præcitatis deducitur concluſio, nempe Reges noſtros, ut Adminiſtratores perpetuos teneri gubernare Ordines, ut alii Magiſtri eos gubernabant, ut demonſtrant illa verba.* Perinde, ac ſi unio hujuſmodi quoad præmiſſa dumtaxat, minime facta fuiſſet. *n.7.*

*Supponitur ab Authore Reges Catholicos, qui ſtabilierunt hoc Conſilium conſuluiſſe variis litteratis, ut prorſus obſerventur Bullæ Pontificiæ. n.8.*

*Non vero convenire gubernium, & adminiſtrationem juriſdictionis Ordinũ tunc temporis cum adminiſtratione ſuperveniente unioni perpetuæ. n.9.*

*In prima inſtitutione horum Ordinum, & multo poſt, cum clauſtraliter viverent Equites, & Clerici, nullum habuerunt Conſilium, niſi Capitula generalia; poſtea vero creſcentibus redditibus, dominiis, & juriſdictionibus ipſorum Ordinum unuſquiſque regebatur ſecundum ſua ſtatuta, & obſervantias. n.10.*

*Militia noſtra Jacobæa in Provincias Caſtellæ, & Legionis diviſa regebatur quoad forum ſeculare per leges capitulares, & eis deficientibus per leges Regnorum: inſtituebanturque Judices inferiores in territoriis, & ab illis appellabatur ad Conſilium Magiſtrale litteratorum ſecularium, cui præerat unus, qui dicebatur* Alcalde mayor de la caſa del Maeſtre. *Et cauſa Equitum, & Clericorum ſubſtantiabantur, & terminabantur ab Equitibus, & Clericis deputatis à Magiſtro, & ab ipſis ad eundem Magiſtrum appellabatur. n.11.*

*Litteraliter tranſcribitur ſtabiliment. anni 1560. à quo praxis dicta in n. antecedent. originem ſumpſit. n.12.*

*Stabilimentum prædictum loquitur de*

*Equi-*

*Equitibus: Religiosi vero Clerici puniebantur, & corrigebantur à Prioribus Uclensi, & Legionensi, de quorum causis privativè cognoscebant. n.13.*

*Jurisdictio Ecclesiastica forensis exercebatur per Priores præfatos aut per Vicarios in suis Vicariis, & ab illis appellabatur ad Capitulum generale, ubi ut Consiliarii nati habebantur. n.14.*

*Regius Consiliarius vocatur Prior Uclensis: ergo fortius essent Consilii Magistri ad expediendas causas Ecclesiasticas, & demonstratur in tempore Regum Catholicorum fuisse Consilium nostri Ordinis. n.15.*

*Hoc Consilium cessavit ut regale anno 1477. per electionem Magistri Cardenas, sed mansit Consilium Magistri, ut antea habuerunt sui antecessores. n.16.*

*Litterati viri, quibus componebatur Consilium, erant jam valdè instructi in regula, & constitutionibus Ordinis, & non aliter, nec aliomodo creabantur. n.17.*

*Consilium hoc nostri Ordinis perseveravit usque ad annum 1491. constat ex instrumentis. n.18.*

*Cæterę æquestres Militiæ ad similitudinem Jacobeæ Consilia etiam habuerunt ad temporalem jurisdictionem exercēdam. n.19.*

*Quoad jurisdictionem spiritualem exercendam erant desig nati Priores Uclensis, & Legionensis in nostro Ordine. n.20.*

*Facultas ligandi, & absolvendi exerceri nequit, nisi à Judicibus Ecclesiasticis: unde nec Magistris competebat tanquam Laicis: ergo multo minus Equitibus. n.21.*

*Affertur Bulla Jul. II. data Romæ die 5. Octobris ann. 1507. in favorem Ducis Conimbricensis, tanquam Administratoris perpetui, ubi indulsit Papa, Militias ejus Regni gubernandas admodum aliarum Regni Castellæ. Et ex hac Bulla arguitur concludenter. n.22.*

*Ex alia schedula Regali, quam tradit Carvallho deducitur jurisdictionem Ecclesiasticam Ordinum Portugaliæ exercendam ab Ecclesiasticis eorum, seorsim ab Equitibus. num. 23.*

*Bulla Julii III. data Romæ die 30. Decembris anno 1553. in favorem ejusdem Regis Portugaliæ pro Administratione exercenda Militiarum. n.24.*

*Aliud rescriptum Apostolicum vivæ vocis oraculo expeditum affertur die 30. Maii anno 1553. ejusdem Pontificis Julii III. & à Reinucio Cardinale ejus Penitentiario transcriptum, quod tradit citatus Carvallho. n.25.*

*Fuisse D. Petr. Portocarrero Clericum Fratrem Consiliarium Magistri probat D.D. Ludovicus à Salazar hic. n.26.*

*Successit huic Consiliario Licentiatus D. Didacus Flores professus in Conventu S. Marci Legionensis, fuit etiam Visitator ejusdem Consilii D. Didacus Aponte, & Quiñones Prior Uclensis. Necnon Præsul illius D. Garcia Ramirez Prior, & professus in nostro Conventu Legionensi. n.27.*

*Proponuntur objectiones aliquæ, quæ oppositę fuerunt Fr. D. Ildephonso à Torralva Fratri Clerico Calatravensi, cum ipse adeptus fuit gratiam Senaturæ hujus Consilii in hunc modum; nempe Religiosos Clericos non posse exercere jurisdictionem, simulque esse provisiones nullas, in quibus interveniret: primæ, & secundæ propositioni respondet D. Salazar, cujus verba transcribuntur. n.28.*

*Adducitur primum fundamentum, quod eo nititur, scilicet Fratres Clericos posse exercere jurisdictionem Ecclesiasticam inferiorem: ergo possunt exercere majorem, vel superiorem: nec quod ibi mixta sit etiam jurisdictio temporalis aliquid officit ob rationes hic præstitas. n.29.*

*Secundum fundamentum evasionis objectionis oppositæ fundatur in dictis in q. anteced. n.30.*

*Tertium ex exemplaribus congestis à D. Salazar, ubi numerat plures, qui intra Ordines non solum exercuerunt res spirituales, sed etiam pure temporales intra ipsos Ordines. n.31.*

*Ad illud, quòd objectum eſt, nempe proviſiones, quibus aſsiſterent, eſſe nullas, recte reſpondet ſuo more D. Salazar, & appinguntur ejus verba. n.32.*

*Retorquetur incapacitas, quæ arguitur erga Clericos Fratres contra Senatores tùnc Laicos, ſaltim quoad Eccleſiaſtica gerenda. Et Author reffert reverentiam ſanctioni prædicti Conſilii, & ejus praxi cognoſcendi de cauſis ſpiritualibus, verùm privilegium ad id expreſſum non inveniſſe fatetur. n.33.*

*Bullas unionis Magiſtratuum oppoſitas eſſe praxi, quam obſervat Conſilium, aſſeritur, & non congruere cæteris rebus Militiarum, quæ à Regibus, ut Adminiſtratoribus obſervantur. n.34.*

*Probatur etiam inconveniens, quòd verſatur in eo, quòd Senatores omnium Militiarum permixtim ferant ſuffragium, hoc eſt, quòd Calatravenſis ferat ſuffragium in cauſis Ordinis Jacobæi, & ſic de de cæteris. n.35.*

*Arguitur adverſus dictum in num. antecedenti ex eo, quòd inſtitutum, & finis uniuſcujuſque Militiæ æqualis eſt: unde inconveniens non eſt communiter regi, & gubernari: reſpondetur diverſam Regulam profiteri, & non poſſe tranſire de una ad aliam: ergo non poſſunt gubernari promiſcuè n.36.*

*Reſponſum præſtitum robur accipit ex Bullis Adriani VI. Juli II. & Leon. X. quarum clauſulæ ad aſſumptum apinguntur hic, & litteraliter tranſcribentur infra in hac quæſt. n.37.*

*Refertur diſpoſita in prædictis Bullis eſſe conformia juri communi, & allegantur in id quam plures deciſsiones Canonicæ. n.38.*

*Citantur AA. qui ferunt in Prælatos Diffinitores, & Viſitatores eligi non poſſe, & affertur caput cum cauſa de elect. n.39.*

*Probatur quàm plurimis capitibus prohibitum eſſe, ut Equites Novitii poſſint Judicare cauſas Religioſorum Equitum, & multo magis cauſas Religioſorum Clericorum. n.40.*

*An Equites Religioſi poſsint cognoſcere, ut Senatores, de quibuſcumque cauſis Eccleſiaſticis etiam in ſuo Ordine, cum ſint Laici? Reſpondetur non poſſe, niſi de pure temporalibus, & nullomodo de cauſis Eccleſiaſticis; quòd probatur quàm plurimis capitibus Canonicis, & Authoribus magnæ notæ. n.41.*

*Hoc aſſumptum adſtruitur, etiamſi ſint profeſsi. n.42.*

*Deducitur ex dictis, Sereniſsimis Regibus, ut Adminiſtratoribus in ſanciendo hoc Conſilio, non bene ſibi conſuluiſſe, nec praxim deſumptam conformari cum Bullis, & jure communi. n.43.*

*Aliqui allegant in favorem Conſilii Bullas S. Pii V. quas poſtea tranſcribit Author, ſed reſpondet in nihilo proficere. n.44.*

*Adducunt etiam Bullas incorporationis Magiſtratuum in illis verbis* per perſonas Eccleſiaſticas, & Religioſas, *quas interpretata eſt praxis pro Equitibus, ut pote Religioſi ſint; ſed pro reſponſione non negat Author eſſe Religioſos. ſed inquit eſſe Religioſitatem diſputatam, non verò abſolutam, ut eſt Religioſitas Clericorum, de qua debet intelligi ſenſiſſe Sedem Apoſtolicam. n.45.*

*Fundatur praxi licet per antiqua non poſſe recipi omne genus cauſarũ Eccleſiaſticarũ commiſſum fuiſſe à Sede Apoſtolica Senatoribus Laicis, quamquam profeſsis in Ordinibus Militaribus. n.46.*

*Secundo reſpondetur Bullis citatis S. Pii V. alio modo. n.47.*

*Affertur alia Bulla Julii III. quæ incipit* cum ſicut nobis exponi fecit, *& intelligitur ab Authore in ſenſu, in quo debet accipi. n.48.*

*Reſpondetur aliæ inſtantiæ, quam faciunt contrarii ducti antiquiſsima conſuetudine, quæ cadit in immemorialem, cognoſcendi de quibuſcumque cauſis Eccleſiaſticis, eo modo, quo dictum eſt: quia negatur virtus conſuetudinis, ut poſsit Senatores Laicos capaces facere cognoſcendi de illis cauſis. n.49.*

*Alia ratio additur, qua nituntur contrarii, nempè Magiſtratus harum Militiarum eſſe juris Patronatus, ac quemad-*

*mo-*

*nodum alia bona, quæ illius juris sunt, Judicantur à Senatoribus Regiæ Cameræ Castellæ, & simul tres gratiæ judicantur à Consilio Cruciatæ; Milliones, & tertiæ Regales Judicantur à Consilio Gazæ Regiæ; ac denique causæ Ecclesiasticę Regnorum Indiarum in ejus Regali Consilio agitantur: poterunt etiam simili modo causæ cujuscumque generis sint agitari in Consilio Ordinum. n.50.*

*Respondetur per partes: primò facto supposito indulti cognoscendi de causis Juris Regii Patronatus Ecclesiastici, per unionem Magistratuum Ordines non fuerunt facti juris Patronatus, sed sunt in jure Patronatus contra P. Mendo. n.51.*

*Respondetur secundò, quòd licet Reges nostri vocentur Patroni in conferendo Commendas, Prioratus, & Beneficia, illud verbum* Patronus *debet summi abusivè. n.52.*

*Satisfit paritati apositæ Consilii Regalis Cruciatæ: quia hoc Consilium diversimodè se gerit, ac Consilium Regium Ordinum. n.53.*

*Similiter etiam respondetur cum Domino Salgado, & aliis circa modum cognoscendi de causis Ecclesiasticis in Regia Camera Castellæ, nempè non absolutè procedere, sed de qualitate, & facto. n.54.*

*Iterum respondetur alio modo. n.55.*

*Confirmatur etiam ex doctrina D. Ramos, qui adducit paritatem tertiarum Regiarum, quæ licet Pontificię transeuntes in Regaliam, Judices Regii de his cognoscunt. n.56.*

*Denique exemplo Regii Patronatus Indiarum adstruitur, qui non cadit sub reservatione, & prohibitione generali, ut ipse D. Ramos docet. n.57.*

*Aliqua scitu digna porriguntur circa Regium Patronatum Indiarum in favorem Regum Catholicorum, quæ adducit D. Solorz. nempè eos habendos esse tanquam Vicarios, & Delegatos Pontificios. n.58.*

*Hæc, & alia deducunt contrarii ad probandum assumptum, nempè Ordines per incorporationem transiisse in jus Patronatus Regium, vel Regaliam: sed contra est, ex rationibus, quas hic producit Author. n.59.*

*Respondetur secundæ objectioni oppositæ Clericis Fratribus in eo, quòd asserunt contrarii non posse vovere in informationibus Equitum, nisi de novo alias fecerint nobilitatis, diversis rationibus, quæ hic videri possunt. n.60.*

*Secundo respondetur cum Decreto Regio expedito anno 1702. n.61.*

*Impugnatur D. Salazar in eo, quòd asserit in citato memoriali de capacitate n.29. Collegia Ordinum Militarium desumpsisse originem ab anno 1560. n. 62.*

*Convincitur, nostrum Collegium jam fuisse erectum anno 1528 siquidem Illustrissimus D. Martinus Perez de Ayala nominatur Collega istius Collegii prædicto. anno. n.63.*

*Ex libro Magistri Cabranes, qui vocatur* Armadura espiritual, *Typis mandato anno 1544. constat ex licentia, & privilegio dato anno 1525. eum se appellare Rectorem prædicti Collegii Jacobæi, n.64.*

*Traditur ratio quare forte se feffelisset D. Salazar, & addacitur Historia Complutensis Doctoris Portilla qua probatur Uclenses Collegas ex illa Universitate rediisse ad hanc Salmantinam anno 1536. ut univentur Legionensibus. n.65.*

*Demonstratur tempore Regum Catholicorum fuisse Collegium Jacobæum Salmanticæ, ut constat ex stabiliment. hic relatis. n.66.*

*Ab anno 1503. probatur plus minusvè originem sumpsisse Collegium Jacobæum Salmanticæ, ut ex recensendis viris insignibus infrà n. 69. constabit, & citatur stabiliment. anno 1555. n.67.*

*Fit clarius ex constitutionibus datis à Carolo V. anno 1554. & ex aliis rationibus, quæ hic adducuntur. n.68.*

*Apponitur Cathalogus virorum insignium, qui & quibus annis residentiam habuerunt in prædicto Collegio. n.69.*

*Proponitur alia objectio oppositа Fratribus Clericis negando illos esse Ordinum Mi-*

*Militarium, nec partes ipſarum Militiarum. Sed reſpondetur cum Bullis confirmationis uniuſcujuſque Ordinis, & cum ſtatutis, & conſtitutionibus, & communi praxi. n.70.*

*Porrigitur in confirmationem Bulla Alexand. III. pro noſtro Ordine, & varia Capita Regulæ Jacobææ citantur. num. 71.*

*Inſtituti etiam Ordinis Calatravenſis, & ejus privilegia facile reddunt falſam prædictam objectionem. n.72.*

*Fundatio ſimiliter Ordinis Alcantarenſis (quæ hic refertur obiter) ejus conſtitutiones, & privilegia ſatis obſtendunt Clericos fuiſſe partes principales illius Militiæ. n.73.*

*Denique obſtenditur, pluribus atteſtantibus, Fratres Clericos Monteſianos eſſe in Ordinibus æquales Militibus, & partes principales illius Militiæ. n.74.*

*A ratione, & paritate defenditur Fratres Clericos eſſe individua præcipua Militiarum cum Laicis, exemplo de ſumpto ab Hoſpitalariis S. Joannis de Deo, & Ordinis Prædicatorum, quando daretur Clericos non eſſe Milites, contra id quod plures affirmant. n.75.*

*Adverſus rationem, qua forte nitebantur contrarii, nempè Militare non poſſe Clericos ob expreſſam prohibitionem Canonicam arguitur concludenter. n.76.*

*Urgent amplius loca ſacræ Script. leges Regiæ, & communes, quæ ſuadent perſonas ſacras debere pugnare adverſus inimicos fidei. n.77.*

*Deducunt contrarii ex objectione antecedenti nos habere incapacitatem notoriam, ut poſsimus gubernare has Militias, ſed reſpondetur facile. n.78.*

*Præterea objiciunt contrarii Religioſos Clericos non poſſe præcedere Religioſis Militibus, quòd non poſſet ſervari, ſi daretur eos poſſe eligi in Conſiliarios. Sed huic objectioni reſpondet D. Salazar. num. 79.*

*Alias rationes tribuit Author pro reſponſione prædictæ objectionis. n.80.*

*Ex ſtabilimentis, & diffinitionibus Ordinum fundatur non eſſe in conveniens propoſitum in objectione adhibita. n.81.*

*Proponuntur in convenientia, & damna, quæ oriuntur ex ſeparatione individuorum unius congregationis, vel Ordinis. n.82.*

*Narratur fraternitatem deficere, & illam unionè valdè commendatam à Pontificibus ſervari ex laxitudine Regulæ Equitum, unde dependet diſpar ſocietas, dedecus, & abjectio Fratrum Clericorum in eo, quod intulerunt contrarii per verba in num. 42. relata à D. Salazar, quæ verba hic tranſcribuntur. n.83.*

*Pro capacitate Clericorum Fratrum ultra affertur Bulla Julii II. litteraliter tranſcripta hic. n.84.*

*Pro expenſione prædictæ Bullæ Julii II. duo notantur: primò perſonam petere, non perſonas ad regenda ſpiritualia, & Eccleſiaſtica uniuſcujuſque Militiæ, & fundatur unicam ſufficere deinde idoneam eſſe debere, quaſi diceret, dignam, ut aſſerunt AA. n.85.*

*Diſquiritur, quòd munus exerceat Conſilium Ordinum, & Author putat eſſe Vicarii generalis Magiſtri, vel Domini Regis, ut Adminiſtratoris perpetui; ſed Vicarius generalis ex conſtitutionibus Clementis VIII. & Urbani VIII. in Regnis Caſtellæ, & Legionis debet eſſe in ſacris conſtitutus ad exercendam juriſdictionem Eccleſiaſticam: ergo non alii, quam ii poſſunt exercere juriſdictionem Eccleſiaſticam in Ordinibus. n.86.*

*Licet jure antiquo tonſuratus poterat exercere Vicariatum generalem, Laicus tamen nunquam potuit. n.87.*

*Bulla Leonis X. quæ incipit* præclaræ devotionis ſinceritas, *tranſcribitur etiam pro capacitate Fratrum Clericorum ad Senaturas Regii Conſilii Ordinum. n.88.*

*Arguitur ex Bulla præcitata Leon. per illa verba* Spiritualia videlicet per Eccleſiaſticas, temporalia vero per Seculares idoneas earundem Militiarum. *Sed in his Ordinibus nullus alius datur ſtatus, quam Eccleſiaſticus, & Secularis: ergo Summus Pontifex clarè diſtribuit Eccleſiaſtica exercenda ab Eccleſiaſticis, & temporalia à Secularibus. n.89.*

Bul-

*Bulla Adriani VI. unionis Magiſtratuum, quæ incipit*, dum intra noſtræ mentis arcana *ad litteram tranſcribitur, ut contrariorum detegatur ſupervacanea oppoſitio in illa nixa, tota Bullæ litera perſpecta. n.*90.

*Præſtantur rationes, quas afferunt contrarii ex prædicta Bulla Adriani, nempe ſummum Præſulem tantum Milites præoculis habuiſſe, ut ex contextu ejus conſtat, eoque animo fuiſſe, ut tam eccleſiaſtica juriſdictio, quam temporalis exerceretur ab illis, non autem à Clericis, ideoque practicatam fuiſſe prædictam Bullam in deſignandis Senatoribus ſolùm in Equitibus, tanquam perſonis Religioſis. n.*91.

*Reſpondetur intelligentiæ, quam perperam præſtant contrarii: nam unio Magiſtratuum fuit facta ab Adriano VI. ut ipſe inquit in Bulla, ob devotionem quam erga Carolum V. demonſtrat, ut illius Magiſter: deinde: quia uſus, ut irrationabilis, in Senatoribus tantum Laicis eligendis, non eſt ſufficiens ad Bullam explicandam, ut conſtat ex jure Canonico. n.*92.

*Alia efficatiori ratione convincitur intelligentia data Bullæ ex eo, quod omnia reſcripta Apoſtolica debent intelligi in proprio, & naturali ſenſu, minimè vero impropriè, & ſecundumquid, ut multi dicunt eſſe Laicos Fratres perſonas Religioſas. n.*93.

*Deinde praxis deſumpta ex prædicta Bulla non convenit gubernationi antiquæ harum Militiarum, nec etiam noviori in actibus Ordinum, in quibus ſimul concurrunt Clerici, & Laici Fratres, veluti in viſitationibus, & datione habituum, & cæteris. n.*94.

*Ex alio capite probatur intelligendam eſſe Bullam Adriani loqui de Clericis Fratribus in illis verbis* per perſonas Religioſas earumdem Militiarum. *Quia plus valet, quod in veritate eſt, quam quod in opinione, ſed Clerici Fratres in rei veritate ſunt Religioſi, Equites vero ſunt in opinione: ergo potius illa verba referenda ſunt ad Clericos, quam ad Equites: nec credendum eſt velle Summ. Pontificem concedere juriſdictionem Eccleſiaſticam Laicis per illa ſola verba. n.*95.

*Fit præterea reflexio ſuper eadem verba, collatis illis cum aliis ejuſdem Bullæ, quæ demonſtrant diviſim debere gubernari, non conjunctim. n.*96.

*Adducitur in confirmationem aſſumpti, litteralis tranſcriptio Bullæ Sixti V. pro unione Magiſtratus Monteſiani, quæ incipit* Superni diſpoſitione Conſilii. *n.*97.

*Notatur modus, quo loquitur Bullæ prædicta in illis verbis* cum eo quod, tam Philippus, quam alii Adminiſtratores, &c. *quæ quidem important conditionem per perſonas regulares exercendam eſſe juriſdictionem Eccleſiaſticam, hoc eſt Clericos, qui tantum ſunt verè, & propriè Regulares, non autem Laici. numer.*98.

*Defenditur, Fratres Clericos Militiarum non ſolùm eſſe æquales Militibus in voto, & ſede, verum etiam in aliis bonis, & profectibus Ordinum, officiaque exercuiſſe etiam pure temporalia; quorum longum cathalogum faciunt D. Salaz. & Doct. Samper hic citati. n.*99.

*Alia Bulla S. Pii V. quam adducunt contrarii pro ſua opinione, & incipit* exponi nobis nuper fecit *data Romæ anno* 1567. *litteraliter traditur. n.* 100.

*Bulla ſecunda ejuſdem fere inſpectionis, & ejuſdem Pontificis data anno* 1569. *refertur ad litteram. n.*101.

*Ex his duabus poſterioribus Bullis Sanctitatis Pii V. plura in contrarios deducit Author, & nihil facere in eorum favorē atteſtatur, penſatis rectè verbis earum, ut videre eſt hoc n.*102.

*In confirmationem traditur commiſsio, ſeù mandatum conceſſum à D. Magiſtro Figueroa pro electione Prioriſſæ præclari Conventus* de Junqueras *noſtri Ordinis Barchinone exiſtentis. n.*103.

*Ex litteris relatis notatur verbum illud* in talibus, *per hoc quod in illis commitebatur Cappellano Magiſtri actus viſitationis, & correctionis, & imponendi pœnas ſalutares, & alia reflectuntur circa ipſas litteras. n.*104. Re-

*Refertur primum decretum expeditum in favorem D. D. Ildephonſi à Torralva ad ingrediendum in Conſilio Ordinum. n.* 105.

*Ad litteram etiam exponitur ſecundum Regium decretum noſtri chariſsimi Regis, quo diſponitur D. Torralva recipi debere abſque alia approbatione qualitatum ſuarum, quam quę facta fuerat ad habitum Clericalem Religioſum. n.* 106.

*Fuit ſupplicatum ab anteriori decreto, & repetitum fuit aliud, quo dixit Regia Majeſtas* executèſe lo reſuelto, pues no ay eſtablecimiento formal contra ello. *n.* 107.

*Quartum decretum pro D. Torralba, non obſtante ſuplicatione facta à majore parte Conſiliariorum, publicatum fuit in eodem Conſilio die* 3 *Novembris anno* 1709 *n.* 108.

*Tandem expeditum fuit aliud novum Decretum, quo obſtendit Catholica Majeſtas magnam indignationem, & imponit perpetuum ſilentium, ut nequirent ipſi Senatores amplius repreſentare. numer.* 109.

*Ex his decretis deducit Author rem judicatam pro capacitate Fratrum Religioſorum Clericorum ad Senaturas Conſilii Ordinum. n.* 110.

*Denique exponitur grave inconveniens in eo, quod Conſilium expediat in papiro ſygillata. n.* 111.

## QUÆSTIO. IV.

1 DUbium hujus quæſtionis non tantum vertitur circa hoc, an poſsint eſſe Regii Conſiliarii? quipè hoc deciſſum ſat eſt in anteriore quæſt. immo erga illud an debeant eſſe Regii Conſiliarii ipſorum Ordinum? quin in illis ſubſiſtat ullum obſtaculum in exercendis ſimilibus Senaturis, ſed potius magna recomendatio in Bullis Pontificiis ritè, & rectè examinatis, ac plurimæ rationes illud ſuadent. Unde proculdubio pro illa diſcutienda aſſero non ſolùm poſſe, verum etiam neceſſarium eſſe ut in Senatores eligantur, quod ex ſequentibus apparebit. Primo: quia, ſi ut jam docuimus in anteriori quæſt. ſunt capaces Fratres Clerici horum Ordinum Senaturarum Regiorum Tribunalium, in quibns res tractantur pure ſeculares, ſeù temporales, multò fortius erunt capaces Senaturarum hujus Conſilii: quia illis favet non ſolùm limitatio ibi appoſita, *leg. partit.* nempè *en pleyto de ſu Rey*, ſed etiam alia ſuæ Religionis, de qua limatione latè *infrà quæſt.* 5.

2 Secundò: quia Curia Romana pro comperto habet Conſilium Ordinum componi Equitibus, & Religioſis (qui per anthonomaſiam vocantur Clerici) ut deducitur ex Cardin. de Luca *tom.* 14. *diſcurſ.* 22. *de Regular.* ubi refert querellam Conventus Regalis Uclenſis circa reſtrictionem, quam curabat inferre Ordinum Conſilium liberę facultatis, quam habebat prædictum Monaſterium admittendi ad Habitum, præhabito ſolo ſuo examine, & approbatione prætendentibus, priuſquam reciperentur, examinandos eſſe ab ipſo Conſilio: ubi mentionem facit omnimodæ juriſdictionis noſtris Regibus conceſſæ, quam, inquit, exercere Conſilium Ordinum; & *addit, quòd ex eorumdem Ordinum Militibus, ſeu Religioſis conſtitutum eſt*: quæ verba denotant Milites, & Religioſos Clericos capaces eſſe exercendi Senaturas. Et ego addo in conceptu Curiæ, Milites ad temporalia, ad ſpiritualia vero Clericos: & hoc infero *ex cap.* 4. *tit.* 16. *pag.* 392. *diffinit. Calatravenſ.* Ubi ſtatuitur eſſe in Ordinum Conſilio duos Conſiliarios ejuſdem habitus, & non diſtinguitur, ut ſint Milites, aut Religioſi Clerici, & præſtat rationem. *Porque nunca falte perſona de Orden, que aſsiſta à la determinacion de ſus negocios, y cauſas, conforme à la Bula de incorporacion de los Maeſtrazgos, que ordena ſe determinen por perſonas Religioſas de ella.*

3 Quia

3 Quia D.D. Reges noſtri, ut Adminiſtratores perpetui Ordinum tenentur illos gubernare ſecundum tenorem Bullarum, admodum, quo Magiſtri particulares prædeceſſores illos gubernabant, ſervata expreſſa, & ſpeciali forma data per eaſdem Bullas ad gubernium ſpirituale: quæ quidem forma conſtituta præcisè obſervanda eſt, veluti illa exercendi has res ſpiri„ tuales, & eccleſiaſticas, per perſonas „ Religioſas earundem Militiarum ido„ neas, per inde ac ſi unio hujuſmodi „ quoad præmiſſa dũtaxat minimè fac„ ta fuiſſet, ut expreſſe id diſponũt Bullæ. Verum ut radicitus hanc rem tractemus, ut quid neceſſe putamus percurrere Bullas, gratias, ſeù conceſsiones Pontificias, quas erga incorporationem Magiſtratuum expeditas invenire potuimus, ut ſic potius patefiat forma, & modus prædictæ unionis. Prima ergo Bulla, quæ in hac materia expedita fuit, ea eſt, quę non informa authentica, ſed ſimplici in Archivo Regio *de Simancas* invenitur, quæ quidem ſpectativa vocatur, & ab Innocent. VIII. fuit expedita *anno* 1488. in favorem Regis Catholici Ferdinandi per ceſſum, vel deceſſum D. D. Garſiæ de Padilla Calatravenſis Ordinis tunc magni Magiſtri, jam ſenis, & valde ægrotantis in Villa *de Almagro*, reſervata proviſsione ejus excellentioris Dignitatis Sedi Apoſtolicæ. Cumque ipſa Dignitas vacaret per obitum prædicti Magiſtri die 16. Octobris 1489. Garibai *compend. hiſtor. lib.* 18. *cap.*36. Radeſ. de Andrad. *diffinit. de Calatrav. ann.* 1573. *fol.* 40. *licet in Chronic. ejuſdem Ordin. cap.*8. *f.*11. & 82. *affirmet mortuum anno* 1487. Zurita *Annal. de Aragon tom.*4. *lib.*20. *cap.*81. *in fin.* convenit mortuum fuiſſe prædicto *anno* 1489. Rex Catholicus cum Regina Eliſabeth mandatum præſtiterunt D. Didaco de Caſtrillo Commendatario majori ejuſdem Ordinis, ut poſſeſsionem ſuo nomine aſſumeret prædicti Magiſtratus, cum ipſi perſonaliter accedere non poſſent obſidione Civitatis Bacenſis præocupati. Et ipſe Didacus de Caſtrillo de facto poſſeſsionem aſſumpſit. Sed ut tutius in conſcientia procederent in adminiſtrationis poſſeſsione jam adepta, iterum recurrerunt ad Sedem Apoſtolicam pro confirmatione prædictæ ſpectativæ, ut patet ex Bulla ejuſdem Innocentii data Romæ die 18. Januarii *anno* 1490. ſexto ſui Pontificatus, quæ in præfato Archivo generali *de Simancas* etiam cuſtoditur originalis.

4 Simul etiam obtinuerunt eandem gratiam ſpectativæ iidem Reges Catholici ab eodemmet Summo Pontifice Innocentio VIII. pro adminiſtratione Magiſtratuum Ordinum D. Jacobi, & Alcantaræ, ut conſtat ex Bulla, quæ ſervatur originalis in prædicto Archivo *de Simancas*, data Romæ die 20. Octobris *anno* 1489. ſexto ſui Pontificatus; deceſsit ipſe Summus Pontifex *die* 25. *Julii anno* 1492. quin ipſę gratiæ ſortirentur effectum, uſquedum ejus ſucceſſor Alexander VI. qui ſubintravit regens navim D. Petri *die* 11. *Auguſti* ejuſdem anni, ad preces eorundem Regum Catholicorum confirmavit prædictam ſpectativam per ſuam Bullam Romæ datam *die* 19. *Martii* 1493. *Pontificatus ſui anno primo*, quæ etiam cum aliis jam citatis aſſervatur in prædicto Archivo *de Simancas* originaliter, ut ibidem videre eſt, & in Bullis *ann.*1494. & 1505. ejuſdem Pontificis, ubi fit mentio precedentium *Bullar. Alcantar. fol.*72. & *ſeqq. Bullar. D. Jacobi fol.* 435. *d. ann.* 1501. *ſcrip.*1. Cumque Magiſter tunc temporis D. Jacobi Ordinis D. D. Ildephonſus de Cardenas vita functus fuiſſet *prima die Julii anno* 1493. in Civitate Llerenenſi, ut tenet *Bullar. ejuſdem Ordinis in princip.* Garibay ſupra citatus *lib.*19. *cap.*2. Mota *cathalog. de los Maeſtres fol.* 357. Doct. Galindez de Carbajal, *Anales de los Reyes Catholicos anno* 1493. ipſi Reges Catholici certiores facti obitus prædicti Magiſ-

gis-

giſtri Barchinone adepti fuerunt poſſeſsionem ejuſdem Magiſtratus in menſe Auguſti : nam in fine prædicti menſis Auguſti die 26. refertur in Bullario noſtri Ordinis *fol.* 431. certum diploma Regium, quo præcipitur ſolvi Priori, & Canonicis Uclenſis Cœnobii, centum mille marapetinos ad ſuum indumentum, ut adſolebant facere cœteri Magiſtri in ingreſſu Magiſtratus.

5 Magiſter vero Alcantarenſis D. D. Joannes de Zuñiga, qui eo tunc erat juvenis, ut adimpleret deſiderium Regum Catholicorum, qui valde cupiebant annectere Regiæ Coronæ adminiſtrationem ejus Magiſtratus, renuntiavit, & reſignavit illum in favorem ejuſdem Catholicæ Majeſtatis cum aliquibus reſervationibus, tam reddituum, quam jurium, & juriſdictionũ, ut refertur in Bulla Alexand. VI. data Romæ *die* 20. *Julii* 1494. *in Bullar. prædicti Ordin. inſerto in diffinit. anni.* 1662 *à fol.* 72. *uſque ad* 79. Epiſcopo Palentino commiſſa, virtute cujus Bullæ licet in executione retardatæ, aſſumpta fuit poſſeſsio prædictæ adminiſtrationis *anno* 1495. ſicque, incorporatis prædictis Magiſtratibus, prefati Sereniſsimi Reges Catholici obtinuerunt aliam Bullam, quæ communiter vocatur ſuperioritatis, à Julio II. Romæ datam *die* 21. *Maii anno* 1509. conſtat ex Bullar. Jacobæo *fol.* 456. *ann. prædicto ſcriptur.* 2. Samper. *Monteſſ. illuſtr. part.* 3. *n.* 562. *fol.* 353. poſtmodum vero Summus Pontif. Leo X. indulſit expectativam aliam Sereniſsimo Principi Carolo V. in ceſſum, vel receſſum dicti Regis Catholici ejuſdem Avi: conſtat ex Bulla data Bononiæ *die* 12. *Decembris anno* 1515. quam tradit Bullar. Jacobæum *à fol.* 620. *ad* 624. *in appendice ſcriptur.* 17. refert magnus vir D. Ludovicus de Salazar. *in memorial. pro capacit. Religioſor. Militar. ad Senatur. Conſil. Ordin. Militar. fol.* 118.

6 His præmiſsis gratiis Pontificiis ſucceſsit altera unionis perpetuæ Regię Coronę prędictę Magiſtratuum adminiſtrationis expedita ab Adrian. VI Romæ *die* 4. *menſis Maii anno* 1523. quã ad litteram tranſcribit noſtrum Bullar. *anno* 1522. *ſcriptur.* 1. *fol.* 475. virtute cujus in perpetuum jam Reges Caſtellæ, & Legionis, quibus fuit facta prędicta conceſsio, obtinent, & obtinebunt adminiſtrationem prædictorum Magiſtratuum, non ſine magno decore, immo maximo communi bono, & honore eorundem trium Ordinum. Similiter Sixtus Papa V. conceſsit cum eadem perpetuitate Ordinis Monteſæ adminiſtrationem Philippo II. ut Regi Aragoniæ, & ejus ſucceſſoribus, ſua Bulla Romæ etiam expedita *die* 13. *menſis Martii anno* 1588. quam trahit Samper *ubi ſup. part.* 3. *à n.* 482. *uſq. ad* 489. Quamvis ſi fiat computatio ab Incarnatione D. noſtri Jeſu-Chriſti numeratur *annus* 1587.

7 Ex quibus octo Bullis, quas ſygillatim enarravimus, non incongrue deducimus noſtros Sereniſsimos Principes, ut Reges Caſtellæ, & Legionis, & Aragoniæ ipſarum Bullarum vi teneri regere, & adminiſtrare prędictos Ordines, ac eorum juriſdictiones, tam Eccleſiaſticam, quàm temporalem, ut antea conſueverant gubernare particulares Magiſtri, qui eos præcelluerunt, ut ex prædictis Bullis apparet, & videre eſt ex præcitatis Innocentii VIII. Adriani VI. & Sixti V. per illa verba. *Perinde ac ſi unio hujuſmodi quoad præmiſſa dumtaxat minime facta fuiſſet.*

8 Unde rectè liquet examinandum quomodo ſegeſſerunt ſpeciales Magiſtri capitulariter electi à ſuis Ordinibus in adminiſtranda juriſdictione, tam ſpirituali, quam temporali, ut hinc etiam inferamus, an in erigendo Conſilio Regio pro ipſis Ordinibus, prout nunc floret cum permixta adminiſtratione juriſdictionis ſpiritualis, & temporalis, Reges Catholici videantur ſe conformare cum qualitatibus expreſsim, & ſpecifice additis in prædictis

Bul-

Bullis, ita ut intentio Summorum Pontificum, qui concesserunt prædictas gratias incorporationum, adimpleta intelligatur. Sed quod hoc debeat præsumi, valde suadet, tum perantiqua praxis tot doctissimorum virorum Senatorum prædicti Regalis Consili, qui emminentioribus meritis onusti, scientia, prudentia, & omni genere virtutum valde ornati, munus Senaturæ peregerunt à ducentis annis, & ultra in illo Consilio: tum etiam, quia credendum est Reges Catholicos, prout Religiosissimos Principes, ad tempus, quo sanxerunt gubernium prædictorum Ordinum, magnopere consuluisse hanc materiam, tanquam magni momenti doctissimis suorum Regnorum litteratis. Quæ quidem omnia mihi magni ponderis sunt.

9 Verum, re bene perpensa, ac serie prædecessorum Magistrorum cum cura, & diligentia percursa, mihi videbatur non convenire administratio jurisdictionis Ordinum tùnc temporis cum administratione à tempore unionis perpetuæ Magistratuum stabilita: nam Magistri capitulariter electi unusquisque gubernabat Militiam sibi commissam, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, spiritualia exercentes per personas Religiosas uniuscujusque Ordinis; temporalia per se cum Consilio Fratrum Equitum ejusdem Militiæ, & inferiorem jurisdictionem in Vassallos commitebat Judicibus Secularibus, qui uni appellabantur Gubernatores, qui quidem residebant in capite Provinciæ: alii vero, vulgò *Alcaldes Ordinarios, y Mayores*, qui etiam judicabant in suis districtis, & ab utrisque appellabatur jam ad Capitulum generale, jam ad Magistrum, ut fusius ex sequentibus patebit.

10 In primævis temporibus fundationum harum Sacrarum Militiarum (quia Magistri Equites, & Religiosi degebant in vita communi ad imitationem Apostolorum, seù Discipulorum D. nostri Jesu-Christi) nullum aliud Consilium habuerunt, quam Capitulum generale, aut congregationes conventuales, quarum fit mentio in Regula Jacobæa *cap.* 7. 35. & 37. & constat ex Regula, seù modo vivendi Calatravensis Ordinis *anno* 1164. & 1187. ibi: *Magister etiam Capitulum quotidie teneat vobis*: quæ utique congregationes, seù Capitula ordinabantur, & componebantur ex Equitibus, & Clericis in mirabili unione constitutis, licet diversis institutis, subjectionibus, & obedientiis, ut rectè docet illustrissim. D. D. Francisc. de Ocampo Episcop. Amiclanens. *in lib. de las obligaciones de los Caballeros de Santiago cap.* 1. §. 1. Post modum vero cursu temporis jam bonis acquisitis ex expugnatione Maurorum, jam donatis à Regibus variis territoriis ob tanta egregia facinora, quæ in bonum Ecclesiæ, & in utilitatem, seù extensionem suorum dominiorũ fecerunt, hi Ordines in dies redditibus abundarunt, & jurisdictionibus, dominiis, & Vassallis se auxerunt, Ecclesias ædificarunt, ac dotarunt in prędictis territoriis: qua propter necessariæ factæ fuerunt jurisdictiones forenses, tam Ecclesiasticæ, quam Seculares; & hoc fuit secundum tempus gubernii Magistrorum particularium eorundem Ordinum: sed unusquisque diversimode regebatur secundum sua statuta, & observantias; licèt substantialiter, & in effectu similes forent, ut ex dicendis satis constabit.

11 Equæstris Militia Jacobæa in Provincias Castellæ, & Legionis divisa regebatur, ut diximus, in prædictis temporibus quoad forum contentiosum seculare per Judices inferiores jam nominatos: qui quidem tenebantur causas decidere per leges capitulares ejusdem Ordinis, & illis non stantibus, per leges præfatorum Regnorum, aut eorum fora, ut constat *ex legib. Capitular. Ordin. part.* 2. *tit.* 1. *de los Alcaldes mayores*, & ex legib. Capitular. Magistr. Infant. D. Henriq. expeditis *die* 9. *Septembris anno* 1440. ibi: *Que las pre-*

*fieran* (loquitur de his legibus Capitularibus) *à todas las otras Ordenanzas Reales, y Fueros, y Derechos comunes, y despues de ellas, que juzguen por las especiales, y comunes de los Reynos.* Et ab illis appellabatur ad Consilium Magistrale, cui insidebant insignes litterati seculares, & unus Præses: qui quidem appellabatur etiam *Alcalde mayor de la Casa del Maestre*, omnino diversus à Judicibus Provinciarum, qui etiam vocabantur *Alcaldes mayores*: tradunt leges capitular. novissimæ *tit.* 70. *fol.* 216. causæ tamen, seu judicia Equitum per Judices à Magistro deputatos in unaquaque Provincia, tam Equites, quam Clericos, ut Adsessores, substantiabantur, & terminabantur, & inde appellabatur ad Magistrum, & ipse decidebat, ut inquiunt stabilimenta Reg. Catholic. *anno* 1501. *tit.* 64. & Imperat. Carol. V. *anno* 1522. *tit.* 6. *cap.* 10. & *ex stabiliment. seqq.* 1551. 1560. *tit.* 12 *cap.* 1. Mota *de confirmat. Ordin. fol.* 188 & hoc stabilimentum repetitur sine principio in stabilimentis *anni* 1573. 1600. & in postremis *anni* 1652. *tit.* 21. *cap.* 1.

12 Stabilimentum modo citatum, quia per manus fortasse haberi non solet, ad litteram inquit. *Ordenamos, y establecemos, que de causa de Freyle de nuestra Orden, seglar ninguno no pueda conocer, porque no quede exemplo: salvo, que en las Provincias, demos, y diputemos Jueces de nuestra Orden Caballeros, y Clerigos, segun la calidad del sugeto: tales, que entendamos, que guardarán justicia, y servicio nuestro, y de dicha Orden, y que quando vinieren las tales causas ante Nos por apelacion, ò en otra qualquiera manera, que dos Caballeros quales nos diputáremos de la nuestra Orden, libren las causas por nuestros Establecimientos, y leyes de nuestra Orden à do alcanzaren, y donde no, que tomen consigo un Letrado de los de nuestro Consejo, para que vean el derecho; y sabido, procedan los dichos Caballeros, assi diputados en la causa, dando la sentencia, que debieren segun derecho: salvo si Nos quisierèmos ver, y determinar las tales causas por Nos, porque el dicho privilegio sea guardado, y no se pierda por no uso.* Idem stabilimentum reperitur, & repetitur in stabilimentis Regum Administratorum, atque est primum, in quo invenitur nominatum Consilium Magistri.

13 Hoc contingebat in causis Equitum: in causis vero Religiosorum Clericorum D. Priores Uclensis, & Legionensis cognoscebant privativè de illis tanquam sui immediati Prælati virtute Bullæ confirmat. Ordin. ibi: *Priori, qui super eos fuerit ordinatus obedientes existant.* Et ex *cap.* 33. *nostrę Regulæ*, ibi: *Los Freyles Clerigos, assi en los Castillos, como en las Villas de la Orden, vivan jantamente, so la obediencia del Prior.* Et ex concordia celebrata ab Episcopo Sabinensi confirmata ab Urbano IV. *anno* 1228. transumpta *in Bullar. fol.* 88. *scriptur.* 2. *n.* 5. Mota *cathalog. de los Maestr. fol.* 336. Illustris. Ocampo *obligaciones de los Caballeros de Santiago, cap.* 2. §. 1. *n.* 18. Constat etiam ex reformat. *anni* 1310. *Bullar. Ordin. fol.* 260. *à* 266. *n.* 22. *in fin.* & ex reformat. Regum Catholic. *anni* 1504. *cap.* 119. *fol.* 116. ac denique ex stabiliment. 1560. *tit.* 10. *de los Jueces cap.* 4. & *in addit. fol.* 160. quamvis in hoc Capitulo generali decretum fuerit, quod in casu negligentiæ Priorum posset cognoscere Consilium Ordinum de causis Religiosorum Clericorum degentium extra Conventum.

14 Jurisdictio vero forensis Ecclesiastica in Clericos seculares, & circa res spirituales residebat in Prioribus Uclensi, & Legionensi, ac per Vicarios in suis districtis: omnes ergo jurisdictiones in se reassummebat alta jurisdictio Consilii Capituli generalis, ut rectè prævidit D. D. Ludov. à Salazar *in suo memorial. pro capacit. Religios. ad Senatur. Regal. Ordin. Consil. n.* 25. *fol.* 54. in quo Capituli Consilio (quod quidem ita vocabatur ut prædictus ingeniosus docet vir) præerant post Magis-

giſtrum Priores Uclenſis, & Legionenſis, erantque ſimul Conſiliarii nati, & ita cognominabantur RegisConſiliarii, ut apparet ex variis inſtrumentis, quæ congerit Bullarium noſtri Ordinis *ann.* 1462. *ſcript.* 1. *fol.* 391. *& anno* 1468. *fol.* 392. *& anno* 1470. *fol.* 394. & denique in alio inſtrumento *eod. fol.* quod incipit : *Ante el muy Reverendo Señor D. Juan Diez Coronado, Prior de Uclès, del Conſejo del Rey nueſtro Señor, Gobernador de la Orden de Santiago en la Provincia de Caſtilla, por el muy magnifico Señor Don Juan Pacheco, General Maeſtre de dicha Orden.* Hic Prior munus Prioratus exercuit ab *anno* 1429. *Bullar. Ordin. fol.* 362. *anno* 1430. *ſcript.* 1. Mota *cathalog. de los Priores de Uclès, fol* 346. & compertum eſt fuiſſe Conſiliarium Magiſtri D. D. Albari de Luna *anno* 1450. per diploma ejuſdem Magiſtri expeditum *die* 23. *Decembris prædicti anni*, erga litem motam inter Vicarium *de Tudia*, & D.D.Ildephonſum Fernandez de Acebedo, Priorem Uclenſem, quod quidem diploma manet ſubſcriptum in hunc modum : *Condeſtable. Nos el Maeſtre, refrendada. Yo Juan Bazquez de Badajòz la fice eſcribir por mandado de mi Señor el Maeſtre, y Condeſtable.* Et poſtmodum ſubſcribit. *J. Prior de Uclès: Petrus Licentiatus. Regiſtrada, Franciſco Martinez.* Aſſervatur hæc ſchedula in Archivo generali Uclenſi *in ſinu* 106.

15 In alia vero ſchedula RegiaRegis Ferdinandi Catholici Hiſpali data *die* 21. *Novembris anni* 1477. quam trahit Bullar. noſtri Ordin. *fol.* 401. *& ſeq.* tanquam Protectoris ejuſdem Ordinis, ac Adminiſtratoris appellatur D. Joann. Velaſco Prior, tunc Uclenſis Cœnobii Regius Conſiliarius, & ei committitur, ut præſit loco prædicti D. Regis Capitulo generali. Ex quo certe infertur, quod ſi Priores præerant univerſo Ordini, forentque RegisConſiliarii, multo fortius eſſent Conſilii Magiſtri, maxime cum in iiſdem temporibus reſidebant cum eodem Magiſtro : quia erant Priores perpetui Uclenſis, & Legionenſis, & fuerunt uſque ad *annum* 1502. ut conſtat ex Bullario *fol.* 438: *ſcript.* 1. habebat utique Rex Catholicus Ferdinandus in principio ſui gubernii, & adminiſtrationis, Conſilium Ordinis noſtri formatum, cui præerat D. Gabriel Manrique de Lara, Comes de Oſſorno, ut conſtat ex certa proviſioneRegali dataToleti *die* 21. *Februarii anno* 1477. quæ aſſervatur in Archivo univerſali Uclenſi *ſinu* 3. ubi Sereniſsimus Princeps, ut Adminiſtrator confirmat Priori, & Conventui Uclenſi quandam donationem factam eiſdem, à Magiſtro, D.Roderico Manrique dimidiæ partis loci à Valdecabras, quē poſsidebat æques Sācius à Jaraba cui Ordo ſucceſſerat, cum ſine liberis deceſiſſet per hæc verba. *Se preſentò por el Prior de Uclès eſta donacion ante los del mi Conſejo, è Diputados de la dicha Orden.* Et finitur ſic. *Yo el Rey.* & refrendatur poſtea. *Yo el Doct. Juan Diez de Alcocer, Secretario del Rey nueſtro Señor, de los fechos, è negocios de la dicha Orden la fiz eſcribir por ſu mandado.* Et ut Præſul ejuſdem Conſilii eam ſubſcribunt Comes de Oſſorno, & ut Senatores Rodericus, Doct. D. Petrus de Orozco, & ut Chancellarius Gynneſius de Robles.

16 Hoc Conſilium noſtriOrdinis utRegale ceſſavit in eodem *anno* 1477. per electionem Magiſtri D.D. Alphonſi de Cardenas, celebratam in Villa *de Azuaga die* 28. *Novembris eodem anno*, conſtat ex Bullar. *fol.* 400. *à* 403. *ſcript.* 2. & novus Magiſter aſſumpſit gubernium cum Conſilio Ordinis, ut antea conſueverant ſui prædeceſſores, & Conſiliarorum, qui tunc temporis ad fuerint, fit mentio in quadam Bulla Sixti IV. Romæ expedita *die* 20. *Aprilis ann.* 1484. *tradit Bullar. fol.* 416. *ſcript.* 1 ubi refertur cauſa decimalis, quæ diſceptabatur inter prędictum Magiſtrum &.D.Ludovicum Manrique Commendatorē *de Montizon*, & clauſulæ ad rem pertinentes ita ſe habent. *Et à percep-*

*tione hujuſmodi deſiſtendum coram præfato Magiſtro, ejuſque Conſiliariis, non ex delegatione Apoſtolica traxit in cauſam, & ipſe Magiſter, & Conſiliarii in eadem cauſa rite procedentes diffinitivam ſententiam promulgarunt*: & paulò poſt, *eidem Magiſtro, ut inſtrumentum ſententiæ per Magiſtrum, & ejus Conſiliarios late infra certum terminum produceret.* Et idem aſſumptum expreſſe probatur ex alio inſtrumento de manutentione in favorem Prioris Uclenſis prolato in Ecija *die* 14. *Aprilis anno* 1488. circa convocationem Capituli generalis, dum vacaret Caſtellæ Magiſtratus, de quo in Bullar. noſtri Ordinis *fol.* 421. *ſcript.* 1. in præfatione ejuſdem: ubi ita inquit. *Eſtando el iluſtre, y mui magnifico Señor D. Alonſo de Cardenas, General Maeſtre de la Orden de la Caballeria de Santiago, aſſentado con algunos Caballeros, è Letrados de ſu Conſejo, dentro en la Igleſia de S. Gil de dicha Ciudad, &c.* In hoc ergo Conſilio haud adfuerunt D. Priores: quia agebatur de eorum intereſſe, & nomine eorum, & cum ſuis mandatis interfuerunt Garcia Ramirez, & Bartholomeus à Morales, Canonici, & Cappellani Magiſtri: & quia materia, de qua agebatur, erat pure gubernativa, & abſque ulla ſpiritualitate, adſtiterunt Advocati Conſilii in hoc *anno* 1481. qui quidem fuerunt illi, ut compertum extat, qui ut teſtes adſtiterunt prędicto inſtrumento, videlicet ex Equitibus Licentiatus Petrus de Orozco, & ex Canonicis Fratribus Licentiat. Martinus de Ledeſma, Joannes de Raja: Baccalaurii Gundiſaluus Gallego, Joannes Milan, Cappellani ejuſdem D. Magiſtri.

17 Hos etenim litteratos viros adſolebat Ordo noſter recipere ad habitum, & jam valde inſtructos in Regula, ſtatutis, ſeù privilegiis ejuſdem Ordinis: D. Magiſter eligebat Conſiliarios ſui Conſilii, ut apparet fuiſſe Conſilii prædicti D. Ildephonſi à Cardenas Licentiatum Gallego, & poſtea Regum Catholicorum, ut ex inſtrumentis infra referendis conſtabit. Et in hujus rei comprobationem, conſulenda eſt hiſtoria Collegii veteris D. Bartholomæi Univerſitatis Salmantinæ, ab ejus Collega D. Ferdinando de Vergara, & Alaba ſcripta, & typis data *fol.* 127. *n.* 146. ubi reperietis Joannem à Raja jam dictum, in Collegio prædicto receptum *ante finem Decembris anni* 1470. in Collegiatura Canoniſta, Valliſoletanum Auditorem, & primum Regentem extitiſſe in Regali Audientia Pampilonenſi *anno* 1515. & ex inſtrumentis, quæ reperiuntur in Archivo Uclenſi ſinu *Viſitas del año de* 1480. invenietis etiam, quod Viſitatores Strematuræ ſecum tulerunt, ut ſocium, Adſeſſorem prædictum Baccalaureum Joannem de Raja, ac Viſitatores novæ Caſtellæ, Licentiatum Petrum Orozco: & Viſitatoribus Legionis, & Galeciæ, Franciſco Balderrabano, Commendatori *de Villamayor*, & Licentiato Garciæ Ramirez, nullus Adſeſſor, ſeu aſociatus tributus comperitur, ut cœteris conceſſus eſt; patet ex dictis Viſitationibus: quia ipſe Licentiatus Garcia Frater Canonicus non indigebat Adſeſſore, ut valde litterato, ac tanto Excellente Juriſta, quod meruit eligi Procurator D. Prioris Uclenſis in præfata lite.

18 Præterea Conſilium Jacobæum Magiſtri duraſſe uſque ad *ann.* 1491. clare conſtat ex mandato ſpeciali ab Ordine conceſſo cum Magiſtro D. D. Ildephonſo à Cardenas *die* 2. *Julii prędicti anni* ad tranſigendum, & concordandum cum Cardinale Archiepiſcopo Toletano D. D. Petro Gonzalez de Mendoza, quæ quidem concordia peracta eſt *in Ocaña die* 30. *ejuſdē menſis Julii prædicti anni*, & ibi refertur *el noble, è virtuoſo Señor el Licenciado Pedro de Orozco, Comendador de Villahermoſa, Procurador del Maeſtre, è del ſu Conſejo*, & in mandato, *otorgamos nueſtro poder cumplido à vos el Licenciado Pedro de Orozco, nueſtro Comendador de Villa hermoſa, del nueſtro Conſejo.* Atque

ejuſ-

ejuſdem Conſilii in prædicto anno cognominabatur Bachalaureus Joannes Gonzalez de Alañiz, qui inter alios adſtitit, ut teſtis, prædicto mandato, & ut talis adfuit quoque cum Doctore Antonio Rodriguez de Lilio, & Licentiato Orozco Capitulo generali electionis prædicti D. Magiſtri *anno* 1477 qui omnes Advocati appellabantur Conſilii D. Magiſtri, & poſtmodum Equites habitum Ordinis geſtantes, ut videre eſt apud Bullarium Ordinis noſtri *fol.* 129. *ſcript.* 14. & *fol.* 403. *anno* 1477. *ſcript.* 2.

19 Ad ſimilitudinem ergo Jacobęi Ordinis cœterę Equeſtres Militiæ plus, minus vè gubernari conſueverunt, habebantque ſua Conſilia ad juriſdictionem temporalem exercendam ex Equitibus, ſeù Commendatoribus, & aliquando ex litteratis inſignibus habitum nondum geſtantibus compoſita: qui omnes ſimultaneè cũ D.D. Magiſtris cauſas decidebant in ſecunda inſtantia, interpoſita appellatione à Judicibus inferioribus, qui diſperſi erãt per Provincias, ſeù diſtricta, ut diximus de Ordine noſtro: quæ etenim providẽtialia occurrebãt circa Cõmendatores, ſeù Equites, ſi Capitulum generale congregatũ non foret, ſimul equidem decernebant, cujus rei innumera exempla monſtrarem, ſi mihi liceret; nec hoc opus creſceret, ut vix finem ei imponere, ut cupimus, valeamus, ſed alius acutiori calamo hanc materiam pertractabit, quare illam in medium relinquo.

20 Quoad ſpiritualia, ſi agendum eſt, proculdubio D. Priores Uclenſis, & Legionenſis fuerunt primi in Conſiliis, congregationibus, Capitulis, & ſeſsionibus interfuerunt cum D. Magiſtris, ipſis etiam commiſſa præcipue cura erat diſciplinæ Regularis, & exercitium juriſdictionis ſpiritualis non ſolum ſuper Equites, & Clericos, verum etiam ſuper Magiſtros quoad forum internum, ut ait *cap.* 35. *Regulæ*, ibi: *El Prior tenga cuidado, aſsi de los Canonigos, como de los Legos* (intelligitur de Fratribus Equitibus) *y provea à las animas de ellos quando fuere neceſſario.* Et quoad forum externum probat Bulla Clementis VII. Avinione data *die* 31. *Januarii ann.* 1392. quæ ſtat in Bullar. noſtri Ordinis *fol.* 360. *ſcriptur.* 2. qua committitur prędictis Prioribus facultas abſolvendi D. D. Laurentio Suarez de Figueroa, tunc Magiſtro, Equitibus, & Clericis, qui dimicaverunt adverſus Luſitanos. Verba Bullæ ſunt „ hæc: Nos itaque hujuſmodi ſup- „ plicationibus inclinati vobis, qui „ curam animarum dictorum Magiſtri, „ & Fratrum geritis, & veſtrum cui- „ libet abſolvendos prædictos Ma- „ giſtrum, Clericos, & alios Fratres „ dictæ Militiæ, & omnes, & ſingu- „ los alios etiam Clericos, qui eis „ in præmiſsis dederunt auxilium, „ Conſilium, vel favorem ab ex- „ communicationis ſententia, quam „ præmiſſorum occaſione quomodo- „ libet incurrerunt, eorum videli- „ cet ſingulos, qui hoc humi- „ liter petierint, authoritate Apoſ- „ tolica abſolvendi injunctis eis pro „ modo culpæ pœnitentia ſalu- „ tari.

21 Facultas utique ligandi, & abſolvendi à cenſuris in foro externo abſque dubio attinet ad juriſdictionem ſpiritualem, ac poteſtatem clavium, ut aſſerit D. Liva *de for. Eccleſiæ*, & non poteſt ab aliis exerceri, quam à Judicibus Eccleſiaſticis Ordinibus minoribus ſaltim innitiatis: ob quam rationem nunquam D. Magiſtri, nec Equites, ut Laici hanc poteſtatem exercuerunt, nec ſibi arripere potuerunt, ut Summus Pontifex Sixtus IV. docet in ſua Bulla Romæ data *die* 27. *Martii anno* 1479. qua confirmat electionem D. D. Ildephonſi de Cardenas, cujus littera tranſcribitur in Bullario noſtri Ordinis, *fol.* 403. *ſcriptur.* 1. & clauſulæ ad rem noſtram pertinent, ſic

ſic ait *fol.* 405. *num.* 5. *Ac curam, regimen, & adminiſtrationem ejuſdem Militiæ tibi in ſpiritualibus per alium more ſolito aſſummendum, & deputandum exercendis, & temporalibus cum libera facultate, & poteſtate.* Ex quo clare liquet D. Magiſtrum non exercuiſſe juriſdictionem ſpiritualem per ſe ſolum, ſed per Religioſos Sacerdotes ejuſdem Ordinis: & ſimul infertur, quod ſi D. Magiſtrum, vel Equitem profeſſum, vel Prælatum majorem non putavit Papa capacem exercendi prædictam juriſdictionem, multo fortius negaret exercitium juriſdictionis ſpiritualis Equitibus particularibus, etiam profeſsis. Hoc argumentum tanti ponderis eſt, ut merito dubitetur, quomodo Regale OrdinumConſilium, quod pœnitus componitur de Equitibus Laicis, poſsit exercere talem juriſdictionem ſpiritualem, quam Bullæ prędictæ incorporationis Magiſtratuum præcipiunt exerceri per perſonas Religioſas, & Regulares earundem Militiarum,admodum quo prędeceſſores Magiſtri eam exercebant.

22 In hujus rei comprobationem ſuccedit expendenda alia Bulla Julii II. Romæ data *die* 5. *Octobris anno* 1507. quam trahit Laurent.Perez Carvall. *tom.*1.*de las enucleaciones de las Ordenes Militares de Portugal, enucleat.* 2. *comprobat.* 7.*fol.*296. in qua ipſe Sanctiſsimus Pater conceſsit D.D.Georgio, Duci Conimbricenſi, Adminiſtratori perpetuo Militiarum Regni Portugalię D. Jacobi, & de Avis communicationem privilegiorum, & gratiarum conceſſarum tribus Ordinibus Hiſpaniæ, videlicet D. Jacobi, Calatravæ, & Alcantaræ, & quod gubernentur prædicti ſui Ordines admodum trium Caſtellę, & Legionis, per perſonas in dignitateEccleſiaſtica conſtitutas: ſed melius dicet ſequens clauſula ejuſdem Bullæ:*in litteris MilitiarumRegni Caſtellæ hujuſmodi conceſſa deputatorum alios Judices,in dignitate tamen ſimiliterEcclesiaſtica conſtitutos in dicto Regno Portugaliæ, qui eandem poteſtatem habeant quam Judices in eiſdem litteris deputati habent,ſeu habere potuerunt quomodolibet in futurum deputare libere, & licite valeant eiſdem authoritate,& tenore de ſpecialis dono gratiæ indulgemus.*Hæc inquit Summus Præſul in prædicta Bulla, ubi notanda ſunt illa verba *in litteris Militiarum Regni Caſtellæ.*In quibus refertur ſua Sanctitas ad Bullas incorporationis magiſtratuum triumOrdinum huic Regiæ Coronę factæ ab Alexandro VI. & Innocentio VIII. ſuis prędeceſſoribus immediatis, & jubet præfatos Ordines Luſitanos regi per perſonas ſimiles illis,quibus gubernabantur Ordines Caſtellæ,conſtitutas in dignitateEccleſiaſtica.Ex qua quidem clauſula argumentor ſic: aut Conſiliarii Ordinum Caſtellæ in illo tempore erant perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, aut non.Si utique in illo tempore erant tales, probatū eo maxime manet aſſumptum noſtrum: ſi vero non erant, cum Summus Præſul ſe referat in prædicta Bulla ad cœteras ſuorum anteceſſorum (quas ſine dubio habuit inconſpectu noſterPater Sanctiſsimus)evidenter declarat, & formaliter manifeſtat intentionem illius rei, quę debebat ſervari; vel intellexit ita practicari in Conſilio Ordinum Caſtellæ, ut nullus in Senatorē reciperetur ad decidendas cauſas fori Eccleſiaſtici, niſi eſſet in dignitateEccleſiaſtica conſtitutus juxta *text. in cap.ſtatutum* 11.*de reſcript.in* 6.quod quidem in Laicis quantumvis profeſsis dignioribus,atque excellentioris dignitatis verificari nequit, ut notum eſt.

23 Præterquam quod praxis gubernii MilitiarumPortugaliæ idem aſſumptum ſine tergiverſatione confirmat, & plura reſcriptaPontificia Regibus,Principibus, & Infantibus conceſſa, ut Adminiſtratoribus palam demonſtrant, ut ex ſequentibus patefiet. Pro comperto quidem habemus ad exemplum adminiſtrationis indultę prædictis Principibus Luſitanis, Regibus etiam noſtris Catholicis indultam quoque

fuiſ-

ſuiſſe adminiſtrationem noſtrarum Militiarum, ut ex Bullis citatis *ſupr. à n.* 3. *uſq. ad* 8. videre eſt: ab illis ergo ævis in quibus diviſus eſt Ordo Jacobæus, immo negata eſt obedientia magno Magiſtro Hiſpano totius Ordinis ab Equitibus Luſitanis, regimen juriſdictionis temporalis ab Equitibus Laicis exercebatur, juriſdictionem vero Eccleſiaſticam, ſeù Spiritualem gerebant Clerici, & ſimiliter ſe habent aliæ Militię Avis, & Chriſti, ita ut jam per Priores majores ipſa exercebatur juriſdictio, jam per Judices privatos ab ipſis Regibus electos, eformadumque eſt magnum Conſilium, quod quidem appellatur Menſæ conſcientiæ, & Ordinum Militarium, ut in noſtris ſeculis floret: ubi reſident Doctores egregii eorundem Ordinum, ſi qui ſunt ad decidendas cauſas Eccleſiaſticas ſuorum Ordinum, ab hoc munere pœnitus ſeparatis Equitibus Laicis, tanquam incapacibus exercendi prędictam juriſdictionem, ut clare conſtat ex quadam ſchedula Regia, quam Luſitano idiomate trahit Carvallho *tom.* 1. *fol.* 837. & 838. quę quidem ſchedula in noſtrum verſa ita inquit. *Yo el Rey, como Gobernador, y perpetuo Adminiſtrador, que ſoy de la Orden, y Caballeria de nueſtro Señor Jeſu-Chriſto, por eſte mi Albalà doy comiſsion, y poder à Don Antonio Rodriguez Prior de Monteſanto, de mi deſembargo* (videlicet Conſilium hujus nominis) *para que como Juez de la dicha Orden, pueda conocer, y conozca de todos los fechos, y cauſas, de que el Licenciado Alfonſo Fernandez, que aora ſirve de Juez de dicha Orden, no puede conocer por ſer lego, aſsi como ſon cauſas beneficiales de Encomienda-, y decimas, y de otras ſemejantes de que el dicho Licenciado Alfonſo Fernandez por ſer aſsi lego no puede conocer; las quales cauſas el dicho Don Antonio Rodriguez deſpachará en relacion aſsi, y de la manera que las habia de deſpachar el dicho Alfonſo Fernandez, con los deſembargadores que el Gobernador para eſto le diere, los quales ſeràn tambien Clerigos, y no habiendo tales deſembargadores Clerigos, ſeràn del habito dela dicha Orden.* Hæc litteralia verba ex idiomate Luſitano fideliter tranſcripta ſunt ex ſchedula expedita à Rege Joanne III. in Ebora *die* 16. *Martii anno* 1535.

24 Cœterum licet plura congerere poſſem reſcripta conceſſa Regibus Portugaliæ, quæ in diſcretum gubernium juriſdictionis eccleſiaſticæ, & temporalis conſpirant: unum quidem porrigam, quod profecto conſonat cum Bullis incorporationis noſtræ Regię Coronæ ſuperius allatis. Eſt nempe illud à Julio III. Romæ datum *die* 30, *Decembris anno* 1551. referunt diffinit. Ordin. Chriſti *anni* 1619. *fol.* 29. *& ſeq.* Carvallho *tom.* 2. *enucleat. Milit. fol.* 217. *& ſeq. & tom.* 1. *fol.* 25. & 539. & clauſulę prædicti reſcripti ad rem potius conducentes ita ſe habent. *Sic tamen quod pro tempore exiſtens Portugaliæ, & Algarbiorum Rex, ſeù Regina, ea quæ ſpiritualia pro tempore concernunt per idoneas perſonas ipſarum Militiarum Religioſas ad id per eum deputandas, & ad ejus merum nutum, & arbitrium amobiles, probe, & laudabiliter exercere facere debeat, & teneatur. Apoſtolica authoritate prædicta tenore præſentium perpetuo concedimus, commitimus, & aſsignamus.* Et infrà: *Ipſumque Joannem, & pro tempore exiſtentem Portugaliæ, & Algarbiorum Regem, ſeù Reginam, etiamſi* (*ut prefertur*) *minor exiſtat, perpetuum, & irrevocabilem ſingularem Militiarum, & earum Magiſtratuum, juriumque, & pertinentiarum prædictorum in ſpiritualibus & temporalibus Adminiſtratorem, & Adminiſtratricem conſtituimus, & deputamus.* Et inferius addit. *Et perſonis per & pro tempore exiſtentem Regem, ſeù Reginam circa ſpiritualia deputandis, omnia, & ſingula quæcumque ſingularium Militiarum hujuſmodi, qui pro tempore fuerũt in concernentibus ſpiritualia per ſe, vel alios ordinare, diſponere, mandare, & facere de jure, vel conſuetudine, aut alias quomodolibet potuerunt, ſeu debuerunt ordinandi, mandandi, & faciendi plenam li-*

*liberam, & omnimodam facultatem, & poteſtatem concedimus.*

25 Inter cœtera vero reſcripta, quæ innumera ſunt, prædictis Regibus Luſitanis conceſſa, unum pro cunctis referam, quod aſſumptum noſtrum pœnitus occludit. Videlicet reſcriptum ex vivæ vocis oraculo ejuſdem Lucii III. Joanni III. etiam indultum Romæ *die* 30. *Maii anno* 1553. à Reynucio Cardinale à Sancto Angelo ſuæ ſanctitatis Pœnitentiarium ſimul expeditum, quod tranſcribit prædictus Carvallho *d. tract. enucleat. Milit. tom.* 1. *fol.* 706. *& ſeqq.* & ita ait: *Reinutius miſeratione divina, tituli Sancti Angeli, Præsbyter Cardinalis Sereniſsimo Principi Domino Joanni Portugaliæ, & Algarbiorum Regi, ſalutem, &c.* & in narratis profertur ita: *Ad exercitium earum, quæ ſpiritualia concernunt in quolibet Magiſtratu unam perſonam Religioſam dicti Magiſtratus ponere, & deputare teneantur, & conſueverint. Quia tamen adeo ſufficientes, & idonei, doctique, & litterati Fratres, ſivè Religioſi, vel Milites in ipſis Militiis, qui ad exercitium earum, quę ad ſpiritualia concernunt, hujuſmodi deputari poſsint, non reperiantur.* Et concludit gratia Apoſtolica in hunc modum. *Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati authoritate Domini Papæ cujus Pœnitentiariæ curam gerimus, & de ejus ſpeciali mandato ſuper hoc vivæ vocis oraculo nobis facto, ut pro dictarum Militiarum fœliciori regimine, & gubernio quoſcumque Presbyteros, ſive Clericos etiam ſeculares, Doctores idoneos, vel litteris præditos, necnon ſi aliqua perſona regularis idonea in aliqua ex dictis Militiis reperiatur, illam, tam in ea cujus fuerit profeſſus ad exercitium, regimen, adminiſtrationem, & gubernium dictæ juriſdictionis poteſtatis, & ſuperioritatis in cauſis, rebus, & negotiis ad ſpiritualia concernentibus ad nutum, & arbitrium celſitudinis veſtræ tenore præſentium perpetuo indulgemus, ac plenam, & liberam facultatem concedimus, & elargimur*: & paulo poſt: *qui, & quæ* (loquendo de iiſdem perſonis) *in decimalibus, beneficialibus, & eccleſiaſticis, ac quibuſvis aliis cauſis ſpiritualibus, res, & perſonas, ac beneficia Militiarum hujuſmodi necnon etiam ſpiritualitatem concernentibus procedere, & de his cognoſcere, ac illas decidere, & definire, necnon deſuper, prout juris fuerit, ſententias proferre, & omnia, & ſingula alia, & circa ea neceſſaria, & quomodolibet oportuna facere, gerere, exercere, ac exequi libere, & licite poſsint, & valeant*: & tandem rubrum narrationis prædicti D. Regis Joannis III. ad tale reſcriptum obtinendum, ſic ait. *Celſitudo veſtra cupit pro dictarum Militiarum fœliciori regimine, & gubernio, Præsbyteros, ſivè Clericos etiam ſeculares Doctores idoneos, vel litteris præditos per Sedem Apoſtolicam concedi.*

26 His præhabitis Bullis, clarè demonſtratum manet, perantiquos Magiſtros horum Ordinum habere, ad ſpiritualia exercenda in Ordine Jacobæo Priores Uclenſ. & Legionenſ. qui quidem erant nati: in aliis Ordinibus, & in hoc etiam eligebant pro oportunitate negotiorum Fratres Clericos, ut regulariter adſolebāt eligere Cappellanos ipſius, aut Priores, Sacriſtas majores, Operarios, aut alios gravis notæ viros; ut de Ordine D. Jacobi aſſerit eruditiſsimus D. Ludovic. à Salazar *in memorial. pro capacit. noſtr. ad Senatum hujus Conſilii n.* 29. ubi concludenter probat D. Petrum Portocarrero nepotem duorum Magiſtrorum D. Joannis Pacheco, & D. Ildephonſi à Cardenas Senatorem hujus Conſilii adſtitiſſe: nam ex titulo expedito Barchinone D. Bernardino de Zuñiga, ut aſſumeret habitum noſtri Ordinis *die* 4. *Junii anno* 1519. *inquit*: commiſſum fuiſſe actum induendi arma Equitis D. Alphonſo Tellez, Equiti, & Conſiliario Caſtellæ, & ut Fratri Clerico ejuſdem Ordinis ad induendum habitum prædictum D. Petrum per hæc verba, *Freyle de la Orden de Santiago, y de ſu Conſejo*, & quod non foret alterius

rius Senatus, quam sui Ordinis, acutissimè probat per sequentia verba: *Se ha de entender sin violencia del Consejo de la Orden de Santiago: porque assi se estylaba en las provisiones de aquel tiempo, respecto de tener la Orden de Santiago Presidente, y Consejo separado de las Ordenes de Calatrava, y Alcantara, que tenian otro Presidente, y Consejeros, aunque todos hacian un cuerpo, y qualquiera de los dos Presidentes se llamaba del Consejo de las Ordenes; y como por comision exercia en ausencia del otro, todo lo que ocurria de aquella Orden, de que no era Presidente; y esto se prueba bien en la Concordia, que por la Orden de Santiago, hizo con la jurisdicion Real el año de 1527 el Conde de Osforno, su Presidente, y nunca tuvo practica con las Ordenes de Calatrava, y Alcantara, en que aquel Ministro no tenia alguna jurisdicion, que es por lo que no la reclamaron estas Ordenes, habiendola expressamente reclamado la de Santiago, como se vè en sus Establecimientos. fol.*202. Et prosequitur pro exactiore confirmatione testificans, ut ingeniosissimus Histographus prædictum D. Petrum ab enumeratione partium ex nullis aliis Consiliis fuisse.

27 Ex quo merito deducimus quatuor annis ante incorporationem perpetuam appellari Consiliarium Ordinum prædictum D. Petrum Portocarrero, & fortè eadem incorporatione paulò post *die 6. Junii anno* 1524. admissum fuisse, ut Consiliarium Ordinum Licentiat. Didacum Flores, professum Regalis Domus D. Marci Legionens. qui utique successit prædicto D. Petro, eo quod hic assumpsit habitum D. Francisci, ut ipse insignis vir testatur loco citato ab eo compertum fuisse: & P. Mendo *de Ordin. disquisit. 9. quæst.*11. *n.*110. inter copiosum cathalogum, quem fecit celsiorum virorum horum Ordinum, enumerat D. Didacum à Ponte de Quiñones, Priorem Uclens. Visitatorem fuisse Senatus Ordinum. Et ego similiter comperi nostrum D. Garcia Ramirez professum, & Priorem D. Marci Legionens. Præsulem ibidem adstitisse, & sic de reliquis Militiis quasdam paginas complere possem Doctissimorum Fratrum, quorum Consilio Magistri adsolebant causas, tam temporales, quam purè Ecclesiasticas decidere. Quo circa putabam regendos esse Ordines post unionem.

28 Sed licet praxis foret, ut diximus, & Bullę conspirent in concludenda capacitate, & necessitate Religiosorum Clericorum ad Spiritualia exercenda; nihilominus quædam objectiones illis opponuntur, quæ sanè, ut oppositæ fuerint à Consiliariis prædicti Consilii tunc temporis, quo D. Ildephonsus à Torralva adeptus fuit gratiam unius ex illis Senaturis ab invictissimo Rege nostro Philippo V. proponentur. Prima in eo nitebatur, quod Religiosi Clerici non possunt exercere jurisdictionem, & quod provisiones, in quibus intervenient, nullę redderentur. Ad respondendum his propositionibus plura congerit D. Salazar *dict. loc. à n.* 8. melius ipse dicet. Ubi ad exemptionem causarum criminalium aliarum personarum (quæ haud sint suorum Ordinum respectivè) inquibus fatetur absque dispensatione Apostolica posse intervenire. *Pero en todos los demàs es una proposicion, que solo con enojo se puede hacer, y nunca se podrà fundar.* Ad secundam propositionem provisionum Ecclesiasticarum *n.*9. ea profert verba: *Pero no se debe omitir, que parece proposicion mas del despecho, que del zelo.*

29 Nunc restat expendere fundamenta, quibus illustratur evasio primæ propositionis anterioris objectionis. Sit Primum Priores Uclens. Legionens. Alcantarens. Magazela, Zalamea, & Rollan, & Vicarii de Martos, Campo de Montiel, Villa-Rodrigo, Beas, Yeste, Segura, Caravaca, & de Barrueco Pardo, quam ex gratia speciali obtineo, exercent, & exer-

exerceo juriſdictionem Eccleſiaſticam cum titulo Regiæ Majeſtatis, & quaſi omnes præcunte Conſilii Ordinum conſultatione, & quamvis omnes ſint Clerici Religioſi, ab illis appellatur ad Conſilium, appellationes ab illis recipiuntur tanquã prolatis ſententiis à Judicibus, verè, & propriè Ordinariis: ergo poſſunt exercere juriſdictionem Eccleſiaſticam: quin diſcrimen conſtitui poſsit inter juriſdictionem exercitam à Senatoribus in foro Eccleſiaſtico, ac inter eam, quam prędicti exercent in ſuis diſtrictis, niſi in ſuperioritate, & hæc ſuperioritas etiam manet ſubjecta appellationi, aut ſupplicationi. Nec quod ibi ſit immixta juriſdictio temporalis, & Eccleſiaſtica in aliquo officit: nam in temporalibus Ordinum exercendis nulla incapacitas introſpici debet: quipe, ſi innumeri quæſitores, Clerici Fratres, & Vicarii generales exercuerunt, & exercent juriſdictionem eccleſiaſticam, & temporalem tendentem ad illam: quare ergo in ſuis Ordinibus tales juriſdictiones exercere non poſsint? Sic, & fortius arguebat prædictus D. Salazar *citat. n.* 8. ubi quoſdam exprimit quæſitores fidei, & me ipſum, ut Vicarium generalem Giennenſem, ut videre eſt.

30 Secundum ſic: Clerici Fratres, ut jam vidimus, & fundavimus per totam quæſtionem antecedentem, non ſolùm poſſunt, verum etiam de facto exercuerunt quam plurimas judicaturas in Chancellariis, Audientiis Regiis, & in omnibus Conſiliis, ubi ut in plurimum agitantur res temporales, & ex commiſsionibus particularibus Regum noſtrorum geſſerunt plura negotia purè temporalia, ut citatus D. Salazar refert *n.* 21. *prædicti memorialis* enumerans quoſdam, & remittit ad longum volumen: quo circa, ſi eis non liceret, aut deceret; multo minus Epiſcopis, aut Regularibus ſtrictioris Regulę liceret, aut deceret; atqui ut prędictus D. Salazar *n.* 32. diſcurrens per omnia tempora ab ævo Regis D. Ildephonſi ſub cognonime *ſapientis* uſque ad Reges Catholicos copiam numeroſam carpit in hiſtoriis Chronicis, & aliis monumentis Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Decanorum, Archidiaconorum, Regularium ſtrictioris vitæ, & Magiſtrorum noſtrorum Ordinum: ergo ſi his tanta dignitate conſtitutis, & ſtrictioré vitam degentibus, minime officiebat profeſsio, ut munera pure temporalia geſiſſent: non invenio rationem, quare hi Fratres Clerici non ſint capaces exercendi temporalia ſuorum Ordinum. Præterea omnes Prælati Regulares, tam Monachales, quam Mendicantes, & Epiſcopi in ſuis Dominiis temporalibus omnia per ſe, aut ſuo nomine peragunt, & diſponunt: ergo ſi his licet, & decet, & nobis multo magis licere, & decere aſſerendum eſt.

31 Sed ad quid quærenda ſunt exteriora exemplaria, quando tot, tantaque redundant interna in Ordinibus noſtris? Videndus D. Salazar prædicto loco *à n.* 15. *uſq. ad* 20. ubi conſtat non ſolum res mixtas ſpirituales, & temporales adminiſtraſſe Fratres Clericos, verum etiam pure temporales ſæpius alternatim cum Fratribus Laicis. Dicent forſàn contrarii, hæc omnia defacto contigiſſe, ſed non de jure, cum jura id prohibeant, ut patet ex Concilio Lateranenſe, & Tridentino *tot. tit. ne Clerici vel Monach. cap.* 1. & 2. *extrav. de poſtul. leg.* 48. *tit.* 6. *partit.* 1. *l.* 10. *tit.* 3. *lib.* 1. & *leg.* 14. *tit.* 5. *lib.* 3. *novæ recopilat.* nam prohibitio generalis, quæ ibi ſtatuitur multas patitur limitationes, ut diximus, & latè expendemus hoc *tract. queſt.* 5. *per totam*, quæ una eſt *de mandato Regis*, & altera *in negotiis ſui Ordinis, vel Monaſteriorum*: ergo ſi hę exceptiones exprimuntur, ubi conſtituitur Regula prohibitiva prædicta, fruſtraneum eſt eam producere adverſus Clericos Fratres.

32 Dicunt etiam, ut *n.* 28. notavimus, quod proviſiones Eccleſiaſticę, & quæcumque determinationes

ju-

judiciales, quibus aſsiſtant, erunt nullæ: hæc propoſitio ſatis evaneſcit ex præjactis principiis, & innumeris exemplaribus, quę, præter à nobis congeſta, latè tradit D. Salazar, *loc. ſæpius citat. & n. 21. in fin.* aperit ſuum ſenſum, viſſa hac, & alia concluſione, & ait: *Los Canones, y las Leyes en que el Conſejo ſe puede fundar para la excluſion de los Religioſos, eſtaban hechos, publicados, y conſentidos. Los Reyes, y los Miniſtros los ſabian: los Religioſos Militares no los ignoraban; y ſin embargo los Reyes proveyeron, los Miniſtros no repugnaron, y los Religioſos exercieron la juriſdicion, que los fiaron. Coſa dura, odioſa, y agena de la prudencia chriſtiana ſeria ſuponer, que tan grandes, y tan Catholicos Monarchas, tan inſignes, y tan experimentados Miniſtros, y tan Doctos, y obſervantes Religioſos quiſieſſen contra la expreſſa prohibicion de los Sagrados Canones dàr, y ſervir empleos à perſonas, y por perſonas incapaces de obtenerlos. Y coſa verdaderamente reprehenſible es que contra la conciencia de aquellos Soberanos, y contra la ſabiduria de ſus Directores, ſe ſiente oy, que las coſas eſpirituales, en que un Religioſo Militar interviniere, ſeràn nullas, y de incomprehenſibles, inumerables inconvenientes, dexando eſta nota à quanto oy executan, y à quanto en tantos, y tan graves empleos executaron!* Hoc ſcripſit *anno* 1710. & ne fraudarem ejus elegantiã, in noſtrum idioma ſua ſpecioſa verba vertere non mihi viſſum fuit.

33 Hęc, & multa alia mirabiliter congeſsit prædictus D. Salazar, quæ in citato memoriali invenientur ſcitu digna, quæ prorſus convincunt relatas duas propoſitiones, jam innumeris exemplis, jam rationibus, quæ omnino reddunt falſas. Sed ego addo retorquens argumentum adverſus illos, qui tales propoſitiones protulerunt, in hunc modum: ex Bullis, & deciſionibus Canonicis juriſdictionem, quam gerebant erga ſpiritualia, & privative Eccleſiaſtica, debebant, & debent exercere Fratres Clerici, & minime Laici, ut preſertim erant Senatores tunc temporis, & pro majore parte eſſe ſolent in eodem Conſilio Ordinum; ergo eo, quod probatum ſit aſſumptũ, quod promitimus, non ſolum reddentur falſę prædictæ propoſitiones; verum etiam convictum manebit, Clericos Fratres debuiſſe, & debere prædictum genus juriſdictionis ſpiritualis, & purè Eccleſiaſticæ exercere, & minime Laicos. Fateor non poſſe non Sereniſmos Reges noſtros Hiſpanos obtinuiſſe ſimile reſcriptum Luſitanis, aut fortaſe magis amplum ad erigendum Regale Conſilium Ordinum, ut hodie in praxi eſt. Itaque exactiſsima diligentia, & cura perquiſivi in Archiviis Ordinum aliquod, ſi forte inveniretur privilegium, quo eligerentur Laici, ut eliguntur in Senatores, licet valde docti, ad decidendum quodcumque genus cauſarum, tam temporalium, quam pure Eccleſiaſticarum, ac ſpiritualium Monaſtici gubernii: & certe nullum inveni licet à juvenili ætate uſque ad ſenilem, qua potimur, quæſivi, & requiſivi. Unde mihi ſemper indubium venit, an poſſet ab illis talis juriſdictio omnimoda exerceri? necnon etiam querebam ſolida principia canonica, quibus fortaſsè niti poſſet talis ampliſsima poteſtas: & tam longe abeſt, ut reperim, quod immo omnia prædictam praxim ac poteſtatem reſiſtunt, ut videbimus.

34 In primis Bullę incorporationis apertè opponuntur, ut jam vidimus: nam in illis expreſſe diſponitur per perſonas Religioſas idoneas uniuſcujuſque Militiæ juriſdictionem Eccleſiaſticam exercendam ad nutum D. Magiſtri, non autem per ſe: ergo ſi per ſe nequit exercere ſecundum prædictarum Bullarum ordinationem, cum ſit Prælatus generalis, & ſuperior omnium Militiarum, quarum credita erat adminiſtratio, eo reſpectu, quia Laicus: multo minus quicumque alius Miles Laicus, qui eligatura, ut magis, & magis ſecularis in Militem electus poterit

ta-

talem juriſdictionem Eccleſiaſticam exercere, ad modum, quo Magiſtri particulares conſueverunt prædictam juriſdictionem exercere, commitendo illam Religioſis Clericis, non ſecularibus: ut latè manet fundatum, & ex præfata Bulla Adriani VI. incorporationis perpetuæ palam conſtat. Non ergo ex eo, quod Sedes Apoſtolica univit quatuor prædictos Magiſtratus in Regia Corona, ideo debent intelligi immixti, & confuſi, ut ex eadem citata Bulla appareret, & ſine dubio exprimit praxis congregandi ſeparatim, quando opus fuit poſt incorporationem Capitula generalia cujuſvis Ordinis, ſygilla etiam ſegregata pro quolibet Ordine, quibus ſygillantur ſchedulæ, ſivè Proviſiones Regulares, quæ expediuntur. Quo notatur Regiam Majeſtatem in expeditione procedere loco Magiſtri ejus Ordinis, cujus inſignia demonſtrant, admodum, quo ille, qui habet quatuor munera diverſa, repreſentat etiam quatuor perſonas ſecundum diſtinctos actus, quos exercet correſpectivos eiſdem muneribus diverſis, ut rectè Angelic. Præceptor Div. Thom. 2.2. *quæſt.* 184. *artic.* 3. *docet.* Ex quibus infertur has quatuor Dignitates Magiſtrales Regiæ Coronę incorporatas produxiſſe tantum extinctionem Magiſtrorum, ſed non Magiſtratuum: nam eorum menſæ, Theſauri, Commendæ, beneficia, & juriſdictiones unicuique pertinentes ſegregatim provident, curant, & exercent Reges noſtri, tanquam ſi eſſet diverſus Magiſter uniuſcujuſque: & profeſſoribus uniuſcujuſque Ordinis duntaxat conferunt, quin alii potiri poſsint functionibus, & obventibus cœterorum Ordinum, ut notiſsimum eſt. Poſt prædictam vero incorporationem diſtinguntur quatuor præfatæ Sacræ Religiones, ſicut antea differebantur in Regulis, in confirmatione, in habitu, legibus, & ſtatutis, conſuetudinibus, & privilegiis, aliquibus exceptis, & quod magis eſt in diſciplina Regulari, ut nulli latet: ergo permanent diverſæ Militiæ poſt incorporationem, ut antea erant, per conſequenſque mihi videbatur diſtinctim in omnibus gubernari debere, ut jam pridem, immo diutius gubernabantur.

35 Sed quod prędicta debita diſcretio minime cuſtodiatur, nec practicetur in Regali Ordinum Conſilio quoad exercitium juriſdictionis vulgo eſt: nam permixtim Senatores concurrunt ad decidendas cauſas Religioſorum, tam civilium, quam criminalium cum æquali ſuffragio, & ſine diſtinctione, an ſint hujus vel alterius Ordinis? contra expreſſa jura, quæ recenſentur *in clement.* 1. *de elect. cap. in nova* 22. *cauſ.* 16. *queſt.* 7. ibi: *Unde, & oportet nos, & divinis libris, & Sanctorum Patrum obedire præceptis conſtituentes, ut ibi, qui in Adminiſtrationibus Eccleſiæ Pontificibus ſociantur, diſcrepare non debeant, nec profeſsione, nec habitu: nam coherere, & conjungi non poſſunt quibus, & ſtudia, & vota diverſa ſunt*; tenet Hieron. Gonzal. *ad regul.* 8. *Chancell. gloſſ.* 8. *à n.* 78. *uſq. ad* 86. Donat. *prax. regul. tom.* 2. *tract.* 5. *de lect. quæſt.* 1. Exim. Suar. *de Relig. tom.* 4. *lib.* 2. *cap.* 3. *à n.* 8. *uſq. ad* 11. *incluſive*, Paſſer. *de elect. cap.* 25. *quæſt.* 30. *n.* 345. cum pluribus alii ab his citatis, Peyrin. *tom.* 1. *lib.* 1. *ſect.* 8. §. 2. quod autem prædicti Senatores, cum ſint diverſi Ordinis, concurſum faciant in Regali Conſilio ad decidendas quaſcumque cauſas etiam Eccleſiaſticas, Spirituales, ac Monaſteriorum, cujuſcumque Ordinis ſint, manifeſtum oritur inconveniens, quod ex jam relatis capitibus deducitur; ac proinde contra prohibitionem juris ex hac parte concurrunt, qui ſunt alterius Ordinis, videlicet Calatravenſis, Alcantarenſis, ſeu Monteſianus ad cognoſcendum de cauſis Jacobęis, & è contra.

36 Nec ſatisfacies, ſi dicas, Ordines prædictos convenire in inſtituto, & fine: qua propter facile coadunantur in regimine, tam temporali, quam

Ec-

Eccleſiaſtico, unde pro bono eorum optime proviſum videtur in unum congregari Conſilium. Nam præterquamquod reſiſtit modo allatum gubernium in aliis quam plurimis actibus, quos recolimus *in num. antecedent.* indulta Pontificia incorporationis neutiquam id ſuadent, immo opponuntur, ut jam vidimus: & quod ſint diversi inter ſe, manifeſtè patet: nam diverſam Regulam profitentur; Jacobæus Ordo Sancti Auguſtini, alii vero Sancti Benedicti; nec poſſunt tranſire de uno ad alium, ut de profeſſoribus noſtri Ordinis loquitur Alexander III. *in Bullario ejuſdem anno* 1175. *ſcript.* 1. *n.* 9. *fol.* 15. & *anno* 1179. *ſcript.* 1. *fol.* 20. & extat exemplum in Bulla Pœnitentiariæ Alexand. VI. *in Bullar. anno* 1503. *ſcriptur.* 2. & circa hanc materiam videndi D. Thom. 2. 2. *queſt.* 188. *art.* 1. P. Suar. *tom.* 4. *de Relig. tract.* 9. *de diverſit. Relig. cap.* 1. Fagnan. *in cap. ſanè de Regul. à n.* 12. *uſq. ad* 23. & *n.* 48. & *in capite ad Apoſtolicam eodem tit. à n.* 48. *uſq. ad* 51. Pignatel. *tom.* 9. *cõſult.* 175. *n.* 38. & *ſequenti*, ubi inquit: *Quin immo hoc procedit, etiam utriuſque ſit unus, & idem Generalis* ex Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *de regul. cap.* 15. quare cum diverſæ ſint ſpeciei inter ſe Ordines prædicti, in actibus jam ennumeratis, ad oculum patet prædictã commixtionem, ſeù concurſum Senatorum omnium Ordinum Militarium non expedire, ſeù licerè ad providendum, & decidendum cauſas cujuſcumque Ordinis.

37 Ulterius hoc expreſsè reſiſtunt Bullæ jam relatæ: in primis ea Adriani VI. data Romæ *quarto Non. Maii anno* 1523. *n.* 6. ſuperius citata cujus litteram tranſcribo, ibi: *Ita tamen quod ipſe Catholicus Rex in Imperatorem electus, ejuſque ſucceſſores Caſtellæ, & Reges Legionis pro tempore exiſtentes ea, quæ ſpiritualia concernunt per perſonas dictarum Militiarum Religioſas, per ipſos Reges pro tempore exiſtentes ad id deputandas ad eorum nutum amobiles probè, & laudabiliter exerceri facere debeant, & teneantur.* Hęc Adrianus Summus Pontifex. Ex cujus littera clarè deducitur, quod hæ perſonæ, quæ adminiſtrent ſpiritualia, & connexa, futurę eſſent Religioſæ illius Religionis, in quæ adminiſtranda eſſent illius ſpiritualia, & minimè aliæ Religioſæ alterius Militiæ: ut clarè ſe expedit Bulla Julii II. data Romæ apud S. Petr. *anno* 1509. *in Bullar. Ordin. D. Jacob. anno prædicto ſcript.* 2. *n.* 4. ibi: *Iſamque univerſam Militiam omnimodam, & ſupremam in temporalibus, per ſe ipſum, & in ſpiritualibus, per aliquam, per eum pro tempore ad id eligendam, & ad ejus nutum amovendam ejuſdem Militiæ perſonam idoneam, ſuperioritatem, correctionem, dominium, juriſdictionem, & authoritatem gerere, & exercere poſſint, & debeant authoritate Apoſtolica.* Et Bull. Leon. X. data Bononiæ *anno* 1515. *in Bullar. noſtri Ordin. in apendic. ſcript.* 17. *fol.* 620. rectè expendit qualitates perſonarum idonearum, quæ poſſunt exercere ſpiritualia: inquit enim. *Necnon tibi corporalem poſſeſsionem Magiſtratuum cum vacaverint, primo ſi vacent, ut præfertur ac membrorum, jurium, & pertinentiarum, prædictorum per te, vel alium, ſeu alios aprehendendi, ac omnia, & ſingula Magiſtros dictarum Militiarum pro tempore exiſtentes, quomodolibet pertinentia,* ſpiritualia videlicet, per eccleſiaſticas *tẽporalia vero, per ſeculares idoneas earundem Militiarum, & Ordinum perſonas faciendi, exercendi, & exequendi debitis, & conſuetis illorum ſuportatis oneribus, diſponendi, & ordinandi eiſdem authoritate, & tenore facultatem concedimus.* Ex quibus Bullis conſtat dominum Magiſtrum teneri eligere perſonas Eccleſiaſticas uniuſcujuſque Militæ ad exercenda Spiritualia pro unaquaque illarum, quin alię alterius Militiæ poſsint ſe immiſcere in gubernatione alterius.

38 Quod autem Summi Pontifices in prædictis reſcriptis ordinarunt, conſonum eſt juris canonici Sanctioni-

bus, quæ expreſsè prohibent quemdam eligi in Prælatum alterius Religionis, etſi ſit in alia forte probatiſsimus Religioſus *clement. 1. cũ ration. de elect. cp. cum ad noſtram* 37. *cap. offic. tui* 38. *cap. cum in Magiſtrum eodem tit. cap. nullus* 28. *eodem tit. in* 6. Concil. Trident. *d. ſeſſ.* 25 *cap.* 21. *de Regular*, & *ſeſſ.* 14. *de reformat. cap.* 10. & plures rationes præſtant jam Gloſſa *in dicto cap. Offic.* quod licet talis electus ſciat Regulam, non eſt expertus in ea: jam Gloſſa *in citato cap. cum in Magiſtrum*: quia primo, quis debet eſſe diſcipulus, quam Magiſter *juxta cap. ordinatos* 59. *diſtinct.* & *cap. ſi officia eadem*, Authores etiam deducunt varias rationes, *ex cap. in Sacerdot. cap. non negamus*; *cap. miſerum eſt*, *cap. quid proderit* 61. *diſtinct.* & quod expreſſius eſt deſummunt ex verbis Sancti Leonis ad Epiſcopos Africanos rugientis *in cap. ſtatuimus* 8. *dict.* 61. *diſtinct.* ubi inquit S. Pontifex. *Statuimus ne in aliquo Apoſtolica, vel Canonica decreta violentur, & ne his Eccleſia Domini regenda credatur, qui legitimarum inſtitutionum neſcii, & totius humilitatis ignari non ab infimis ſummere incrementum, ſed à ſummis volunt habere principium, cum valdè iniquum ſit, & abſurdum, ut imperiti Magiſtris, novi antiquis, & rudes præferantur emeritis.* Nec quod aſſummant habitum Religionis, qui in Prælatos eliguntur, cum modo ſint profeſsi, aptiores fiunt ad talem Prælaturã: nam neceſſaria eſt experientia Regulæ, aſperitatum, conſuetudinum, & conſtitutionum ipſius, in quo licet nulla taxatio cadat; niſi conſtitutiones terminum præfingant; tamen omnes conveniunt arbitrarium eſſe, inſpecta conditione perſonarum. Pirhing. *tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 6. *ſect.* 8. §. 2. *n.* 357. Paſſerin. *de elect. cap.* 25. *quæſt.* 30. & *ſequent.* Suar. *tom.* 4. *de Relig. tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 3. *à n.* 8. *uſq. ad* 19. Barboſ. *ad Trident.* qui alios citat.

39 Pariter etiam omnes conveniunt, in Prælatos, Diffinitores, & Viſitatores eligi non poſſe quoſdam ãlterius Religionis, ut proculduvio tenent, & late docent, Pelliz. *in manual. Regular.* 2. *tom. part.* 1. *tract.* 9. *cap.* 4. *ſect.* 1. *queſt.* 2. *n.* 3. Lezan. *tom.* 1. *p.* 1. *cap.* 18. *n.* 92. Fr. Emman. Rodr. *tom.* 2. *q. Regul. quæſt.* 4. *art.* 2. & *q.* 53. *art.* 9. & *tom.* 3. *quæſt.* 77. *art.* 9. & ita taliter neceſſe eſſe tales Prælatos eſſe ejuſdem Religionis, & Societatis, ut ſi fortè extranei eligerentur pluries unius Religionis, vix poſſet durari, & conſervari, ut expreſſe tenet Donat. *tom.* 2. *prax. Regul. p.* 1. *tract.* 10. *de poteſt. Prælat. quæſt.* 1. *n.* 3. qui ita inquit. *De eſſentia autem, & formali conceptu Religionum perpetuo duraturarum eſt habere Prælatum ejuſdem generis, & Societatis, prout decretum eſt per Clement. V. in Concil. Vienn. & habetur in clement.* 1. *de elect.* & *n.* 4. proſequitur, ibi: *Quod item decrevit Innocent. III. in cap. cum cauſa de elect.* ibi dicitur: *Id eſſe contra legem Divinam veluti ſimul arare in vobe, & aſino, quod eſt ſecundum gloſſam homines, diſparis ſeù diverſę profeſsionis, & in uno, & eodem officio, ſeù profeſsione ſociari*: & *in eadem quæſt. n.* 15. *inquit ex toto diſcurſu concludi neceſſarium eſſe ad perpetuitatem, & conſervationem Religionum, ut Religioſis omnibus unus præfigatur homo, qui Religionem regat, & curet; non tamen bene concludit, quod iſte Prefectus, & Præſul debeat eſſe ejuſdem ſocietatis, & profeſsionis: nam de mente Summorum Pontificum, & jure naturali, & Divino dictum eſt, quod eſſentia Religionum eſt habere Prælatum ejuſdem Societatis, & profeſsionis: ſecus foret arare in vobe, & aſino, & ſic Religio diu conſervari non poſſet contra præcitata jura in cap. innova actione* 16. *q.* 7. & *in cap. diverſis falaciis de Clerico conjung. dicitur, quod male conveniunt cytharę, cum pſalterio, diverſitas profeſsionis, & habitus, diſenſiones, & ſcandala cauſat cp. quod Deo* 33. *q.* 5. *cap. quidem de apoſtatis.*

40 De Novitiis Senatoribus, qui ut in plurimum eliguntur, jam habitu recepto, jam recipiendo, merce-

de,

de, Regia præcedente, illius Senaturę, quæ vacat, ſi loquamur ; diſcutienda venit praxis , quæ ſervatur circa eos? Et in omnibus,&quibuſcumque cauſis concurrere cum aliis profeſsis , jam in ordine proprio , jam in aliis pro comperto tenendum eſt, & à quinquaginta circiter annis, quibus habitu meæ Religionis induor vidi ſervari: & idem audivi obſervatum fuiſſe antiquis temporibus , ita ut quam plurimi deceſſerint Senatores ſine profeſsione expreſſa in ſuo Ordine. Ex quo venit inquirendũ, an prædicti Senatores Novitii poſſint cauſas Religioſorum , ſeù Monialium, & alia ſpiritualia Monaſteriorum exercere ? Et quod prædictas cauſas minime expedire poſſint , nec valeant expedire , non ſolum in extranea Religione , ſed etiam in propria,probatur; *ex cap. cum cauſam* 27. *cap.* 38. *de elect.* nec ſufficit eſſe profeſſum tacitè ; debet namque eſſe profeſſus expreſse,qui tale miniſterium exerceat, *cap. nullus Religioſus* 28. *de elect. in* 6. & Concil. Trident. *cap.* 21. *ſeſſ.* 25. *de Regul. & ſeſſ.* 14. *de reformat. cap.* 10. In præſtanda vero ratione , quare hoc ita ſtatutum maneat variè ſe habent AA. & licet fere omnes conveniant in eo, quod non profeſsi minime ceſeantur Religioſi, niſi in favorabilibus;alii alias excogitarunt, nempè quod non ſatis judicentur inſtructi in Regula,cõſuetudinibus,inſtitutionibus,&legibus,ut eas faciãt ſervari,videndusPirhing.*tom.* 1.*lib.* 1.*tit.* 6. *ſect.* 8. §. 2. *n.* 357. alii vero dicunt valdè repugnare diſcipulum eſſe ſuperMagiſtrum, *ex cap. officii tui* 38. *& ejus gloſſ. de elect. cap. Ordinatos* 59.*diſtinct.cap. ſi officia eadem cap.in Sacerdot.*61. *diſtinct. cap. non negamus eadem diſtinct.*ſed quidquid ſit de prædictis rationibus,certiſſimum eſt , non profeſſum eligi non poſſe in Prelatum , nec in Diffinitorem etſi electio ejus fiat,nulla eſt,omniaque ab eo geſta nulla judicanda.

41 De Laicis expreſſe profeſsis ut inquiramus , quæ agere , quævè diſponere in ſuo reſpectivè Ordine , vel alieno poſsint? diſtinguendi ſunt caſus. Primus eſt ſi loquamur in rebus temporalibus: & tunc nulli dubium eſt. eos poſſe cognoſcere de litibus civilibus,& criminalibus in quocumque territorio Ordinum ſine ulla diſtinctione; dummodo cauſæ non ſint Equitum criminales : quia tunc debent ſervari leges uniuſcujuſcumque Ordinis , ea forma , & modo , quo diſponunt. Secundus caſus eſt de cauſis Eccleſiaſticis, nempè decimalibus , matrimonialibus , beneficialibus , & criminalibus Clericorum , Vaſſallorum Ordinum, quę cauſæ dicuntur majores *in cap. cauſæ omnes* 20. *ſeſſ.* 25. *de reformat.* Et quod in hoc caſu non poſsint cognoſcere de his cauſis mihi ſuadent *text. in cap. Imperator* 96. *diſtinct. cap. meſana. cap.ſacroſancta cap. quiſquiſ.de elect.cap. ſecundum de judic. cap. cauſam de præſcript. & cap. bene quidem d. diſtinct.*96. *cap. in nova* 22. 16. *q.*7. ibi: *In decorùm eſt Laicum Vicarium eſſe Epiſcopi , & Seculares in Eccleſia judicare , & cap.non placuit eadem cauſa , & queſt.* ibi: *Non placuit Laicum ſtatuendi in Eccleſia* (prę-ter Romanum Pontificem) *habere aliquam poteſtatem. Cui obſequendi manet neceſsitas,non authoritas imperandi*: ex quibus authoritatibus ſatis liquet Senatores, prout Laici ſunt,nihil diſponere circa ſpiritualia , nec cognoſcere de rebus Eccleſiaſticis ; immo incapaces eſſe exercendi juriſdictionem Eccleſiaſticam jure naturali , divino, & canonico , ut præter relata jura tenent communiter AA.D.Thom.*in* 4.*diſtinct.* 18. *q.* 2. *art.* 2. P. Suar. *de cenſur. diſput.*1. *ſect.*2. *n.*2. *& de Relig. tom.*1.*lib.* 4. *cap.*24. D.Covarr. *in cap.alma mater.* 1.*p.* §.11. *n.*1. *& duobus ſeq.* Oliva *de for. Eccleſ.*1.*p. q.*7. *à n.*1. ubi latè Thomę Delvene *de immun. Eccleſ. p.*2. *cap.* 10.*dub.*16.*ſect.*3. *à n.*43. *ad* 48.Donat. *in prax. Regul. tom.* 2.*p.*2.*tract.*14. *q.*11.

42 Quæ doctrina adeo certiſsima eſt , quod etſi Laici ſint converſi, ſeu expreſsè, profeſsi incapaces habentur

tur ad exercitium juriſdictionis Spiritualis, ſeù Eccleſiaſticæ *ex cap. Laicis* 24.16. *q.7.* ibi: *Laicis quamvis Religioſis nulla de Eccleſiaſticis facultatibus aliquid diſponendi legitur attributa facultas cap. benè quidem* 96. *diſtinct.* ibi: *Ne in exemplum remaneret præſumendi quibuſlibet Laicis, quamvis Religioſis: primo potentibus in quacumque Civitate, quolibet modo aliquid decernere de Eccleſiaſticis facultatibus, quarum ſolis Sacerdotibus diſponendi indiſcuſſe à Deo cura commiſſa docetur*: cui conſonat *text. in cap. Eccleſ. Sanctæ Mariæ* 10. *de conſtitut. & cap. cum Laicis de reb. Eccleſ. alien. l. non*, doctè, tenet Oliva *de for. Eccleſ. d. p. 1. q. 7. à n.* 74. *uſque ad* 84. cum Abbate Anton. de Butrio Victoria *de poteſt. Eccleſ.* Ledeſma, & Suar. *& q.* 8. *n.* 38. cui adde Turrecrem. *in ſumm. Eccleſ. lib. 1. cap.* 96. *concl.* 11. *n.* 12. Unde ſolus Summus Pontifex poteſt commitere juriſdictionem ſpiritualem Laicis etiam converſis. Idem Oliva *ubi ſup. n.* 81. Fagnan. *in cap. contingit de arbitr. n.* 3. *& ſeq.* nam hæc poteſtas ſpiritualis eſt ſuperioris Ordinis à Chriſto Domino inſtituta, & D. Petro commiſſa; qua propter tantùm in Eccleſia reſidet, & in ſummo Præſule; & inde deſcendit per gradus Sacramenti Ordinis uſque ad hoſtiarium, & ultra ad primam Tonſuram; quin poſsit extendi ad Laicos, etiam converſos; niſi ex expreſſa diſpenſatione Pontificia: quia licet perſonæ eccleſiaſticæ reputentur, quoad forum, & alia privilegia, incapaces ſunt exercendi talem juriſdictionem, ut jam diximus, & probavimus ſuprà.

43 Cumque Ordinum Senatus, de quo loquimur, componatur ex ſimilibus perſonis Laicis, & in eo judicentur omnes cauſæ Eccleſiaſticæ, & Spirituales, quicumque facilè ſibi perſuadebit, quod hæc materia non fuit rectè agitata in limine Conſilii, nec primævis Regibus Adminiſtratoribus harum Militiarum benè demonſtrata: nam ex ſua ſumma Catholica Religione, imponderabili zelo, ac vigilantiſſima obſervantia juris Divini, & Canonici incredibile eſt, quod ſine conceſsione ſpeciali Pontificis (qui eſt diſpenſator totius juriſdictionis ſpirituales, & eccleſiaſticæ *text. in cap. ſolitæ 6. de majoritat. & obed.*) permiteret Conſilium Regium prædictorum Ordinum ita ſtabiliri, verum, etſi quæſivi, & requiſivi, ut jam dixi, non inveni: nihil mirum, quod titubet Judicium, uſquedum expreſſum diploma Pontificium obſtendatur.

44 Sunt tamen aliqui, qui dicunt Summos Præſules præoculis habuiſſe Conſilium Ordinum, ut nunc viget, ut videre eſt ex Bullis expeditis à S. Pio V. Romæ *die* 29. *Novembris anno* 1567. ſui Pontificatus *anno ſecundo*: & *die* 20. *Januarii anno* 1569. ſui Pontificatus *anno quarto*; quæ ad litteram referuntur in Bullario noſtri Ordinis *fol.* 535. & 540. *ſcript.* 3. & 1. in illis agitur de appellatione ab eo Conſilio in cauſis criminalibus, & civilibus Militum ad Judices, qui vocantur *de Manga*, in quo erat graviſsimum inconveniens: quia à quidem ocaſione, ut certior factus eſſet Summus Pontifex ſtatus hujus graviſsimi Tribunalis, narratum eſt in eo reſidere Præſidem, & adminus quatuor egregios Licentiatos, vel Doctores in utroque jure, vel in altero earundem Militiarum; qui Judices erant in prima inſtantia prædictarum cauſarum, illas ſubſtantiabant, & decidebant, quin de ſtatu ipſorum Senatorum quidquam exponeretur, ut ex ipſis litteris cōſtabit. Sed quis non videt ex hoc fundamento nihil deduci poſſe ut per ipſa reſcripta vellet Summus Pontifex ipſis egregiis Doctoribus concedere capacitatem cognoſcendi de cauſis merè ſpiritualibus, ſeù Eccleſiaſticis? nam ſi ſua ſanctitas erat ignara ſtatus eorum Senatorum, quod magis conjici debet ex ipſis litteris, eſt, nempè, ut ſupoſitum habuiſſe Papam eos eſſe capaces exercendi relatam primam inſtantiam (quod quidem adhuc ſub dubio verſa-

tur,

tur, ut latè alio loco comperiemus) & quis denique non videt in re tanti momenti intelligi non posse dispensatum statum Laicorum prædictorum Senatorum ad cognoscendum de relatis causis? nam semper in Sede Apostolica permaximè hæc materia examinata est; & raro, aut nunquam conceditur talis facultas, cum Laici etiam conversi non habentes saltim Clericalem Tonsuram sint incapaces exercendi eam jurisdictionem. Et ut inquit P. Suarez *adversus Angliæ error. lib. 4. cap. 32. non est præsumendum consensum Summi Pontificis in re tam ardua.*

45 Addunt, necnon alias Bullas incorporationis, & expectativarum continere prædictas causas Ecclesiasticas, agendas esse per personas Ecclesiasticas, & Religiosas earundem Militiarum; sed in nostra sententia Equites professi sunt Religiosi, & personæ Ecclesiasticę recensentur, *ut sup. quæst. 2.* fundavimus: ergo juncta consuetudine benè possunt Equites saltim professi cognoscere de prædictis causis, cum ea consuetudo (cum ullum dubium esset) illa verba Bullarum ita interpretata est, & ea sit optima legum interpretatio, *l. 2. C. quæ sit longa consuetudo.* Hæc dicunt, sed non splent assumptum. Nam non negamus prędictos Equites professos esse Religiosos; sed non ideo asserimus esse verè, & propriè Religiosos absque ulla controversia: cum præoculis habeamus multos, & gravis notæ AA. docentes eos esse solum Religiosos secundumquid (ut videre est Comit. de Agul. *in suo speciosо difusoque tract.* ubi innumeros refutat, qui hanc sequuntur sententiam) unde consequimur mentes Pontificum non eo dirigi, ut comprehenderentur in Bullis tales Religiosi, sed verè, & absolutè Religiosi, ut sunt Clerici, quibus videtur commisisse cognitionem prędictarum causarum, *ut part. 1. tract. 1. q. 2. docuimus remisivè.* Deinde: quia verba Pontificum semper debent intelligi in rigoroso, & naturali sensu, non autem in controversibili; nec personæ Ecclesiasticæ dicuntur, nisi quoad forum: quare non de his Ecclesiasticis personis intelligendæ sunt Bullæ, sed de Clericis, qui omnibus respectibus dicuntur Ecclesiastici, & Ecclesiasticæ personæ. Unde praxis, seù consuetudo allegata non potuit explicare verba Bullarum (quando legitima esset) cum tanta repugnantia juris: immo debent interpretari secundum jus commune. Fagnan. *in cap. cum te de ętat. & qualit. ordinand. à num. 31. & in cap. quod nonnullis de privil. num. 26. & in cap. olim de verb. signif. n. 21. & in cap. authoritat. de cens. num. 30.* juncto Pignatel. *tom. 7. consult. 44. & tom. 10. consult. 122.* Sed jure communi cognitio causarum Ecclesiasticarum pertinet ad Judices verè, & propriè Ecclesiasticos: ergo consuetudo efficere nequit, quod verba *personas Religiosas, & personas Ecclesiasticas earundem Militiarum* intelligantur cum tali improprietate, & abusione, ut omnino resistant juri communi.

46 Nec praxis introducta, ex se, licet antiqua, potuit eo modo exponere verba prædicta: nam praxis non potest magis operari, quam operaretur expressa concessio Summorum Pontificum, qui illas Bullas expedierunt; sed Summi Pontifices, licet possint commitere aliquas causas particulares Ecclesiarum, seù Clericorum Principi temporali, aut ejus Ministris *text. in cap. Prętер. 32. distinct. cap. Mennan. 2. q. 5. cap. verum de for. comp. cap. unic. de Cleric. conjugat. lib. 6. cum commun.* tenet D. Cobarruv. *in pract. cap. 31. num. 4.* non possunt concedere omnes, & quascumque causas fori Ecclesiastici totius Provinciæ, iisdemmet Regi, seù ejus Ministris, ut de illis cognoscant. Ut ex Felini opinione *in cp. 2. de judic. n. 2.* qui fert contrariā esse novam,

& fere communem D. D. ſentent. jam docet Oliv. *de for. Eccleſ. 1. p. q. 11. n. 13.* Caſtr. Luſitan. *de magn. Reg. 1. p. prælud. 3. n. 5.* & Exim. Suar. *adverſ. Angl. error. cap. 32. n. 7.* quia ſi contrarium contingeret, ut ajunt duo ulteriores AA. valdè decoloratus ſtatus Eccleſiaſticus illius Provinciæ evaderet, & magna fieret injuria ordini Clericorum illius Provinciæ; etiamſi ſolum commiſſa eſſet cognitio cauſarum criminalium. Quid ergo dicendum veniret, ſi conceſsio Pontificia comprehenderet omnes cauſas, non ſolum temporales tam Eccleſiaſticas, quam ſpirituales, & ſpiritualibus annexas, & non ſolum voluntariæ juriſdictionis exterioris, ſed contentioſæ, ut prædicta praxi receptum eſt cognoſcere Regios Conſiliarios Ordinum pure Laicos, non tantum in vaſto territorio Ordinis Jacobæi; quod conſtat ex duabus Provinciis, ultra innumera Oppida ſeparata, quæ comprehendit; verum etiam cœtera dominia aliorum Ordinum, quæ ſi juncta non excedunt, ſaltim æquant Ordinem noſtrum? Certè hi Ordines, ſi fortaſsè conceſsio expreſſa eſſet, poſſent, & deberent ſupplicare à tali reſcripto, & cum debita reverentia exponere rationes juris, quæ pro his Ordinibus faciunt, & confiſi ſpectare deberent revocationem ſimilis privilegii; licèt non negamus ex certa ſcientia genus cauſarum particularium poſſe Principibus concedi, ut plenè docet Oliva *de for. Eccleſiaſt. 1. part. q. 12. per tot.* ergo praxis, quæ allegatur, nihil roboris poteſt adjicere verbis *in n. anteced.* notatis.

47 Præterquamquod prædictæ Bullæ ſolum loquuntur de cauſis Militum, & Fratrum, tam civilium, quam criminalium, ut notavit noſter Agurleta *in Bullar. noſtr. Ordin. fol. 535. & fol. 540.* quę quidem à viſitationibus ad Conſilium Ordinum adveniebant, eaſque ſubſtantiabant, & decidebant illi egregii D.D. vel Licentiati cum ſuo Præſide, & duobus Ancianis illius Militię, cujus erat delinquens: ubi eſt obſervandum in narratione nullæ alię cauſæ contentę fuerunt, & ſuper his providet Summus Pontifex à ſententiis in illis caſibus prolatis appellandum non eſſe ad Judices *de Manga*, ut antea fiebat, ſed ad unum ex Conſiliariis, & duobus, vel tribus Equitibus, qui in prima inſtantia votum non ſufragaſſent, addita clauſula irritante: non alias aliter, nec aliomodo appellationes recipiendas eſſe, maximo prævisſo inconvenienti; ſi ſecùs fieret, ut ātea ſolebat fieri. Sed hoc ſuppoſito, quid allegata praxis denotat in univerſitate cauſarū ſpiritualium, & ſpiritualibus connexarum, de quibus cognoſcit Conſilium Ordinum, cum in prædictis Bullis duntaxat mentio fiat cauſarum civilium, & criminalium prę̨ceptorum Militum, & Fratrum horum Ordinum? Nam quando magis certus factus fuiſſet S. Pius V. ſtatus egregiorum illorum Doctorum operaretur praxis ſubſequuta, poſſe cognoſcere de quibuſcumque cauſis Fratrum Clericorum, tam in prima inſtantia, quam in ſecunda modo præfixo: ſed quoad cauſas Clericorum, Secularium, Eccleſiarum territorii Ordinum, Matrimonialium, Beneficialium, & Decimalium, quæ ſunt Bullæ? certè nullam inveni, ut ſępe ſæpius dixi: ergo praxis præcitata nihil roboris addit prædictis Bullis.

48 Nec alia Bulla Julii III. quæ incipit *cum ſicut nobis exponi fecit* data Romæ *die* 18. *menſis Decembris anno* 1553. quæ adduci ſolet, & extat in Bullar. noſtr. Ordin. *fol.* 513. §. præterea 5. Hæc verba proferuntur; *præterea quod de cætero à quibuſvis ſententiis per eoſdem Priores, ſeù eorum Vicarios pro tempore latis, niſi prius, & immediate ad Conſilium Ordinum juxta conceſsionem Apoſtolicam eidem Majeſtati tuæ, ſivè dicto Ordini de ſuper factam appelletur, & cauſa primæ appellationis hujuſmodi ibidem cognita fuerit ad Sedem Apoſtolicam appellari non poſsit.* Robur ad-

je-

jecit Bullis præfixis: nam præterquamquod, ut de illis dixi, non fuit propoſitus Jullio III. ſtatus Laicus Senatorum, quorum conſtabat prædictum Conſilium Ordinum, nihilque expoſitum apparet in narrativa circa appellationes, ſed tantum circa triremes noſtri Ordinis, & medias annatas, ut videre eſt in precibus prædictæ Bullæ: ergo praxis allegata non poteſt niti in prædictis Bullis, nec ex illis principium deſummere.

49 Inſtant adhuc, ſupoſitis prædictis Bullis, potuiſſe recipi conſuetudine tanti temporis, ut prædicta juriſdictio Eccleſiaſtica ritè, & rectè exerceatur ab ipſis egregiis Doctoribus, vel Licentiatis earundem Militiarum, maximè cum ea praxis, aut conſuetudo immemorialem adveniat: quę quidem tantam vim habet, ut ſupponat privilegium, *l. ex hoc jur.* 4. §. *duõ. aquæ de aq. quotid. & ſtyv. cap. ſuper quibuſdam* §. *præterea de V.S. cap. cum contingat de for. comp.* D. Cobarruv. *in Regul. poſſeſſor.* 2. *p.* §. 3. *n.* 7. *in fin.* ſufficiens ad cognoſcendum de quibuſcumque cauſis Eccleſiaſticis. Sed hęc ratio nihil roboris habet: nam præterquamquod non datur immemorialis, ubi obſtenditur origo, ut eſt principium certum in jure; talis praxis, ſeù conſuetudo, etſi immemorialis, non poteſt concedere Laico exercitium juriſdictionis Eccleſiaſticę, tenet Decian. *tom.* 1. *crimin. lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 14. *verſic. extenditur concluſio*, & *n.* 16. *verſic. extenditur quoque*: tanquam irrationabilis, etiamſi Papa eſſet conſcius de tali conſuetudine. Petr. Cavall. *volum.* 1. *reſolut. crimin. caſ.* 64. *n.* 7. Ubi alios refert AA. Guacin. *de defenſ. reor. def.* 1. *cap.* 23. *n.* 6. eo præſertim, quod omnis conſuetudo contra Eccleſiaſticam libertatem reprobatur *in cap. noverint de ſentent. excomm.* & cum Carol. de Graff. Germonio, Caſtillo, Barboſ. Azor. Surd. Bellet. & Sperell. docet copiosè Scañ. *in propugn. Hieroſolym. diſcept.* 13. *cap.* 7. *n.* 15. *cum duobus ſeqq.* latè, & exproſeſsò tractat Oliva *de for. Eccleſiaſt. p.* 1. *q.* 12. *per tot.* & contra Eccleſiaſticam libertatem directè opponitur Laicum cognoſcere de cauſis Clericorum, ac juriſdictionem exercere in foro Eccleſię in his, quę ad ipſam Eccleſiam privativè pertinent, ut ſunt cauſę Decimales, Matrimoniales, & Criminales Clericorum: ergo tales cauſę, non obſtante conſuetudine, minimè poſſunt agitari in Regali Conſilio Ordinum.

50 Nec ſi roborent prędictas rationes cum alia, quam adducere ſolent, videlicet invictiſsimos Reges noſtros Catholicos habere privilegia Pontificia adcognoſcendum de quibuſcumque cauſis Eccleſiaſticis pertinentibus ad jus Patronatus Regium per Judices Seculares, utpotè per graviſſimos Senatores ſuę Regię Camerę Caſtellæ cognoſcuntur; ideoque cum Magiſtratus fuerint incorporati, & uniti RegiæCoronæ poſsint putari jam Patrimonium Regię Majeſtatis, ac ut tali conſiderato, poſſe inſervire prędicta privilegia, ut cœteri Senatores Conſilii Ordinum ſimiliter cognoſcant de cauſis relatis in territorio ipſorum Magiſtratuum. Roboratis citatis Bullis *in n.* 37. cum his Regii Patrimonii, & parificent gratiam incorporationis Magiſtratuum cum gratiis Pontificiis Bullę Cruciatę, ſubſidii, ſcuſati, tertiarum Regalium, & Millionum quarum cauſarum cognitio pertinet ad Conſilium reſpectivè à Regibus deſtinatum, veluti primę tres gratię ad Conſilium Cruciatę, alia Millionum ad Gazę Regię Conſilium: & ego necnon adjicio ſupremam poteſtatem à Sede Apoſtolica conceſſam Regię Coronę in Indiarum Regnis cum perceptione decimarum, & aliorum jurium ad Sanctam Sedem alias pertinentium: pro quorum quidem cognitione cum omnimoda poteſtate creatum fuit Conſilium Regale ſeorſim, quod vocatur Indiarum, cujus quidam Conſiliarii cognoſcent, jam deciſivè,

jam

jam consultive, cum fere omnes Laici sint de omnibus causis tam gubernii Ecclesiastici, quam secularis.

51 Hæc omnia ponderantur, sed singula percurremus, ut his omnibus respondeamus: ad primum Regii Patronatus fatemur privilegium Apostolicum non vidisse, sed praxim antiquissimam veremur cognoscendi de causis Ecclesiarum purè Regii Patronatus. Verum aliud est aliquid esse juris Patronatus, aliud esse in jure Patronatus. In illo sanè casu optime stat munificentissimè se ostendisse Sedem Apostolicam erga nostros Monarchas pro extructione, & dotatione prædictarum Ecclesiarum, quas suis expensis ornarunt, & ædificarunt; ob quas ingentes rationes non solum dignissime jus Patronatus adquisiissent, verum etiam nomine Sedis Apostolicæ cognoscerent ipsi Catholici Reges per se, aut suos Ministros Laicos de causis Ecclesiasticis earundem Ecclesiarum sui juris Patronatus. Sed demus privilegium in hac forma concessum, & usu ita receptum, quid inde infertur, ut ipsum privilegium protrahant ad Patronatum Ordinum Militarium? nihil certè: nam quod vir aliàs doctus P. Mendo præfatos Ordines esse juris Patronatus asserat *quæst.* 12. *n.* 201. *usq. ad* 207. *in dict. tract. de Ordin.* non probat: si autem assereret esse in jure Patronatus Regii, libenter concederem. Et ratio est: quia jus Patronatus adquiritur dotatione, & ædificatione, aut sola donatione; sed Reges nostri habent prædictos Ordinum Magistratus incorporatos, non ex ipsis causis, sed ex gratia Pontificia: ergo Ordines non sunt juris Patronatus, sed sunt inter jura Patronatus Regii.

52 Nec quod Reges nostri, ut Magistri præsentent Commendas, Prioratus, & Beneficia ex antiqua consuetudine, & statutis, & diffinitionibus Ordinum, in quibus appellantur Patroni, aliquid facit: quia illa vox abusivè debet desummi: nam verè Patroni sunt Ordines: quia Ecclesias ædificarunt, & dotarunt territoria; & dominia à Sarracenis adquisierunt; & sic eorum mera tolerantia Magistri particulares sibi abrogaverunt jus præsentandi; sed illud faciebant nomine suo, & Ordinum. Unde cum nullum majus habeant Reges, ut Administratores, quam ipsi Magistri habebant, ut repetitę Bullæ decantant; sequitur verè Ordines, & eorum Ecclesias, Commendas, seù Prioratus esse in Patronatu Regio, non autem esse juris Patronatus. Sed demus privilegium concessum in amplissima forma pro rebus juris Patronatus ipsum non potest protrahi, aut extendi ad ea, quæ sunt in jure Patronatus. Et ratio legalis est: quia tale privilegium est contra jus commune, ut notum est; sed satis est, quod tale privilegium aliquid operaretur; contra jus commune, ut quoad reliqua restringatur, ut cum multis antiquioribus tenet Valenz. *consil.* 18. *n.* 92. & privilegium ad unum finem inductum, non debet operari diversum *leg. nulla leg. quod favore ff. de leg. leg.* 3. §. *duæ autem causæ ff. de Carbonian. edict.* & diversa ratio diversum jus producit in uno, quam in alio casu, *leg. inter stypulantem* 83. §. *Sacram. de verb. oblig. leg. annus ff. de calumniat.* & privilegia exorbitantia stricti juris sunt, & strictè interpretanda, *leg. ex facto ff. de vulgarib. cap. suggestum de decim.* & locum non habent, nisi in casibus expressis per ipsa, *leg. jus singular. de leg.* §. *sed & quod instit. de jure natural.* Idem Valenz. *consil.* 23. *n.* 75. nec ad aliam personam, nec ad alium casum extendi, *leg.* 1. *de constit. Princip. leg. cum Patronatus ff. de leg.* 2. nec denique ex identitate rationis, ut cum pluribus docet prædictus Valenz. *consil.* 33. *num.* 272. ergo cum Sedes Apostolica indulsisset Regibus nostris pro rebus juris Patronatus, & ordines non sint, sed duntaxat sunt in jure Patronatus, ut jam pro-

probavimus, non poſſunt extendi prædicta privilegia, ut per ea videantur comprehenſi in illis.

53 Nec faciunt Bullæ trium gratiarum, & quod dicatur redditus illarum eſſe in jure Patronatus admodum Ordinum: ex quo inferunt, quod quemadmodum non repugnat Conſilium fuiſſe ſtabilitum ad cognoſcendum de cauſis Eccleſiaſticis, atque etiam de temporalibus: quod quidem Conſilium componitur ex Laicis, & vocatur *de Cruzada*; nec repugnabit Conſilium Ordinum cum æquali cognitione. Sed notatur differentia cum Lara *lib.* 1. *in ſuo ſpeciali tract. de las tres gracias fol.* 12. ubi loquens de Officio Commiſſarii generalis hujus Conſilii inquit: *El Comiſſario general tiene juriſdicion eſpiritual delegada por ſu Santidad, y temporal, que ſu Mageſtad le dà aſsi por via de auxilio, y brazo Seglar, como derechamente dandole juriſdicion para que en el Conſejo de Cruzada determine las cauſas temporales.* Ubi obſervandum ſe offert commiſſarium generalem per ſe decidere omnes cauſas privativè, abſque ſuffragio Conſiliariorum prædicti Conſilii; quamvis cum judicio ipſorum, qui appellantur Adſeſſores, qui ſunt quatuor; duo ex Conſilio Supremo Caſtellæ, unus Indiarum Conſilii, & alter Aragoniæ pro negotiis ſuorum Regnorum, ut rectè refert prædictus Lara *loc. cit. at. fol.* 14. Et etiam eſt notandum non appellari Præſulem ejus magni cœtus, ſed Commiſſarium generalem, jam quia non convenit ſtatui Eccleſiaſtico, uti nominibus, quæ demonſtrent magnitudinem, aut qui nomen aſſumpſit à juriſdictione ſpirituali, quam exercet, tanquam nobiliori, aut ſuperiori, prædict. Lar. *dicto fol.* 12. & pariformiter in Conſilio Supremo Inquiſitionis, qui ei præeſt, non dicitur Præſul, ſed generalis Inquiſitor, licet tam unum, quam alterum Conſilium utitur inſigniis Regiis admodum cœterorum Conſiliorum, quibus præſunt Præſules.

54 Erga cognitionem cauſarum Eccleſiaſticarum Regiæ Camæræ Caſtellæ variè ſe habent AA. D. Salgad. *de Reg. protect. lib.* 3. *à num.* 193. ait, cognitionem Regiæ Cameræ Caſtellæ in cauſis Regii Patronatus non eſſe de Regio jure Patronatus, ſed de qualitate, & facto, an ſcilicet Eccleſia, aut beneficium de quibus agitur ſint conſiſtoriales necne? quod nihil ſpiritualitatis habet, ſed nudum factum ſive de poſſeſorio beneficiali, de quo non ſunt Laici Judices incõpetentes. Sed D. Ramos *ad leg. Jul. & Pap. lib.* 3. *cap.* 57. *n.* 2. aſſerit etiam in petitorio, & proprietate, ad Cameram Regiam ſpectare cognitionem, & de facto de illis cognoſci ex Regiis ſchedulis Philip. II. *anno* 1588. & Philip. III. *anno* 1603. & id probat ex adductis à Solorz. *tom.* 2. *de jur. Indiar. lib.* 3. *cap.* 3. *à n.* 25. & Salced. *de leg. polit. lib.* 2. *cap.* 13 & eam aſsignat rationẽ: quia Patronatus Eccleſiarum Regibus legitimè quæſiti tranſeunt in Regaliam eo ipſo, ut videtur elici *ex cap. generaliter* 13. *de elect. in* 6. & cenſentur inter jura, & bona Regiæ Coronæ, ut de Luſitania poſt Velaſc. Caved. & alios probat Pereir. *de man. Reg. lib.* 2. *cap.* 29. & apud nos privativè, & perpetuo Regiæ Coronæ incorporata *ex leg.* 1. 3. & 5. *tit.* 6. & *leg.* 25. *tit.* 3. *lib.* 1. *recopilat.*

55 Unde certum eſt (inquit prædictus Author) cognitionem de Regalibus eſſe Regibus, eorumque Tribunalibus ſpectantem, etiam inter Eccleſiaſticos, jam ſint actores, jam ſint rei; ut de fœudalibus probatur *ex cap.* 5. *de judic.* & *cap.* 6. *de for. compet.* & apud omnes receptum eſt, ut *de jurib. Fiſcalib. Regiis liquet, ex l.* 1. §. 9. *tit.* 2. *leg.* 10. *tit.* 7. *lib.* 9. & *leg.* 6. *tit.* 1. *lib.* 4. *recopil.* & quoad donationes Regias factas Eccleſiis patet *ex leg.* 56. *verſic. fueras ende tit.* 6. *partit.* 1. *leg.* 6. *tit.* 1. *lib.* 4. *recopilat.* & *cap.* 3. *ne Clerici, vel Monach.* latè probat Solorzan. *ubi ſup.* & Larrea *allegat.* 27. *à num.* 3.

56 Confirmatque ſuam ſententiam præcitatus D. Ramos *ubi ſup.* exemplo tertiarum Regiarum, quæ licet ſua natura ſpirituales ſint, & emanent à concceſsione Pontificia *cap.* 25. *de decim.* de his tamen cognoſcunt Regii Judices Seculares, & magnus Senatus Gazę Regiæ: quia tranſierunt in Regaliam *leg.* 2. §. 25. *tit.* 2. *leg.* 1. *tit.* 21. *lib.* 9. *leg.* 1. & 8. *tit.* 5. *lib.* 1. *recopil.*

57 De Regio Patronatu Indiarum agens prædictus Magiſter, id ipſum aſſerit, & ſuam ſententiam adſtruit ex generali Regula docente decreta generalia prohibitionum, ſeu reſervationum non comprehendere Reges, eorumque Jura, ſeù Patronatus: & citat Cobarruv. *præct. cap.* 36. *n.* 3. & *ſeq.* & *ex Trident. ſeſſ.* 25. *cap.* 9. §. *reliqui* ubi in abrogatione generali Patronatuum, de quibus non conſtat ex fundatione, ſeu aliquo ex legitimo titulo, expreſsè excipiuntur pertinentes ad Reges, ut videre eſt *ex can.* 8. *ſeſſ.* 22. *de reformat.* à generali Regula de viſitatione Hoſpitalium ad Epiſcopos ſpectante, excipiuntur Hoſpitalia exiſtentia ſub immediata Regum protectione: ex quibus, & aliis, ait deciſionem *capit. quanto* 3. *de Judiciis* non loqui, nec intelligi debere de Patronatibus Regiis.

58 Sed ut pro Regio Patronatu Indiarum aliqua ſcitu digna notemus: ſciendum eſt, concceſſum fuiſſe Regibus Catholicis à Julio II. *anno* 1508. & decimas omnes ab Alexand. VI. *anno* 1501. & Dominium Indiarum ab eod. Alexand. *anno* 1493. ex quo infert Solorzano loco jam citato, *n.* 37. & *ſeq.* Reges Hiſpaniæ eſſe in Indiis, veluti Vicarios, & delegatos Pontificios tanquam fidei, & Religionis Catholicę præcipuos motores. Latè Fraſ. *de Reg. Patronat. Indiar. cap.* 25. & 26. *per tot.* unde ad eos, ſuoſque Judices, licèt Seculares, ſpectat omnimoda cognitio Regii Patronatus. Idemque probat quoad Regium Patronatum Cameręę Caſtellæ, cum Patronatus Indiarum concceſſus ſit ad inſtar Patronatus Regii Regni Granatenſis, ut addit Solorz. *ubi ſuprà cap.* 3. *n.* 34. Quod cum hæc cognitio Secularium curiarum in his cauſis in retrò temporibus, tam in Hiſpania, quam in Indiis incòncusè fuit obſervata, & conſtat per Summum Pontificem concedi poſſe ex traditis à Menoch. *de retinend. poſſeſſ. remed.* 3. *n.* 353. ſaltim preſumptivè ex tacita, & diuturna ipſorum Pontificum approbatione conceſſa, vel ſaltim permiſſa, videri poteſt, ut doctè in ſimili ſpecie notat Navarr. *in cap. cum contingat, verſic.* 3. *facit de reſcript.*

59 Ex dictis fortaſsè colliges Conſilium Regium Ordinum potius confirmari, quam diverſificari in cognitione cauſarum Eccleſiaſticarum ab aliis Conſiliis Regiis Caſtellę Cameræ, Indiarum, & Gazę Regalis, & aliis Curiis Secularibus: ergo ſi illa procedunt ſine Bullis, ſed tantum per meram tollerantiam Summorum Pontificum ratione Patronatus Regii, & quia ea jura jam tranſierunt in Regaliam, optime Reges noſtri Sereniſsimi, ut Adminiſtratores perpetui horum Ordinum, & eorum Conſilium poterunt cognoſcere de his cauſis Eccleſiaſticis; quia Bullæ Pontificię annexionis Magiſtratuum Regiæ Coronæ velle videntur omne jus in ipſos Reges transferre; proindeque in jus Patronatus Regium tranſire, atque in Regaliam. Profecto tamen tam longe eſt, ut ex dictis aliquid contra nos inferatur, quod rationes traditæ ab Authoribus ſupra citatis potius probant aſſumptum noſtrum: primò ex eo, quod per incorporationem Magiſtratuum Ordines iſti non tranſierunt in jus Patronatus Regii, licet ſint in jure Patronatus, ut contra P. Mendo latè fundavimus ſuprà. Secundo: quia ſimiliter per prędictam annexionem in Regaliam non tranſierunt præfati Ordines: nam hoc oſtendit praxis expeditionum

ſche-

ſchedularum Regiarum, ubi additur titulus Adminiſtratoris perpetui uniuſcujuſque Ordinis, pro quo fuerint expeditæ. Et denique: quia Bullę prædictę incorporationis, tum temporalis, tum perpetuæ, ut ex illis videre eſt, in quantum pertinet ad cognitionem cauſarum ſpiritualium, & Eccleſiaſticarum, expreſsè decernunt per perſonas, jam Eccleſiaſticas, jam Religioſas ipſorum Ordinum ad nutum Regum noſtrorum deſignandas exerceri debere: ergo praxis qualis qualis ſit aliorum Senatuum, & rationes ab Authoribus adductæ non debent, nec poſſunt adęquari aſſumpto noſtro.

60 Et ut ad viam, è qua digreſsi ſummus, redeamus, exponenda, & ſolvenda venit alia objectio, quam ad litteram trahit D. Salazar, *in dicto ſuo tract. n. 8. verſic. que no puede votar en las pruebas de los Caballeros, porque no las hizo ſemejantes quando entrò en la Orden.* Sed hæc objectio facilè diſolvitur: nam æqua lance mandantur, & committuntur informationes Equitum diffinitione, & conſuetudine per antiqua Fratribus Clericis, & Laicis, ut omnibus notum eſt: ergo ſi ęqualiliter committuntur probationes Equitum, tam Clericis, quam Laicis cum eadem juriſdictione, & poteſtate, ita ut unus ſine altero nihil poſsit operari; deduci videtur manifeſtè, quod ſi Clerici ſunt capaces expediendi prædictas probationes, ut Equites, ſi iſti ſunt capaces judicandi illas, ſimiliter judicare poſſunt Clerici, ſine aliis probationibus, quam, quæ juxta ſua ſtabilimenta, & diffinitiones ad recipiendum habitum peregerunt. Deinde nulla lex, ſtatutum, aut conſuetudo allegari valet pro objectione oppoſita, quę petat, ut hi, qui pro munere judicare debent cauſas ſimiles nobilitatis, eam debeant probare: immo in Audientiis de *Hijos-Dalgo* Vallifoletanæ, & Granatenſis, & in Audientiis Regalibus Navarræ, Siracuſanæ, Valentina, & Gotholaniæ, ubi Judicantur tales cauſæ, neceſſe haberent ſimiles probationes facere, ante quam ſua munera aprehenderent; at nec lege, nec ſtatuto, aut conſuetudine talę ſtatuitur: ergo neceſſe non eſt Clericos Fratres horum Ordinum probationes nobilitatis facere, ut in Conſilio Ordinum expediant Judicando informationes Equitum. Prætereà Fratres Clerici per ſe ſolos, & abſque commitatu Equitum peragunt informationes Monialium Aſſumptionis *de Almagro*, & Sancti Spiritus *de Alcantara*, quæ quidem probant nobilitatem ſanguinis, & in ſimul Fratres Clerici, qui ſimiles probationes faciunt Calatravæ, & Alcantaræ, & in noſtro Conventu Sancti Marci Legionenſis, ut dictum eſt *ſupr. p. 1. quæſt. 16. fin.* habentur, ut actus poſsitivi in Conſilio Ordinum, & in omnibus congreſsibus ſtatuti nobilitatis, & puritatis ſanguinis; licèt ipſæ probationes factæ fuiſſent à Graduatis: ergo objectio prædicta corruit.

61 Sed eo magis corruit Decreto Regio noſtri Sereniſsimi Regis Philippi V. *in die 13. Auguſt. expedito anno 1702.* ubi inquit: *Habiendo hecho merced de plaza de eſſe Conſejo de Ordenes à Don Alonſo de Torralva, y entendido que ſe le quiere obligar à hacer nuevas pruebas, à mas de las que tiene hechas como Religioſo de la Orden de Calatrava, he querido advertir al Conſejo, de la novedad que me ha cauſado, el que ſin haberme dado cuenta, dilate con eſte motivo el cumplimiento de eſta merced. Y aſsi mando, y es mi voluntad, que ſin neceſsitar de mas pruebas, que las que tiene hechas como Religioſo el referido Don Alonſo, entre al uſo, y exercicio de la dicha plaza, como los demàs Miniſtros de eſſe Conſejo, ſin diſtincion, ni diferencia alguna.* Hoc ergo Regium Decretum non ſolum facit corruere prędictam objectionem, verum etiam importat impoſitionem perpetui ſilentii; & hæc materia debet intelligi tranſacta in rem judicatam, non utcumque; quia quidquid deciſſum eſt à Rege, partibus au-

auditis, plus importat, quam quod tribus ſententiis conformibus deciſſum fuerit, ob reverentiam debitam Majeſtati: ergo, &c.

62 Quod objicitur de ſtylo, qui receptus pro conſultatione Equitum harum Militiarum, videtur excludere Clericos Fratres ab ipſis Senaturis: quia Bullæ ita fuerunt intellectę, & ad praxim reductæ. Prętęrquamquod huic argumento ſatisfacit acutiſsimè prædictus D. Salazar *relato memorial. n.*29. manet à nobis convictum *ſuprà n.*26.&deinde juridicè convincimus *à n.*38.etiamſi eſſet mille annorum ſtylus; quin neceſſe ſit quærere cauſas, quare ille fuiſſet introductus, etſi aliqua aſsignanda venit, non dubito quod ſit frequens propoſitio Cameræ Caſtellæ Togatorum Dominorum, ad Senaturas hujus Conſilii, ut inquit prædictus D. Salaz. *citato loco n.*30.*in fin.* ubi ait: *Pero como el Conſejo de la Camara no los ha propueſto*(loquendo de Clericis) *para Miniſtros del de Ordenes, y los Señores Reyes paſſados han juſtamente deferido à las conſultas de aquel Tribunal; de aqui ha nacido que ſolo V.M. reſolvieſſe borrar de los Religioſos con la plaza de Don Alonſo de Torralva, un olvido, que empezò la neceſsidad, ſe hizo por el curſo del tiempo eſtylo, y oy ſin razon quieren, que paſſe à incapacidad.* Expreſsiſsima ſunt verba tanti Authoris; ſed neceſsitas, de qua loquitur, firmat in eo, quod in Conventibus Ordinum ſolum docebatur Theologia Moralis, & nondum fundata fuerant Collegia in Univerſitate Salmantina in noſtro Ordine uſque ad *annum* 1560. videtur ab illo non probari: quia multò anteà ea habuerunt Salmanticæ Cœnobia noſtra Uclenſe, & Legionenſe; unde quàm plurimi viri inſignes virtute, & ſapientia exierunt; ut ſtatim inferius oſtendemus.

63 Mirandum ſanè, quod eruditus alioqui ſcriptor deceptus fuerit in non perquirendo altiori principio Collegiorum noſtri Ordinis, & quod initium deſummat ab *anno* 1560. juſu Philippi II. ſtructi; quod vulgo vocatur *Regis*.Hoc etenim quod falſum ſit, liquidò conſtat, prædictumque ſcriptorem, haud fugere potuit ſi Biblioth. Hiſp. *tom.* 2. prę manibus habuiſſet, & ibi Illmi. D. Martini Perez de Ayala elogium conſideraſſet: ait enim ibidem D.Nicolaus Anton.prædictum Illmum. *anno* 1548. per Carolum Cęſarem ad Pontificalem Accitanam Dignitatem evectum, cum antea in Uclenſi Domo Canonicus Regularis effectus ad Collegium Jacobęum Salmantinum profectus fuiſſet; poſtque Toleti, ac Granatæ Philoſophiam, ac Theologiam docuiſſet; à Giennenſi Illmo. Præſule evocatus, illi à confeſsionibus fuiſſet, viſitatorque Epiſcopatus Giennenſis; & demum Concilio Tridentino interfuiſſe Caroli Cęſaris juſu: cumque ad hæc peragenda, Illuſtr. Ayala per multum temporis conſumpſerit, argumento eſt illum in Salmantino Ordinis Collegio multò ante extitiſſe, ut re vera *ann.* 1528. extitit, juxta quod ipſe Illmus. in ejus vita narrat; ubi etiam exprimit, propter anguſtias domus, ſeu Collegii, in quo erant, tam Uclenſes, quam Legionenſes Collegæ, illos ad Complutenſem Univerſitatem pervolaſſe per *ann.* 1529. diligentia ejuſdem Illmi. annuentibus Regio Ordinum Conſilio, ac Priore Uclenſi.

64 Sed hoc ipſum etiam abſque inſpectione vitæ dicti Illmi. latere nequivit ſcriptorem antedictum, imò & quod per *ann.* 1525.jam in Salmantina Univerſitate Collegium Ordo Jacobæus habuerit, ſi inſpexiſſet librum, cui titulus *Armadura Eſpiritual* à Sapientiſsimo Doct. atque Magiſtro Cabranes elaboratum,& typis mandatum *anno* 1544. ubi cum præceſiſſent ob utilitatem tanti tractatus, Authoriſque eruditionem ſupplices Univerſitatis Salmantinæ litteræ ad Regem Catholicum pro editione in vulgus prædicti libri Catholicam Majeſtatem hujuſmodi

di ſupplicationi annuiſſe *anno* 1525. conſtat ex licentia, & privilegio ad prelo cõmitendum præfatum librum, & ibi Author prædictus nominatur Rector Collegii Salmanticenſis, Ordinis Equeſtris Divi Jacobi: qui quidem Rector Magiſter Salmantinus fuit in ſacrę Theologiæ, ac Artium facultatibus, Bibliorumque ibidem anteceſſor ſubſtitutus, Theologiæque, ac Philoſophię Moralis, ut ex prædicto libro *Armadura Eſpiritual* typis Emeritæ mandato *ann.* 1544. videre eſt *p.* 8. *cap.* 35. *fol.* 211. & *cap.* 66. *pag.* 228. Quod equidem comprobat non vulgaris ſcientia à prædicto Authore Salmanticæ adquiſita ab *anno* 1510. *uſq. ad* 1530. per quod tempus ibidem commoratus fuit, cum ante profeſsionem Uclenſi in Conventu emiſiſſet *anno* 1508. *die* 2. *Januarii.*

65 Abſdubio D. Ludovicus de Salaz. falli potuit circa prędicta; eo quod tempore Philippi II. Collegium Jacobæum, quod hodie conſpicitur, perfectionem habuit, quoad ejus magnificam ſtructuram: re vera tamen multò ante Collegium Ordo Jacobæus habuit, ubi prius extiterunt utriuſque Domus Legionenſis, & Uclenſis filii; & cum poſtea Collegę ob anguſtias ad Complutenſem Univerſitatem Uclenſes tranſmigraſſent per *ann.* 1529. juxta dicta: demum Salmanticam reverſi fuerunt per *ann.* 1536. ut videre eſt *in Hiſtor. Civitat. Compluti* per Doct. Portilla elaboratam *in ejus* 2. *p.* §. 11. *n.* 76. *fol. mihi* 75.

66 Et quod à Regum Catholicum tempore extiterit Collegium Jacobeum Salmanticæ, præter dicta, manifeſtum fit ex eo, quod, cum à Magiſtro D. Alfonſo de Cardenas (abſdubio in Capitulo generali celebrato per *ann.* 1480.) ſtabilitum fuiſſet, ut unuſquiſque Priorum Clericum unum ſuæ domus haberet Salmanticę, ad vacandum ſcientiarum ſtudiis, poſt à Regibus Catholicis juſum fuit ob Jacobæi Ordinis augmentum, ut novem Collegæ, quinque ſacræ Theologię, quatuor ſacrorum Canonum ſtudio incumbentes perpetuò eſſent Salmanticæ, ſub obedientia unius eorum, qui nominaretur Rector. Quod Catholicorum Regum ſtabilimentum jam invenitur recopilatum, & typis mandatum *anno* 1503. in Hiſpalenſi Civitate, & domo Joannis Peguiter de Nuremberg. *à fol.* 50. & in ſtabilimentis *anno* 1529. *fol.* 64. cum hac nota marginali, *Rey, y Reyna*, quæ etiam reperitur cum ſtabilimento dicto in ſtabilimentis *anni* 1555. *fol.* 100. *cap.* 1. & in ſtabiliment. *anno* 1565. *fol.* 186. *cap.* 1. ubi etiam conſtat, quod de ſtabilim. D. Alfonſi de Cardenas retulimus.

67 Ex his ergo inemo non videbit, luce meridiana clarius eſſe, quod ab *anno* 1503. plus minuſve, Collegium Salmanticæ Jacobæus Ordo habuit, & in quo Ordinis Clerici non tantum ſtudio Theologiæ Moralis dediti fuere, ſed ſtudiis Theologię ſcholaſticæ, ſacrorumque Canonum; ut proinde Collegarum plures extiterint, qui dignitatibus plurimis, Epiſcopatibuſque inſerviendis digni fuerint, ut ex pluribus, qui præfata tempeſtate floruere poſtea recenſendis patefit. Præterquamquod enim prædictus Magiſter Cabranes per *ann.* 1525. Rector Collegii Ordinis Jacobæi fuit, ut dictum manet: conſtat etiam de ejus prædeceſſore, Collegiique Rectore Gundiſalvo, Rodriguez *ann.* 1523. & 1524. ex actis viſitationis Conventus Sancti Spiritus Salmanticæ prędicto anno, quę aſſervantur in Archivo Uclenſis Conventus: & ibi *fol.* 52. Nominatio autem Collegii Ordinis Jacobæi indicat, tunc ſeparatos non fuiſſe Uclenſes à Legionenſibus, ut jam retulimus; poſtquam verò è Complutenſi ad Salmanticenſem Univerſitatę Uclenſes reverſi fuere, abſdubio ſeparatis in domibus morarunt, ut conſtat ex eo, quod in ſtabiliment. Jacobæi Ordinis de *ann.* 1555. *tit. de los Colegios cap.* 3. decretum invenitur fieri domum capacem ad

hoc, ut inhabitent utriuſque Collegii Uclenſis, & Legionenſis Collegæ, ea addita ratione, videlicet, quod contra rationem humanioris equitatis, & fraternitatis eſſe videbatur, ut ejuſdem Ordinis alumni, diverſis in domibus habitarent.

68 Hoc ipſum conſtat ex conſtitutionibus per Carolum V. Imperatorem Collegio Jacobæo Salmantino tranſmiſsis, datiſque Valliſoleti *menſe Maii ann.* 1554. quæ aſſervantur in Archivo Collegii, quarum in principio Imperator refert de conſenſu Capituli generalis Ordinis Jacobæi Matriti illius juſſu congregati, & initiati *ann.* 1551. proſequutique Pincię *dicto ann.* 1554. juſſum ab ipſomet fuiſſe, ut Collegæ Salmantini, qui pro tunc ſeparati erant diverſis domibus inhabitantes, unirentur in Collegio, quod expenſis utriuſque Conventus Uclenſis, & Legionenſis extrueretur. Similiterque decretum fuit, ut dum Collegium ædificaretur, domus ſufficiens ad utriuſque Collegii alumnorum habitationem locaretur, & antiquæ domus venderentur pro novi Collegii ædificandi expenſis. Idem fere *in cap.* 3. *tit. de los Colegios*, ſtabiliment. 1555. Hoc autem executioni mandatum conſtat, locata *anno* 1556. domo *Pinciano Fernan Nuñez*, noſtri Ordinis Jacobæi Equiti, Greçæque linguę Salmantini anteceſſorii (ob quæ vulgò Commendator Græcus nuncupatus) quæ tunc erat Portionarii cujuſdam, Salmanticenſis Eccleſię, cognomine *Barriga*, ſitaque in calle nuncupata *de ſetemil*. Etenim hãc domum per aliud decenium locatam *ann.* 1566. liquet ex actorum Capitularium Collegi dicti anni libro *fol.* 3. *atergo*; etſi utriuſque domus Legionenſis, & Uclenſis Collegas ſub obedientia unius Rectoris vixiſſe, uſque ad *annum* 1562. non conſtet, immo contrarium ex Regali ſchedula *data* 5. *Julii prædicti anni* (quę aſſervatur in Archivo Collegii) in qua jubetur, ut ſtatim (forſam aliqua unionem hanc remorarunt) utriuſque Collegii Uclenſis, & Legionenſis uniantur alumni, & ſub unius Rectoris obedientia ſint; quod effectum conſtat illicò ipſomet menſe Julii, ex pleriſque monumentis, quæ in prædicto Collegii Archivo extant; & quod procedente tempore, ſituque, ac domibus, pleriſque emptis executioni mandata fuerit Regia Domus, quę hodie cernitur: ſed prædictorum monumentorum mentionem ſpeciatim facere ociosum eſt, cum pro refutando prædicto ſcriptore evidenter ſufficiant allata ex ſtabilimentis, aliiſque prælo commiſsis libris, quorum cuique copia eſt.

69 Quibus omnibus poſsitis, ut promiſsis ſtemus, & liqueat amplius ex Collegarum Salmantini Jacobæi ante *annum* 1560. jam unius, jam utriuſque ſodalitii (juxta dicta) relatione, quæ hucuſque diximus, en illorum, non omnium, ſed aliquorum indicem: D. Joannes Muñoz, Collega per *ann.* 1506. Prior Uclenſis per *ann.* 1538.

Magiſter D. Didacus Cabranes, de quo jam iterata mentio, ex ejus operis, & Biblioth. Hiſp. D. Nicolai Antonii.

Illuſtriſsimus D. Martinus Perez de Ayala, Collega per *ann.* 1528. pluribus Epiſcopalibus infulis ornatus, & à Carolo V. ter Concilio Tridentino adeſſe juſus, ut interfuit cum illo alio Jacobęi Ordinis in Legionenſi S. Marci Conventu profeſſo Canonico, Doctore celeberrimo Benedicto Arias Montano, cujus gratiſsima ſemper memoria, famaque perennis in Regiæ Bibliorum impreſsionis opere, aliorumque operum editionibus. Hujus tamen mentionem occaſionaliter fecimus, non ut inter Collegas illum recenſeamus, cum, & de hoc non ſatis liquido conſtet, & aliunde Ordinem, jam egregius Doctor cum eſſet, profeſſus fuerit; ſed utriuſque Ayala, & Arię Montani eximia facinora in ſeſsio-

ni-

nibus Concil. Trident. pleriſque patrata conſulto omittenda, cum laxiore egeant calamo.

Magiſter D. Bartholomæus Isla, (*aliàs Hernando*) Uclenſis Collega per *ann.* 1527. illuſtravit erudito Commentario Regulam Ordinis S. Jacobi: de quo mentio in Biblioth. Hiſp. in Anonimis fit.

Doct. D. Joannes Lopez de la Quadra, Venerabilis (adhuc vivens) nominatus Legionenſis Caroli V. Cappellanus per *ann.* 1534. & ob ejus eximiam virtutem, ac ſcientiam, & eruditionem Præpoſitus educationi Reginæ Mariæ de Auſtria, ejuſdem Caroli V. Sororis.

D. Petrus Garcia, Collega per *ann.* 1510. Prior Uclenſis 1541.

D. Franciſcus Martinez Regañon; Collega per *ann.* 1517. eximiæ virtutis vir; Prior Uclenſis 1544. vid. Mota *in Catalog. Magiſtror. in fine.*

Doct. D. Alphonſus Marquina; Collega per *ann.* 1520. *ann.* 1551. præfuit, ut Prior Uclenſis, Capitulo generali Jacobæi Ordinis: & hujus Breviarium, tunc à Romano diverſum ordinavit.

Doct. D. Andreas de Luzon; Uclenſis Collega per *ann.* 1525. typis dedit commiſſum ejus Curæ reformationis Ordinis librum: de illo mentio apud D. Maurum Caſtell Ferrer (ipſius propinquum) *in Hiſtor. D. Jacob. lib.* 4. *cap.* 1. *circa fin.*

D. Petrus Carolus, Uclenſis Collega per *ann.* 1537. Prior Uclenſis 1553. Epiſcopus Gerundenſis, 1554. Hic cum Magiſtro Medina correxit ex præſcripto S. Inquiſitionis Officii opera Joann. Fero *in Evangel. Math. & Joann.* ut typis mandarentur Hiſpaniæ.

D. Julianus Ramirez, Collega 1540. Prior Uclenſis 1556. Epiſcopus Accitanus.

D. Franciſcus Abrego, prioris contemporaneus; Prior Uclenſis 1565. Epiſcopus de Panamà.

D. Petrus de Peña Carrillo; Collega 1560. Prior Uclenſis ipſius opera manuſcripta ſuper Pſalmos aſſervantur in Uclenſi Conventu.

Illuſtriſsimus D. Didacus de Aponte Quiñones; Collega per *ann.* 1556. Prior Uclenſis 1586. Epiſcopus Ovetenſis, & electus Malacitanus; Viſitator Regii Ordinum Conſili: ordinavit rituale Divinorũ Officiorum pro Eccleſia Ovetenſi: in fine ritualis refertur portentum ibi per Deum precibus Epiſcopi operatum cum Canonico Ovetenſi.

Illuſtriſsimus D. Antonius de Morales & Molina, Legionenſis Collega per *ann.* 1554. Epiſcopus de Mechoacan 1566. & promotus Angelopolitanus 1572. vide Biblioth. Hiſpan. Athanaſ. de Lobera, *grandezas de Leon cap.* 8. Mota *lib.* 4. *cap.* 2. *n.* 30.

D. Didacus de Tapia Aldana, Uclenſis Collega per *ann.* 1557. typis mandavit eximiæ eruditionis librum à ſe compoſitum, cui titulus *Philemon, ſeu tractatus de triplici bono.*

D. Bartholomeus Perez, Legionenſis, Epiſcopus de Tunez, obiit *ann.* 1578.

D. Joannes de Artiaga, & Avendaño, Legionenſis, primus Epiſcopus de Chiapa 1541. Mendo. *diſq.* 9. *q.* 1. *f.* 279.

D. Petrus Fernandez de Ludeña, Legionenſis, Abbas de Arbas. 1549.

D. Alphonſus Martinez de la Torre, Uclenſis Collega per *ann.* 1559 Prior Uclenſis 1587. Epiſcopus Ovetenſis. 1602.

Magiſter D. Alphonſus de Negrete, Legionenſis, Archidiaconus Mexicanæ Eccleſiæ, obiit 1573.

Melchior de S. Martin. Legionenſis Collega per *ann.* 1537. Procurator in Romana Curia: de quo Doct. Navarr. *in apolog. de redit. Eccleſ. monit.* 27. ita: *Et in urbe reverendus admodum Licentiatus Sãmartinus de Carbajal, vir prudentiſsimus, &c.*

Illuſtriſsimus D. Lazarus Garcia Carraſco; Uclenſis Collega per *ann.* 1538.

1538. Epiſcopus de Nicaraguas *ann.* 1565. Kalend. Uclenſis Conventus *die* 24. *Novembris.*

70 Auditores prædicti, ut ait D. Salazar *dict. n.* 8. aliud obſtaculum oppoſuerunt Religioſis Clericis, dicentes in hunc modum: *que los Religioſos no ſon de las Ordenes Militares, ò parte de ellas.* Hæc propoſitio pœnitus denotat parum, aut nihil verſatos eſſe in Bullis confirmationis horum Ordinum, in Bullariis eorum, in ſtatutis, & diffinitionibus, quibus reguntur, in conſuetudine, & praxi per antiqua, qua in omnibus actibus Ordinum Clerici concurrunt ſimul cum Fratribus Equitibus peragendis, jam Viſitationum generalium, jam in faciendo informationes ad habitum Equitum, & ad eos recipiendos ad habitum, & aliis ſimilibus; & nota dignum eſt diſcrimen in favorem Clericorum harum Militiarum, quod ipſi per ſe ſolos gerunt ſuos proprios actus; quin in illis ſe immiſceant Fratres Milites, nec poſsint immiſceri; at vero in ſuis, prædicti Fratres Clerici ſemper cum illis concurrunt, & ſemper illis ſolis committuntur profeſsiones, & inveſtituræ Commendarum tanquam perſonis, & individuis ſuorum Ordinum; & iidem auditores, qui prędicta conſuluerunt, multa hæc geſiſſe, & expediiſſe cenſendum eſt; ergo temerè, & ſine ulla ratione conſuluiſſe, credendum eſt.

71 Sed ad convincendam prædictam propoſitionem exeant Bullæ; & in primis ea Alexandri III. confirmationis noſtri Ordinis pluries citata in Bullario *fol.* 13. ubi inquit *Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Petro Fernandi Magiſtro Militiæ Sancti Jacobi, ejuſque Fratribus Clericis, & Laicis, tam preſentibus, quam futuris, &c.* Ubi nota, quod in primo loco vocantur Clerici, & in ſecundo Laici Fratres, & tam unos, quam alios ſub protectione Sedis Apoſtolicę, ut filios ſpeciales recipit; & ſic paſsim per totum Bullarium videbis alias quam plurimas Bullas hujus tenoris; & ſi hoc ſat non eſt, vide Regulam S. Jacobi *cap.* 33. *cum tribus ſequentibus*: ubi pro Fratribus Clericis ſtatuitur, quid facere debeant in Ordine: unde ſic Regula comprehendit Fratres Clericos, ſicut Fratres Milites: quia hi illis ſe conjunxerunt, ut dicitur in prologo ipſius Regulę, adjiciendo iſtam Regulę S. Auguſtini, quam profitebantur Canonici Regulares. Qua ergo fronte dici poteſt Fratres Clericos harum Militiarum non eſſe partes, & membra ipſarum? ſed audias præcor pro multis noſtrum Ramirez, & Mota à nobis citatos *p.* 1. *tract.* 1. *q.* 4. *n.* 17. *&* 18. *& tract.* 7. *q.* 2. *n.* 16. & 17. ubi uſque ad finem probamus Clericos, & Laicos Fratres unum genus Religionis conſtituere, communemque vitam profitentes ſub Regulis S. Ja- Jacobi, & D. Auguſtini, quas mutuò receperunt, & ſub quibus hic Ordo fuit confirmatus: & licèt *n.* 19. ejuſdem quæſtionis dubium circa hoc reliquimus decidendum; tamen hic neceſſe eſt pro ſolutione prædictę objectiunculæ alios Ordines, nempè, Calatravenſem, Alcantarenſem, & Monteſianum, æquè componi, tam de Clericis, quam de Laicis Fratribus, unumque corpus conſtituere; & minimè per concommitantiam haberi Clericos Fratres cum Equitibus Laicis earundem Militiarum, ut ex ſequentibus apparebit.

72 In primis Ordo Calatravenſis à ſuis primordiis originem ſumpſit à Beato Raimundo Abbate Fiteri, qui Canonicus fuit Tarraconenſis cum recepit habitum Ciſtercienſ. & Didaco Velaſquio, Laico Milite, ut patet ex fundatione hujus Ordinis in diffinitionibus *fol.* 3. & 4. ex quo patet à Clerico fundatum eſſe cum adjutore Laico: & certum eſt ſimiliter propagaſſe ſuum Ordinem, tam ex Clericis, quam Laicis, utpotè duo brachia neceſſaria ad firmitatem cujuſcumque Religioſæ Mi-

litiæ, ut ait D. Salazar *dict. tract. n.* 37. ubi inquit: *Los Freiles Clerigos ſon tan principal, y tan preciſa parte de las Milicias, que ſin ellos no ſerian Religiones: ſin ellos ſe perderia en las Ordenes el exercicio de la juriſdicion Eccleſiaſtica, y Eſpiritual.* Et quis non videbit catervam privilegiorum Apoſtolicorum huic Ordini conceſſorum, in quibus Summi Præſules æquè, & ſine ulla diſtinctione comprehendunt Fratres Milites, non ſolum Laicos, verum etiam Clericos? tot ſunt, & tam innumerabilia, quòd vix poterit quis enumerare: videatur Bullar. ejuſd. Ordin. & ad ſatietatem inveniet objectionem propoſitam voluntariè fuiſſe prolatam.

73 Ordo vero Alcantarenſis, licet à Suero Laico in ratione Militiæ initium trahat, deſumpta ejus fundatione à Sancto Juliano de Pereiro, ubi fortitudinem adſtruxit ad Mauros reppellendos, & ibi congregationem fecit, & conſtitutiones ordinavit, quæ fuerunt approbatæ à D. Hordoño Monacho Ciſtercienſi, Epiſcopo Salmantino (quia tunc temporis Epiſcopi poterant approbare) & ab eo recipiſſent Regulam D. Auguſtini, & conſtitutiones Ciſtercienſium *anno* 1156. conſtat ex plurimis monumentis non ſolum recipiſſe Laicos, verum etiam Clericos: expreſsè ſunt Bullæ Innoc. III. & Gregor. VIII. quæ in Bullario prædicti Ordinis reperiuntur; & ſic paſsim per totum Bullarium jacent tot innumera privilegia, quę de omnibus Clericis, & Laicis Militibus loquuntur; etiam antequàm donata fuiſſet ab Ordine Calatravenſi Villa, & Caſtellum Alcantarenſe cum ſuis pertinentiis prędicto Ordini *anno* 1218. nam ex poſt facto nemo poteſt dubitare, quin Clerici, & Equites unum corpus conſtituebant, & in communi vivebant, ut in Ordine Calatravenſi ſolitum erat: ergo in dubium vertere hanc materiam non ſolum falſum, verum etiam diſſonum, & à ratione alienum debet reputari. Sed hic obitèr notandum eſt, quod non ita compertum reputari debet inclitam Militiam Calatravenſem eſſe antiquiorem, & matrem hujus Equeſtris Ordinis, licet plures id affirmant: nam hic *anno* 1151. Prior Suerus S. Julianni *anno* 1151. ædificavit prędictam turrem in eo loco, & ante *annn.* 1156. jam occupaverat Caſtellum Luſitanum *de Almeida* à Mauris detemptum. Et prędicto *anno* 1156. fuit orta Militia Religioſa: cumque donatio facta fuiſſet Beato Raimundo à Sancto Rege *anno* 1158. & Ordo Calatravenſis fuiſſet confirmatus *anno* 1164. non video unde deducta ſit major hujus antiquitas, & maternitas; ſed quia plures illud aſſerunt, non audeo contra eos ire: itaque unaquæque Militia in ſua probabilitate maneat.

74 In Ordine vero Monteſiano eſſe equales Clericos, & Laicos in omnibus actibus, & proventibus prędictę Militię, præter Commendam majorem, & clavariam, conſtat ex teſtibus omni fide dignis, ut domeſticis, qui de hoc teſtantur: eſt ergo primus ille vir aprimè doctus Doct. Frater Hippolyt. de S. Ped. *Monteſa iluſtrada I. p. art.* 3. *n.* 143. ubi politicè loquendo ait: *Ha ſido ſiempre tanta la eſtimacion con que los Freiles Clerigos hemos ſido tratados de nueſtros cariſsimos Hermanos los Caballeros, que deſde el principio de la Orden nos han igualado en todo con mas vizarria, que en ninguna otra Orden Militar, pues en aquellos primeros años que ò no eſtaban formados los Prioratos, ò habia pocos, nos daban las Encomiendas.* Hæc ille. Secundus vero, qui ejuſdem magnę notę ſedem occupat *in prædict. tract. capacit. Cleric. Militar. ad Senaturas Conſilii Ordinum fol.* 110. *n.* 46. inquit: *En la Orden de Monteſa los Freiles Clerigos ſon iguales à los Freiles Caballeros en voto, y aſsiento. No tienen entre sì otra preferencia, que la que cauſa la antiguedad del habito, excepto con el Comendador mayor, y Clavero, qui ſiempre tuvieron lugar preeminente:* & proſequi-

tur adducens plura exemplaria Commendatorum Clericorum, locum tenentium, Procuratorum generalium, Caſtellanorum, & quod magis eſt, Judicum in cauſis criminalibus. Videndus ipſe *loc. citat.* ubi plura ſcitu digna congerit, ad probandum Clericos horum Ordinum eſſe partes principales ipſorum: & ego addo quod ſi non omnes duodecim, ſaltim plures ex illis, qui referuntur in ſcriptura authentica, quę ſervatur in Archivo Monteſę, celebrata *die* 26. *Decemb. anno* 1323. & Clerici fuerũt Fundatores prędictæ Militiæ Monteſianę; cum per ſcripturam relatam noviter ſtabilierunt Magiſtrum Fr. D. Arnaldum Soler ut poſſet confirmare privilegia Vaſſalorum ſui Ordinis. Tradit Samper *d. tract. p.* 1. *art.* 3. *n.* 142. & poſt enumerationem ipſorum Fundatorum addit verbum *Præsbyteros*. Sed quidquid ſit an omnes fuerint Præsbyteri? an duo tantum, ut voluit Samper (quod difficultate non caret) certum eſt Clericos fuiſſe Fundatores: quod ad aſſumptum noſtrum ſat eſt: ergo objectio oppoſita nullius momenti eſt.

75 Sed amplius convincenda venit ex eo, quod, quis negavit Clericos Hoſpitalarios S. Joannis à Deo eſſe membra ejuſdem ſacrę Religionis? licet in eo inſtituto Hoſpitalitatis non exerceantur; ſed tantum ad adminiſtranda Sacramenta, celebranda ſacrificia, & ad cœtera ſpiritualia curanda. Quis enim negavit Fratres Laicos Dominicanos eſſe partes, & membra ipſius Religionis Prædicatorum, licet ipſi Fratres Laici in ipſo inſtituto prædicationis non verſentur, ſed ad alia munera ſervitii recipiantur? Certè nemo negavit: ergo licet Fratres Clerici reciperentur tantum ad ſpiritualia miniſtranda, & ad canendum in choro, gratias Deo effundendo, & ſuplices lacrymas pro victoriis Militum contra Sarracenos: quid inſterſt? ut ex eo dici poſſet eos non eſſe partes Militiarum? Sed quod non ſolum ad hæc munera ſubeunda recepti fuerint Clerici horum Ordinum, jam oſtendimus variis in locis, Militeſquè appellari contra P. Mend. primùm, *p.* 1. *tract.* 7. *q.* 2. *à n.* 26. *uſquè ad* 37. incluſivè, ubi latè fundavimus: & expreſsè trahitur à Rad. de Andrad. *cap.* 3. *chronic. Galatravenſ. fol.* 7. ubi ait: *Antiguamentè todos, aſsi Legos, como Clerigos reſidian en el Convento de la Orden haſta ſer encomendados, y aſsiſtian en el Coro à las horas, y quando tenian guerra, aſsi Clerigos, como Legos peleaban contra los Moros, como ſe vè en algunas Bulas, en que el Papa diſpensò con Clerigos, diciendo, que aunq̃ les era licito pelear por defenſion de ſus perſonas, y hacienda, como ſiempre lo habiã uſado: porque tenian eſcrupulo ſi habian peleado ofendiendo*; ad cautelam *diſpenſabà con ellos en la irregularidad.* Ergo prædicti Fratres Clerici ſimul cum Equitibus non ſolum in Choro canebant, verum etiam ſimul militabant: nam, ut diximus cùm Illmo. Ocampo *dict. p.* 1. *tract.* 7. *q.* 2. *n.* 16. & 17. Milites erant, & in Militia ſe exercebant. Sed quid immoramur in hoc ſuadendo, cum ex vivæ vocis oraculo ſummorum Pontificum clarè vocantur Milites, tam Clerici, quam Laici? ut videre eſt *p.* 1. *tract.* 7. *q.* 2. *n.* 29. & *q.* 4. *num.* 4.

76 Sed inquiramus, qua ratione fortè nixi prædicti ſingulares auditores aſſeruerint nos non eſſe partes Militiarum? & certè nullam invenimus, niſi eam generalem prohibitionem, quæ in jure expreſsè cavetur *cap. eos, qui* 20. *q.* 3. *cap. Clerici*, *cap. quicumque ex Clericis* 23. *q.* 8. ne Clerici, vel Religioſi bellare poſsint, ex fundamentis adductis à D. Thom. *q.* 40. *art.* 2. & aliis AA. traditis *à curſ. Salmantic. Theolog. Moral. tom.* 5. *tract.* 21. *cap.* 8. *punct.* 3. §. 3. *n.* 40. ſed cum perſepè Regulæ generales ſuas limitationes habeant, pro ſolutione hujus Regulæ univerſalis apponam aliud dubium: an aliquando liceat Clericis, & Religioſis propria manu pugnare? Et pro hoc reſolvendo

du-

dubio aſſero: quòd non ſolum poſſunt pugnare, immo, & debent, quando bonum commune fidei, & Patriæ in gravi periculo conſtituitur; & cum ad id impelat pietas, vel Religio, ut aſſerunt Bonac. *diſp. 2. de reſtitut. q. ult. ſect. 2. punct. 12. §. 14.* Suar. *de bello diſp. 13. ſect. 3. n. 9.* Prad. *cap. 15. q. 8. §. 3. n. 22.* P. Molin. *diſp. 108.* Coninch. *diſp. 13. dub. 6.* Caſtr. Pal. *tract. 6. diſp. 5. punct. 6. n. 7.* ex quorum doctrina ſequitur non ſolum Clericos, & Religioſos, verum etiam Epiſcopos, & Sacratiſsimos viros contra Mauros, Sarracenos, Hæreticos, alioſque fidei Chriſtianæ hoſtes licitè, & ſanctè exercitibus præeſſe; verba ſunt *dict. curſ. Moral. loco citat. n. 41.* ubi ennumerat Archiepiſcopum Toletanum Rodericum, & Emminentiſsimum Cardinalem Ciſneros contra Mauros, & venerabilem Dominicum à Jeſu Maria contra Palatinum, alioſque Hæreticos. Si ergo illę Sacratiſsimæ perſonæ tantum ex pietate, & zelo Religionis præfuerunt exercitibus? quid dicendum videtur de illis, qui pro inſtituto, & profeſsione tenentur decertare contra Mauros, & Sarracenos? quare ergo ſi illi abſque metu irregularitatis decertarunt, negandum venit Clericos Militares pugnaſſe, & eſſe membra Militiarum: ergo dicendum eſt coruere prædictam objectionem.

77 Urget amplius in comprobationem hujus aſſumpti *l. 52. tit. 6. part. 1.* qua cavetur Epiſcopos teneri in bello Reges comitari, per hæc verba, *deben ir en hueſte con el Rey, ò con aquel, que embiare en ſu lugar, contra los enemigos de la Fè.* Cui alludit illud Imperatoris Valentis reſcriptum, quo ſtatuit Monachos ad Militiam invitos accingi, ut ait Nicephor. *lib. 11. Eccleſiaſt. hiſtor. cap. 7.* Paul. Oroſc. *lib. 7. hiſtor. Eccleſ. cap. 37.* Gregor. Turon. *hiſtor. francor. lib. 1. cap. 41.* quod intelligendum eſt in fidei defenſionem. Itaque vidimus à Summis Pontificibus Alexand. III. & Gregor. VIII. non ſolum probatam, ſed ſummè habitam belligerationem illam B. Raimundi Monachi Ciſtercienſis pro defenſione arcis *de Calatrava* adverſus Mauros, illiuſque præclara facinora à Summis Pontificibus valdè commendata; & in ejus piam memoriam inſtitutam fuiſſe Religioſam Militiam Calatravenſem. Camill. Borrell. *de præſtant. Reg. Catholic. cap. 64. n. 24.* unde adverſus inimicos Eccleſiæ in ejuſque protellandam fidem bellare licere ſacratiſsimas perſonas, tenet Araujo 2. 2. *q. 40. art. 2. tract. 2. reſolut. 5.* quarum mentio fit à D. Petr. Gonz. de Salced. *theatr. honor. l. 16. tit. 1. lib. 4. recopil. gloſſ. 22. n. 35.* ubi *à n. 26.* refert plura exępla ſacrę Scripturæ, nempe Sacerdotis Matathiæ 1. *Machabeor. cap. 2.* & filii ejus, Judæ, qui pro Religione judaica quam plurima patravit facinora, ut patet ex *cap. 25. numer.* patet etiam 1. *Reg. cap. 15.* à Samuele Sacerdote interfectum fuiſſe Agag Regem Amalechitarum. Magno etiam plauſu in Orbe chriſtiano egregia fuerunt habita facinora pro Religione, & Eccleſiæ ſtabilimento exercitabilis illius viri Cardinalis Gilii de Albernoz, Toletani Primatis, qui in Sydera uſque extollendus eſt, ut ęternitati vindicanda geſta, & conſiliata Epiſcoporum, & Sacerdotum, retundentium Maurorum ferocitatem à tempore Ubambæ, dum per chriſtianos graſſabantur Oraſi: ergo ſi hoc operatus eſt zelus Religioſus, quàto magis debeat exardeſcere animus inſtitutum Militare profitentium? Rogo, ut ſi tibi par eſt, judices ut objectioni reſpondeas.

78 Ex illa quoque, deducebant prædicti auditores incapacitatem Clericorum Fratrum manifeſtam gubernandi prædictas Militias, per hæc verbr: *y aſsi tienen incapacidad notoria de gobernarlas.* Quę quidem verba adducit D. Salaz. *dict. tract. n. 8.* & ſupponunt ad regendas prædictas Militias neceſſe eſſe Milites eſſe, militando ex profeſsione, & quod Senatores in

Con-

Consilio Ordinum sint Gubernatores Militiarum ; ex quo supposito hoc efformo argumentum: vel Clerici Fratres harum Militiarum capaces sunt regendi Senaturas ; vel Milites non sunt: sed ut jam probatum est, Milites reputantur, & sibi non repugnat militare: immo, ex sua professione certare tenentur contra Sarracenos: ergo capaces sunt; consequentia verissima est, & infertur ex præmissis. Deinde, & si Gubernatores sint, non probatur incapacitas : nam ex Fratribus Clericis in vacatione Magistratus Ordinis D. Jacobi Priores ipsorum interim gubernabant totâ Militiam, usquedum novus Magister crearetur; Visitatoresque Consilii Ordinum fuerunt plures Fratres Clerici harum Militiarum; in Ordine vero Montesiano, ut jam vidimus, quam multi fuerunt locum tenentes ex ipsis Clericis Fratribus ; sed locum tenentes Ordinem gubernabant nomine Magistri: ergo fuerunt capaces Ordines regendi ; & gubernandi : ac per consequens oppositum objectionis præfatæ manet probatum, frustraque objectionem propositam offendere Fratres Clericos.

79 Non ideò cessat opugnatio prędictorum auditorum negantium posse Fratres Clericos præferre Fratribus Equitibus in Consilio per hæc verba: *Que siendo Religiosos, no pueden preferir à los Caballeros ; y estando en el numero de los Consejeros, los preferirán.* Materia tangitur, quæ cum sit per se odiosa, potius videtur cedere in comptentum status Clericorum Religiosorum, quam in ratione fundari: nam ut cum Plutarcho *in lib. de comm. septem sapientium non enim curandum est quo loco, aut post quos collocemur, sed ut quibus adsidemus cum iis nobis bene conveniat.* huic respondendum venit in ipso idiomate vulgari à D. Salazar *n. 49. sui tract. de capacit.* dicente: *Que es nudo tan facil de desatar como los otros, porque ni conviene à la presente disputa, ni ay, ni puede haber alguna razon de duda en la preferencia. Los Consejeros de Ordenes, y aun el Presidente, tienen solo lugar fijo en el Consejo, el uno invariable, y preferente ; y los otros regulados por su antiguedad de Juramento : pero fuera del Tribunal, en Capitulos, ò Congregaciones de Orden, aunque no dexan de ser Consejeros, como no estan en acto, y exercicio de tales, no tienen otro assiento que el de su anciania en la Orden, si son professos : y si son novicios, deben ser preferidos por los Freiles Clerigos Priores formados, segun la difinicion del ultimo Capitulo general, yà citada.* Ex hac litterali contextura clarè infertur quam plurima juridica principia vertisse prædictum sapientissimum Authorem. Inquit enim facilè nudum dissolvi, & rectè: quia supposito, quod omnes congressus, tam Ecclesiastici, quam Seculares habent speciales ordinationes regulandi precedentiam, alii à tempore gratiæ, alii à tempore possessionis, seù juramenti, alii à gradibus sacrorum Ordinum, ut docet Barbos. *de Canon. & Dignitat. cap. 18. per tot.* ubi latè disputat hanc quęstionem; omissis opinionibus, quæ in hac materia interfuerint: certum, & evidens est, in Senatu Ordinum solere regulari præcedentiam ab antiquitate jurandi Senaturam.

80 Similiter etiam constans est, quòd extra prædictum Tribunal, veluti in Capitulis, seù Congregationibus Ordinum, solum habent præfati Senatores, si professi sint, sedem, quæ eis contingit secundum antiquitatem habitus; etsi Novitii post Priores formatos in Ordine Calatravensi sedent : in Ordine Jacobæo non solum novitii, verum etiam professi; & quod magis est, omnes Commendatores etiam majores præcessi sunt à Prioribus Uclensi, & Legionensi, qui adstant Capitulis voce, & nomine Fratrum Clericorum : ergo si in Capitulis, & Congregationibus Ordinum præferunt Clerici modo dicto; quid obest ut ipsi Fratres Clerici præferant

in

in Regali Conſilio juxta antiquitatem ſuam; cum non ut Fratres Clerici, ſed ut Senatores interſint in actibus, & exercitiis illius Conſilii? certè nihil: nam in Conſilio Ordinum emeritus gratiæ Regiæ Majeſtatis occupat locum in eo à tempore juramenti; & non repugnat, quod qui prius meruerit à Rege honorari, prius ſedeat in eo congreſſu. Itaque accidit, quod qui aliàs ob excellentiorem Dignitatem in omnibus actibus ſemper præferret, ut eſt Epiſcopus inter Canonicos, & Auditores, ſi ipſe fuerit Canonicus, aut auditor Rotæ locum occupat tantum antiquitatis ſuæ in Cathedralibus, & in Rota. Aliud exemplum tactum eſt à D. Salazar *ubi ſup.* in iiſdem Senatoribus, cum in Capitulo generali concurrunt. Et in noſtra Academia Salmantina, licet Sacerdos ob ſuam Dignitatem ſemper debeat Laicis præcedere, quicumque præcedit juxta antiquitatem gradus in omibus actibus Academicis: ergo inconveniens appoſitum nihil officit; ac per conſequens, quid dedecoris, quidvè honoris amittunt prædicti Senatores in ſervanda cum Fratribus Clericis antiquitate Senaturę? perdit etenim aliquid Epiſcopus ſuæ dignitatis in eo, quod ſedeat, ut Canonicus? nec Præsbyter, ut Laicus eum præferat? minime: quia à Rege honoratus non ingreditur ibi, niſi ut Senator: quemadmodum intrar Senator in Capitulo non ut talis, ſed juxta ſuam antiquitatem locum occupans, quin in aliquo officiat Senaturæ.

81 Sed adhuc magis adęquate reſponderi valet, quippè Regula præcedentiæ deſumenda eſt à tempore habitus receptionis in quacumque Religione: ſed in Ordine Jacobæo *tit.* 4. *ſtabiliment.* §. *luego.* decernitur: quid facere debeat Novitius poſt receptionem habitus: & concludit prædictum ſtabilimentum, quod qui ei dediſſet habitum, illi dicat. *Que donde quiera que ſe hallare con otros Caballeros, y Religioſos de la Orden, ha de ſer en los aſsientos, y en todo lo demàs el poſtrero, haſta tanto que venga otro à quien èl preceda. Et in tit.* 10. *cap.* 5. ubi agitur de modo, & forma, qua in Capitulo generali ſedere debent Capitulares, ait. *Y los Priores, Comendadores mayores, y Treces, y los otros Comendadores, Caballeros, y Freiles à los lados en dos coros de aſsientos, teniendo veſtidos los dichos Priores, y Comendadores mayores, y Treces capas de Coro negras, y ſus virretes en las cabezas, y los demàs Comendadores, y Caballeros con ſus Mantos blancos, y los Freiles Clerigos con ſus ſobrepellices, cada uño en el lugar, que por ſu anciania le perteneciere; ſalvo, que los Priores, Comendadores mayores, Treces, y Encomiendas han de preceder à los otros aunque menos antiguos ſean, &c.* Et hæc forma ſedendi in Capitulis generalibus ſervata eſt ab initio Ordinis noſtri, uſque ad Capitulum generale celebratum Toleti *ann.* 1560. in quo ſtatutum eſt Fratres Clericos ſeorſim ſedere cuſtodiendo antiquitatem inter ſe, Præſule eorum adſtante Priore Jacobæo Hiſpalenſi, collocato ſtallo in cornu Evangelii, & Pręsbyterio, ubi inſedere ſolent Epiſcopi, dum in Sacello Regio adſunt noſtri Sereniſsi Reges; ut decrevit *ann.* 1652. noſter Philippus IV. pro Ordine Alcantarenſi, ut conſtat ex diffinit. *tit.* 1. *cap.* 2. *fol.* 72. In Ordine vero Calatravenſi, licet diffinitiones deſcribunt formam ſervandam in ſedendo, & vovendo. *tit.* 1. *cap.* 5. *fol.* 211. *& cap.* 8. *fol.* 216. nihil agunt de ſeparatione Clericorum, & Laicorum: immo ſupponunt permixtim ſedere, & vovere in loco illis præfixo, de quo ibi: ergo ſi Prior Calatravenſis cum Sacriſta majore, Prioribus formatis, & Regiis Cappellánis inſedent, & vovent juxta ſuam antiquitatem cum Equitibus immixti: cur tam variè in aliis Ordinibus ſancitum eſt?

82 Unum enim obiter omittere non valeo in hac varietate, ſcilicet quam plura mala, & inconvenientia redun-

dundare in non obſervanda antiquitate, quam quiſque adquiſivit per receptionem habitus, in ſedendo, loquendo, & ambulando. Nam hæc potiſsimum oriuntur, nempe, vel non judicari membra Fratres Clericos harum Militiarum, vel votum non habere in Capitulo, vel denique habitum illorum diſparem eſſe ab habitu Equitum Religioſorum, & ſic jam vidimus negari Milites eſſe; & cras forte negabitur unum corpus cõſtituere cum Equitibus Fratribus, cum Clerici ſegregatim ſuũ corpus conficiant in Capitulis generalibus. Nec invenio cauſam, qua moti fuerunt Capitulares prędicti Capituli *ann.* 1560. ad ſegregandos Clericos ab Equitibus, cum antea par conjuncti congregabantur, ſervata ſimul antiquitate uniuſcujuſque. Si ergo illa ratione moti fuerunt: quia antea vivebant in communi, & tunc jam Fratres Clerici, & Laici erant ſeparati, & unuſquiſq; ex his in ſua domo degebat cum uxoribus, & liberis, non ideo ſcindi poteſt judicari hoc corpus mixtum Militiarum, nec ſeparari Clericos à Laicis: quia in eſſe Religionis adhuc iſti manent Religioſi, licet hac laxiori vita, ut tenent quam plurimi AA. Deinde ſi ratio motiva impullit prędictos Capitulares, ut ſegregationem ordinarent: quia non bene convenire intellexerunt ſuperpellicea miſceri cum amictis albis Laicorum, non fuit cur ſepararentur, cum ab unione, Clerici retinuerint ſuperpellicea, & cum illis in tot Capitulis concurriſſent permixtim cum Laicis. Prętęrquamquod erga Alcantarenſes ceſſat hæc ratio, quia habitus univocatur. Si vero, quia non conveniebat, quod Dignitas Sacerdotalis miſceretur cum ſtatu Laicali, non eſt inconveniens; ſi quidem, ut jam dictum eſt *in fin. n.* 72. non repugnat, quod in Congregationibus ſcholaſticis Laici præcedant eccleſiaſticis: ergo multo minus repugnabit in Congregationibus Religioſis, maxime, quando ab origine Ordinum hoc aſſuetum fuerit. Certe omnes novitates, etiam in melius cedant, vitari debent, inquit Tacit. *lib.* 15. *Annal. ſuper omnibus negotiis, melius atque rectius olim proviſum, & quæ convertuntur in deterius mutari.* Cui alludit illud P. noſtri Auguſt. *Epiſtol.* 118. ibi: *Ipſa mutatio conſuetudinis, etiam, quæ adjuvat utilitate, novitate perturbat.* Et rectè Juſt. Lipſ. *lib.* 4. *polit. cap.* 9. & *lib.* 6. *cap.* 3. refert poſt Dion. Caſ. *lib.* 52. ſaluberrimum Mœcenatis monitum ad Auguſtum. *Optimum eſſe inimicitias omnes, & ambitioſa certamina prorſus ſcindere, atque adeo, nec nomina nova, aut aliud quid permitere, ex quo poſsint oriri diſcordiæ.* Unde merito Bald. *in l.* 2. *de conſt. Princip.* invehit contra innovantes antiqua: ad rectum enim prudentię actum ſpectat à novitatibus abſtinere, cũ in regimine nihil odioſius ſit, quam ea immutare, quæ, antiquitas, ut honorifica, introduxit: tradit multis citatis Valenz. *conſil.* 52 *n.* 50. *& ſeq.* & maximè quando malũ diviſionis imminet, & quod charitas fraternalis decidat: quæ utique in quacũque Religione valde commendatur, & neceſſe eſt, ut ſervetur in bonum Religionis: quia virtus unita fortior.

83 Hæc (inquam) volui pertranſenam tangere: quia D. Salazar in ſua eruditiſsima reſponſione, ea non tetigit; & mihi videtur non parum conducere ad oſtendendam depreſionem, quæ curatur totis viribus, ſtatus Clericalis in his Militiis, quarum Religio in eo (ut nunc eſt) primo, & principaliter ſubſtinetur ab illis temporibus, quibus cœperunt laxari Regulæ pro Equitibus, ita ut in illis duntaxat Militia reputetur in poſsibilitate militandi, & ornandi pectora gemmis, illis circundato habitu, ſeù ſtegmate Ordinis: illa vero æqualitas, quæ in omnibus ſervabatur inter Clericos, & Laicos ab origine Ordinum, & multo poſt ex tunc converſa eſt in diſparem Societatem, Fraternitate pœnitus oblita, & ad famulatum redacta, adeo

ut

ut qui jurant, pro munere ſuo adjicere honoré omnibus individuis; dedecus, & abjectionem, majoris partis eorum fatagunt, negando Clericis capacitatem exercendi jam ſpiritualia, jam temporalia eorundem Ordinum per ſequentia verba, quæ tranſcribit prædictus D. Salaz. *n.* 42. *in fin.* ibi: *Que ſon incomprehenſibles, y inumerables los inconvenientes que nacen de la novedad de ſu aſsiſtencia al Conſejo, incluye conſequencias de eſpiritual daño, y ruina de los Fieles, conque ſe hace impoſsible, y repugnante ſu aſsiſtencia.* Loquendo de D. D. Ildephonſo de Torralva, & in ejus capite adverſus alteros Fratres Clericos, non ſolum ſui Ordinis; verum etiam aliorum, deſummenda eſt prædicta propoſitio, quæ involueret plura ſcrupuloſitate digna, ſi vera eſſet. Verum abunde ei reſpondet D. Salaz. rationibus efficaciſsimis *à n.* 43. & à nobis ex dictis manet plene ſatisfactum, & amplius ſatisfaciam comparans capacitatem, vel incapacitatem ipſorum cum capacitate, vel incapacitate Clericorum ad regenda ſpiritualia ſuorum Ordinũ, deducendo ex viſceribus Bullarum, & mente ſummorum Pontificum, qui ſint ex uno, & altero ſtatu capaces, vel incapaces, gubernandi, & exercendi res ſpirituales, & pure eccleſiaſticas. Sed exoro, notes, antequam incipiam confirmare: quot mala, quot damna, quæ vè ruina ſpiritualis fidelium conclamatur, ſi Fratres Clerici Senatores fierent præfati Conſilii, & qua fraternali charitate tranctantur.

84 Dixi ex Bullis, & mente Summorum Pontificum deducendam eſſe capacitatem, vel incapacitatem quare utique mihi viſum eſt omnes ad rem pertinẽtes litteraliter tranſcribere licet *à n.* 3. *uſq. ad* 7. *hujus quæſt.* maneant citatæ, ut inde facilius deducant lectores, ubi eſt incapacitas. Apponam ergo narrativas, & conceſsiones illarum, & ſic juncta litterali contextura, cum antea dictis, & hucuſque fundatis, certum fiet judicium, quid veritatis habeat propoſitio allata *in n. antecedent.* Sit enim prima Bulla Julii II. quæ vocatur ſuperioritatis, & incipit, *ex debito myniſterii Paſtoralis data Romę* 12. *Kalend. Junii ann.* 1509. *fol.* 456. *ſcript.* 2. Inquit vero in narrativa *n.* 2. *ejuſdem Bullæ.*

*JULIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI AD PERPETUAM REI MEMORIAM.*

*Ex debito, &c. Sanè pro parte chariſsimi in Chriſto filii noſtri Ferdinandi Aragonũ, & Siciliæ Regis illuſtris, qui Magiſtratus Militię S. Jacobi de Spatha, Ordinis S. Auguſtini perpetuus Adminiſtrator per Sedem Apoſtolicam deputatus exiſtit. Nobis nuper exibita petitio continebat, quod licet ipſe, & pro tempore exiſtens dictæ Militiæ Magiſter, ſeù illius Magiſtratus perpetuus Adminiſtrator caput dictę Militiæ exiſtat, & ad eum tanquam Generalem ſuperiorem rationabiliter ſpectare debeant ſuperioritas, correctio, dominium, & juriſdictio in omnia, & ſingula, Prioratus, Præceptorias, domos, Eccleſias, loca, Priores, Præceptores, Milites Fratres, Præsbyteros, & alias etiam fœminei ſexus Religioſas perſonas dictæ Militiæ, credaturque quod cum Magiſter dictæ Militiæ pro tempore exiſtens prima ejuſdem Militię perſona ſit, ſuperioritas hujuſmodi pro tempore exiſtenti ipſius Militiæ Magiſtro, tempore, quo ipſa Militia fundata fuit per ſpeciale privilegium Apoſtolicum conceſſa fuerit; tamen propter tanti temporis lapſum, aut aliàs de privilegio hujuſmodi non conſtet, poſsitque propterea inter Magiſtrum, ſeu Adminiſtratorem, & perſonas dictæ Militiæ controverſię, & diſſenſiones progreſſu temporum exoriri: verum ſi quod ipſe Ferdinandus Rex quoad vixerit, & dicti Magiſtratus Adminiſtrator fuerit, & deinde ſucceſſores ſui dictæ Militiæ Magiſtri, ſeu perpetui Adminiſtratores pro tempore exiſtentes in omnia, & ſingula, Prioratus, Præceptorias, domos, Eccleſias, &*

*lo-*

*loca, necnon Priores, Præceptores, Milites Fratres, Presbyteros, & alias etiam fœminei sexus Religiosas personas dictæ Militiæ, ipsamque universam Militiam omnimodam, & supremam in temporalibus per se ipsum*, & in spiritualibus per aliquã per eum pro tempore ad id eligendã,&ad ejus nutum amovendam ejusdem Militię personã idoneam *superioritatem, correctionem, dominium, jurisdictionem, & authoritatem gerere, & exercere possent, & deberent, statueretur, & ordinaretur. Profecto ex hoc oportunè conservationi jurium, & præeminentiarum dicti Magistratus consuleretur, ac controversiis, & dissensionibus hujusmodi obiaretur.* Hæc in narrativa : & prosequitur concessio in hunc modum *à n.* 4. prædict. Bull. *Nos igitur hujusmodi supplicationibus inclinati quod de cætero perpetuis futuris temporibus Ferdinandus Rex quoad vixerit, & dicti Magistratus Administrator fuerit, & deinde successores sui præfati in omnia, & singula, Prioratus, Præceptorias, domos, Ecclesias, & loca, necnon Priores, Præceptores, Milites, Fratres, Presbyteros, & alias etiam fœmineis sexus Religiosas personas dictæ Militię, ipsamque universam Militiam, omnimodam, & supremam in temporalibus per se ipsum*, & in spiritualibus per aliquam per eum pro tempore ad id eligendã, &ad ejus nutũ amovendam ejusdẽ Militiæ personam idoneam, *superioritatem, correctionem, dominium, jurisdictionem, & authoritatem gerere, & exercere possint, & debeant, authoritate Apostolica, & ex certa nostra scientia tenore præsentium statuimus, & ordinamus. Non obstantibus constitutionibus, &c.* Hæc eadem Bulla relata est *p.* 2. *tract.* 1. *quæst.* 1. *n.*14.

85 Ex præcibus, & gratia relatæ Bullæ duo veniunt notanda. Primum: *aliquam personam* hujus Militiæ peti,& cõcedi innumero singulari, non vero in plurali *aliquas personas*: & rectè, quia præoculis habuit prædictus D. Rex Catholicus, bene posse regi, & gubernari *in spiritualibus* in ministerio superioritatis per unicam personam, admodum quo aliæ Religiones gubernantur, licet latissimæ sint, per unicum Vicarium generalem.Causæ, & lites vastissimi territorii deciduntur, & determinantur ab unico Judice Ecclesiastico. Exemplum habemus in Judice Metropolitano Compostellano, qui residet in hac Urbe Salmantina, cujus jurisdictio comprehendit sex Ecclesias Cathedrales, & tot Episcopatus, nempe Salmanticensem, Zamorensem, Abulensem, Placentinum, Pacensem, & Civitatensem, cum pluribus Ecclesiis, Collegiatis, & innumeris beneficiis, & Ecclesiis Parochialibus, & tamen unus solus Judex expedit omnia negotia, quæ offeruntur majore celeritate, & fortè minoribus impensis, quam si in Consilio Ordinum expedirentur ob tantum numerum Judicum. Et quod magis est exemplum etiam habemus in Illustrissimo Nuntio Apostolico in his Regnis Hispaniæ, qui cum unico auditore omnes causas gubernii status regularis, & contentiosas in gradu appellationis,ac etiã innumerabiles status Ecclesiastici secularis totius Hispaniæ examinat, & decidit : ergo credendũ est ex illo cordatissimo judicio illius magnanimi Regis petitionem direxisse in singulari ad unicam constituendam personam ad spiritualia exercenda,non plures, idque concessisse summum Præsulem per illud verbum *aliquam personam.* Non ergo negamus prædictum Consilium eo tempore fuisse statutum : quod autem negamus, est, quod fuisset statutum, ut nunc est. Et progrediamur ad aliud verbum *personam idoneam.* Quod secundo est notandum continere magnum mysterium in arcano mentis ipsius Summi Pontificis: nam persona idonea est idem, ac persona digna, ut sensit Barbos. *sess.* 24. *cap.* 18. *n.* 169. *in collect. Concil.* cum multis, quos citat eo loco : sed quis dignus dicatur?nos docet Coball.

tes

*commun. contra commun. quæſt.* 629. quippe quod ſit injure, qui habet qualitates neceſſarias illi muneri, cui præficitur, cui conſonat Cobarruv. *in Reg. peccatum p.* 2. §. 7. *num.* 4. *verſic. Dignior.*

86 Quo ſuppoſito præmitamus etiam quod munus ſit Conſilii Ordinum in exercenda juriſdictione Eccleſiaſtica in territoriis Ordinum? id munus putandum cenſeo eſſe Vicarii generalis Magiſtri, vel D. Regis, ut Adminiſtratoris perpetui horum Ordinum; ſed Vicariis generales in Regnis Caſtellæ, & Legionis eſſe debent ſaltim in ſacris conſtituti ex conſtitut. Clem. VIII. quę incipit *Eccleſiaſtici Ordinis ſub die* 1. *Febr. ann.* 1601. quam approbavit, & confirmavit Urban. VIII. per aliam ſuam conſtit. incipientem *decet Romanum Pontificem ſub die* 16. *Decemb. ann.* 1623. quas allegat Auguſt. Barboſ. *de jur. Eccleſiaſt. lib.* 1. *cap.* 32. *n.* 54. ubi ex medulla dictarum Bullarum docet, *quod Vicarius generalis, ſeù Proviſor, aut Officialis alicujus Archiepiſcopi, vel Epiſcopi, aut alterius perſonæ juriſdictionem Eccleſiaſticam obtinentis in Regnis Caſtellæ, & Legionis, nullus poſt hac in perpetuum eſſe poteſt, qui, in aliquo ſaltem ex Ordinibus ſacris non fuerit conſtitutus, ita ut omnes; & ſingulæ deputationes, electiones, aſſumptiones, admiſſiones, & diſpenſationes ad hujuſmodi munera, aut aliquod illorum de quibuſvis perſonis in aliquo ſacro Ordine non conſtitutis, quandocumque, & per quoſcumque faciendæ, nullæ, & invalidæ, ac nullius roboris, & momenti ſint.* Et quod Senatores prædicti Conſilii, ut Vicarii generales, reputentur in rebus Eccleſiaſticis gerendis, patet: quia vices Magiſtri gerunt in juriſdictione, & judicio, *cap.* 1. *& 2. de offic. Vicar.* qui quidem appellantur miſsi dominici, aut miſsi ſimpliciter *cap. de parentela, & cap. ab iſto* 35. *q.* 7. *& cap.* 2. *junct. gloſſ. de Regular. cap.* 1. *de frigid. & malef.* & ipſi eliguntur à ſolo Epiſcopo, vel juriſdictionem quaſi Epiſcopalem habente, *cap. ea noſcitur.* ibi Hoſt. *de his, quæ fiunt à Prælat.* & licet jure antiquo ſatis erat Clericum primæ Tonſuræ eſſe, qui hoc munus poſſet exercere, Laicus neutiquam poterat ad id aſſummi *cap. in nova* 16. *quæſt.* 7. *cap. decernimus de judic.* Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcop. p.* 2. *allegat.* 54. *num.* 4. Valenzuel. *conſil.* 101. *num.* 67.

87 Ex præmiſsis clare conſequimur ex mente Summorum Pontificum neceſſarium eſſe Ordinem ſacrum ad exercendum Vicariatum generalem in rebus Eccleſiaſticis: ergo ex mente Summorum Pontificum ea tantum perſona judicanda eſt idonea, quæ ſacris Ordinibus ſit initiata: & ſi dicatur hoc diſpoſitum fuiſſe novioribus conſtitutionibus, quam illa Julii II. nihil ad rem facit: quia ſaltim, ut vidimus, jure communi requirebatur, ut qui talem Vicariatum exerceret, eſſet minoribus Ordinibus initiatus: ergo etiam ſtando prædicto juri communi pure Laicus nunquam potuit exercere tale munus. Deinde quid dicendum, ſi huic muneri adjiciatur, ut in his Ordinibus adjicitur gubernatio ſpiritualis trium Monaſteriorum virorum, & ſeptem Monialium in noſtro Ordine, & ſic de aliis Ordinibus? certe nemo judicabit Summos Præſules voluiſſe conſtituere Laicos, ut ſunt plerique Senatores uxorati, viventes ſuis domibus cum ſuis liberis, & familiis, abſque ulla pœnitus experientia diſciplinæ Monaſticæ: ergo dicere hos eſſe idoneos ex prædicta Bulla, non autem Fratres Clericos, idem eſt, ac dicere cum Terenc. *in Andr. Adeo non videmur vobis eſſe idonei, in quibus ſic elludatis.*

88 Clarior fit mens Sedis Apoſtolicæ pro Fratribus Clericis ad Eccleſiaſtica exercenda ex alia Bulla Leon. X. quæ incipit *præclaræ devotionis ſinceritas, data Bononiæ pridie Idus Decembr. ann.* 1515. quæ ſtat in Bullar.

noſtr. Ordin. *fol.* 620. *in Append. ſcrip.* 17. quę dicitur ſpectativa Magiſtr. Carol. V. licet D. Salazar eam vocat Ferdin. Catholici ſui Avi *d. memor. n.* 47. ubi, & quod virtute illius prędictus Carol. V. aſſumpſit poſſeſsionem Magiſtratuum per obitum præfati ſui Avi *in ann. ſeq.* & obtinuit prædictos Magiſtratus, uſque ad *ann.* 1523. quo lucratus eſt aliam Bullam perpetuæ annexionis ab Adrian. VI. ejus Magiſtro, de qua infra latius, & antea tetigimus ſæpius verba prædictæ Bullæ expectativæ, quæ ſequuntur.

LEO EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI.

*Dilecto filio Nobili viro Carolo Hiſpaniæ Principi Primogenito, Auſtriæ Archiduci, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Præclaræ devotionis ſinceritas, & eximiæ fidei conſtantia, quibus tu noſtro, & Apoſtolicæ Sedis conſpectui hactenus claruiſti, & in futurum magis, ac magis clarere ſperamus, nos excitant; & quodam modo tuis de ſede prædicta benemeritis id exigentibus nos impellunt, ut illa favorabiliter concedamus, per quæ tui ſtatus honor, pax, & tranquillitas proveniant: ac tibi pro ſubditorum tuorum benigna gubernatione incumbentia onera facilius valeas ſupportare. Horum igitur conſideratione, ducti ſperantes, quod tu eo promptius circa dictæ Sedis beneplacita exequenda te ſtudioſum exhibebis, quo majoribus favoribus, & gratiis ab ipſa ſede te noveris ornatum, atque munitum: ac propterea te, qui in ſexto decimo, vel circa tuæ ætatis annum conſtitutus exiſtis, ejuſdem ſedis munificentia, & condigno honore proſequi volentes, motu proprio non ad tuam, vel alterius pro te nobis ſuper hoc oblatę petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera deliberatione, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, S. Jacobi de Spatha, & de Calatrava, ac de Alcantara, S. Auguſtini, & Ciſtercienſis Ordinum Militarium Caſtellæ, & Legionis Regnorum Magiſtratus, qui dudum chariſsimo in Chriſto filio noſtro Ferdinando Aragonum, & utriuſque Siciliæ Regi Catholico, & claræ memorię Eliſabeth, dum viveret, Reginæ Caſtellę, & Legionis tunc in humanis agenti, Avis tuis in adminiſtrationem ad utriuſque, & alterius ſuperſtitis eorum vitam ſub certis modo, & forma Apoſtolica authoritate conceſsi fuerunt, & quos Ferdinandus Rex ſolus obtinet, quam primum illorum adminiſtrationem hujuſmodi per ceſſum, vel deceſſum, ſeù quamvis aliam dimiſsionem dicti Ferdinandi Regis ceſſare, & illos quovis modo ſimul, vel ſucceſsivè etiam apud ſedem prædictam vacare contigerit, concedendos tibi quoad vixeris in ſimilem adminiſtrationem noſtræ, & ejuſdem ſedis diſpoſitioni authoritate Apoſtolica tenore præſentium ſpecialiter, & expreſſe reſervamus.*

Et inferius ait: *Et nihilominus te ex nunc, prout ex tunc, & è contra, cum Magiſtratus prædicti, ut præmititur, vel aliàs quovis modo vacabunt, etiamſi actu nunc forsàn quovis modo vacent, Adminiſtratorem dictorum Magiſtratuum, ac Militiarum, & cujuslibet eorum in ſpiritualibus, & temporalibus eiſdem modo, & forma, ac cum omnibus, & ſingulis facultatibus, conceſsionibus, privilegiis, gratiis, & indultis, ac præeminentiis, quibus Ferdinandus Rex, & Eliſabeth, Regina præfati illorum Adminiſtratores deputati fuerunt, motu, ſcientia, & poteſtate, ac authoritate, & tenore prædictis conſtituimus, & deputamus, ac Magiſtratus ipſos, quorum fructus, redditus, & proventus, ac qualitates præſentibus haberi volumus pro expreſsis, cum omnibus membris, pertinentis, Oppidis, terris, arcibus, Vaſſallis, juribus, dependentiis, & annexis ſuis tibi per te, quoad vixeris, tenendos, & adminiſtrandos, prout dicti Ferdinandus Rex, & Eliſabeth Regina, dum viverent, illos tenuerunt, & adminiſtrarunt; ac dictus Ferdinandus Rex nunc tenet, & adminiſtrat, in hujuſmodi adminiſtrationem concedimus, & aſſig-*

*namus ; ac conceſſos , & aſsignatos , necnon ex nunc plenum jus tibi in illis pleno jure acquiſitum fore, ad te que ſolum illorum fructuum perceptionem ſpectare decernimus. Necnon tibi corporalem poſſeſſionem Magiſtratuum , cum vacaverint, vel ſi vacent , ut præfertur , ac membrorum , jurium , & pertinentiarum prædictorum per te , vel alium, ſeù alios aprehendendi ; ac omnia , & ſingula ad Magiſtros dictarum Militiarum pro tempore exiſtentes quomolibet pertinentia.* Spiritualia videlicet per Eccleſiaſticas; temporalia vero per Seculares idoneas earundem Militiarum, & ordinum perſonas *faciendi , exercendi , & exequendi, ac debitis , & conſuetis illorum ſupportatis muneribus, de reſiduis eorum fructibus, redditibus, & proventibus, ſicuti Magiſtri ipſarum Militiarum, qui pro tempore fuerunt de illis diſponere , & ordinare potnerunt , ſeù etiam debuerunt ; alienatione tamen quoruncumque bonorum immobilium , & pretioſorum mobilium dictorum Magiſtratuum tibi pœnitus interdicta, diſponendi , & ordinandi ejuſdem authoritate , & tenore facultatem concedimus; non obſtantibus , &c.*

89 Ex verbis ſupra notatis clare convincitur perſonas Eccleſiaſticas, quæ exercere poſſunt , & debent res ſpirituales Monaſticas , ſeu purè Eccleſiaſticas eſſe Fratres Clericos earundem Militiarum : nam in illis nullum aliud genus perſonarum datur, quam Fratres Clerici , & Fratres Milites Laici , ſeù ſeculares ; at qui in prædicta ſpectativa dividuntur res eccleſiaſticę , & temporales , illę exercendæ ab Eccleſiaſticis , hęc vero à Secularibus : ergo quid clarius , ut convincatur non ſolum capaces eſſe Fratres Clericos , verum etiam per eos exerceri debere juriſdictionem Eccleſiaſticam , eiſque expreſsè tribui à Sede Apoſtolica. Deinde per illud verbum *idoneas perſonas* videtur Summus Pontifex exponere idoneitatem , quæ requiritur , diſtributa jam juriſdictione inter Eccleſiaſticos , & Seculares earundem Militiarum , hoc eſt perſonas uniuſcujuſque ſtatus exercituras prædictam juriſdictionem diſtributivè , tam in temporalibus , quam in eccleſiaſticis debere eſſe aptas , & dignas talis juriſdictionis exercendæ , nempè ſcientia , prudentia , & moribus ornatas , & probatas in legibus municipalibus Ordinum, obſervantia , & diſciplina regulari eorum valdè verſatos. Itaque juxta prædictam Bullam Fratres Clerici , qui his dotibus fuerint ornati, poſſunt eligi ad regendas cauſas Eccleſiaſticas; Laici vero earundem Militiarum ſimiliter inſtructi eligi etiam poſſunt ad res temporales tractandas. Non enim hæſito , quod per concomitantiam poſsint etiam concurrere in promiſcuis actibus agendis , ſed Judices electi ad Eccleſiaſtica tractanda concurrant conſiliativè cum Equitibus in rebus temporalibus , hi vero cum clericis in ſpiritualibus , & purè Eccleſiaſticis , ita ſimiliter concurrant , reſervata deciſsione illis , quibus convenit tractare prædictas cauſas ſecundum diſtributionem relatam , & etiam in conſulendis cum magno Magiſtro videtur poſſe id obſervari ; licet Conſiliarii per ſe ſeorſim poſsint repreſentare , quidquid juxta Conſilium præſtitum ſenſerint in iis Regibus conſulendis , non autem in illis , quæ pendent ex deciſsione privativa , quia ſecundum mentem propriorum Judicum decidenda ſunt.

90 Succedit nunc traſcribenda altera Bulla, quam vocant prædicti auditores contrarii privilegium Achilles, quo fulcro nituntur , ut probent , ſibi tantum vindicari Senaturas , nullumque jus habere Fratres Clericos , ut ad eas eligi poſsint. Ea utique eſt Bulla Adriani VI. toties in hoc opere repetita , quæ aliunde ſumpta eſt ex Bullario Romano conſtitut. 1. & jacet in noſtro *fol.* 475. *& tribus ſeqq.* quæ ſic ſe habet.

*ADRIANUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI AD PERPETUAM REI MEMORIAM.*

*Dum intra noſtræ mentis arcana debita meditatione penſamus S. Jacobi de Spatha, ac de Calatrava, & de Alcantara in Regnis Hiſpaniarum erectas Militias propterea inſtitutas fuiſſe, ut contra Orthodoxę fidei hoſtes, & inimicos, arma quædam, & valida præſidia eſſent, earumque Milites in infidelium expugnatione, ac Regnorum ab ipſis infidelibus occupatorum recuperatione jugiter vacarent, ſtrenuaque ipſorum virtute, & opera proximis annis non ſolum quam plurimas Civitates, & loca, ſed etiam aliquot Principatus, Dominia, & Regna, quæ infideles Mauri occupaverant, & per multos annos detinuerant, non ſine proprii ſanguinis effuſione cum magnaC hriſti nominis gloria recuperata, & ad fidem Chriſti redacta fuiſſe conſideramus: inſuper, & animo revolvimus, quæ chariſsimus in Chriſto filius noſter Carolus, Caſtellæ, & Legionis Rex catholicus in Imperatorem electus claræ memoriæ Ferdinandi Avi, & Eliſabeth Reginæ Avię, Caſtellæ, & Legionis hujuſmodi, ac aliorum progenitorum ſuorum veſtigia ſecutus pro univerſa Eccleſia (cujus, ut nos ad Summi Apoſtolatus apicem aſſumptione Paſtor, ita ipſe ad ſacri Imperii faſtigium electione advocatus exiſtit) non ſolum Inſulę Servarum, quam ipſi Mauri detinebant, expugnatione, ſed etiam adverſus Martinum Lutherum per ſedem Apoſtolicam hæreticum declaratum executione fecit,* & in dies ipſum ſub diſciplina noſtra à teneris educatum ob ejus devotionē, ac fidem erga Nos, & hanc ſanctam (*in qua permiſsione Divina ſedemus*) *ac univerſam Rempublicam chriſtianam, divina favente gratia, facturum fore ſperamus, dignum merito cenſemus, & congruum, ut Militiæ prædictæ Coronæ Regni Caſtellæ, & Legionis perpetuò aplicentur; non minus ut Caroli ipſius in Imperatorem electi ſtudia, & conatus ad profligandos, & ſubigendos infideles Barbaros, concedente Domino, creſcant, & augeantur; quam ut ipſarum Militiarum felix, & proſperum regimen ſemper in melius procedat, & illarum Militum diſciplina ſolertior evadat; ipſumque Carolum in Imperatorem electum,* ejusq̄ poſteritatem ſigno ſpecialis venebolentiæ proſequamur,& quadam perpetuitatis memoria decoremus.

*Sanè, cum Ferdinandus Rex, & Eliſabeth Regina præfati in humanis agentes, ſuorum, & ipſi progenitorum veſtigia ſequuti, quam plurima egregia facinora, & geſta fecerint, nec ſolum Hiſpaniam à Sarracenis, & Mauris, qui Regnum Granatæ, ac plura alia dominia occupaverant, non ſine multis laboribus, & impenſis, ac magna Chriſtiani ſanguinis effuſione purgaverint, ac quam plurimos infideles à falſis Idolorum tenebris ad veram Orthodoxæ fidei lucem reduxerint; ſed pluribus etiam claſibus Occeanum mare penetraverint, & ad diverſas, ac maximas, & antea mortalibus innotas Inſulas ſalutiferæ Crucis vexillum detulerint, & in ipſis Inſulis plurimas Metropolitanas, & Cathedrales, ac alias Eccleſias ad Chriſti nominis gloriam, & exaltationem erigi, ſeque ob talia merita Catholici nomine ab hac ſancta ſede inſigniti obtinuerint; cumque in dictis Caſtellæ & Legionis Regnis S. Jacobi de Spatha, ac de Calatrava, & Alcantara, S. Auguſtini, & Ciſtercienſis Ordinum Militiarum Magiſtratus ad ejuſdem fidei exaltationem, & infidelium Barbarorum, maximè circunvicinarum partium depreſsionem, & expugnationem inſtituti fuerint, ut præfertur, & quandoque illi per Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros Regibus Caſtellę, & Legionis hujuſmodi, ſeu eorum primogenitis, aut propinquioribus, Infantibus nuncupatis, reſpectivè in adminiſtrationem, dum expediens fore viſum fuerit, concedi conſueverint; illorumque ad præſens idem Catholicus*

Rex

*Rex in Imperatorem electus, perpetuus Administrator per Sedem prædictam deputatus existat, ipsarumque Militiarum Magistrorum electiones ad Militiarum hujusmodi Præceptores, seù Milites spectare noscantur; ac inter eos; occurrente dictorum Magistrorum vacatione, super electionibus pro tempore faciendis, possent quandoque dissensiones oriri, plurimumque Regis Castellæ, & Legionis pro tempore existentis interfint, ut ipse Magistratuum hujusmodi curam, & administrationem habeat; cum Magistratus ipsi quam plurimas Civitates, & arces, partim ab ipsis Regibus Castellæ, & Legionis donatas, partim per ipsos Magistros ab infidelium manibus proprii sanguinis effusione comparatas, & acquisitas possidcant: etsi illorum Magistri aliquando Regi se opponerent ex illorum institutione, quæ ad eorundem Regnorum pacem, & quietem, ac infidelium expugnationem emanavit gravia scandala, & pericula in Regnis ipsis (prout proximis annis, cum in minoribus constituti, & dictorum Regnorum regimini, & administrationi præpositi essemus, propter aspirationes ad ipsos Magistratus oculis nostris vidimus) succedere possent.*

*Si autem Magistratus ipsi Coronæ Regiæ Regis Castellæ, & Legionis hujusmodi pro tempore existentis perpetuò unirentur, annecterentur, & incorporarentur; ita tamen quod ex illorum hujusmodi ad infrascriptum effectum extincti non censeantur, illi per Regem ipsum longe melius regi, & gubernari possent. Curaretque Rex ipse, ut illarum Militiarum Milites idonei, & in arte militari adeò periti, & experti essent, ut de illis meritò sperari posset, quod non solum dicta Regna ab infidelibus defenderent; sed ipsum Regem ad expeditionem contra Turcas, & alios infideles maritima classe, ac terrestri exercitu suscipiendam, & prosequendam ultrò solicitarent, & invitarent, scandalisque, & dissensionibus inter ipsos Præceptores, seù Milites, electores, ac aliis periculis, quæ exoriri possent, obiaretur. Ipseque Carolus Rex in Imperatorem electus ad sanctum pacis, & unitatis Regum, & Principum opus, quod pro totius Christianę Reipublicæ necessaria defensione, ac contra hostes Turcas fœlici expeditione perficere, & concludere desideramus, pro sua Religione, & devotione in hanc sanctam Sedem Nos plurimum juvare, ac rempublicam Christianam à tam gravi periculo, in quo constituta est, divina favente gratia, liberare posset, ac omnia pro fidei Catholicæ exaltatione, ac Infidelium Barbarorum depressione libentius, & constantius facere non cesaret. Similiterque ejus successores facere parati essent, Militesque dictarum Militiarum sub Regis hujusmodi disciplina magistrali, & experti, & ad conferendum manus contra Turcas, & Infideles hujusmodi multò promptiores, & alacriores redderentur.*

*Nos præmissa diligenti consideratione pensantes, ac animo revolventes qualia, & quanta ejusdem Caroli Regis in Imperatorem electi majores priscis, ac etiam nostris temporibus pro expugnatione Infidelium, & Barbararum Nationum perfecerint, quotque Regna, & terras, ac Insulas ab ipsorum Infidelium manibus eripuerint, & ad Christianam Religionem reduci curaverint, & quæ ipse Carolus Rex in Imperatorem electus, tam ferventi animo, hac tempestate nostra, pro Christianæ fidei Religione, & hujus sanctę Sedis dignitate tuenda adversus Martinum Lutherum præfatum, & ejus fautores, ac alios, qui contra Nos, & dictam sedem superbiæ cornua erexerunt, ac in dictę Insulę Servarum expugnatione, quam divino assistente auxilio sibi subdidit digne, & laudabiliter efecerit; ac sperantes, quod quanto majoribus beneficiis, & gratiis Majestas sua à Sede Apostolica se præmunitam, & affectam cognoverit, tanto magis eidem Ecclesiæ, cujus*

*Advocatus ( ut præfertur ) exiſtit , exuberantes favores, quoties opus fuerit, exhibebit, ac brevi tempore pro ſua ipſius ſingulari devotione , ac virtute , Regiaque magnanimitate , & Imperiali Celſitudidine ad honorem Dei , & nominis chriſtiani propagationem adverſus nefandiſſimos Turcas , & Chriſtiani Nominis perpetuos hoſtes , & contra ſpurciſſimam illam gentem , quæ Chriſtianum ſanguinem avidè ſitit, & noſtris cervicibus imminet, juſtiſſimum bellum ſuſcipiet , ac tot Provincias , & Regna ab ipſis Turcis, & aliis infidelibus occupata recuperabit, & nomen Salvatoris D. noſtri Jeſu-Chriſti longè , lateque propagabit ; habita ſuper his cum benerabilibus Fratribus noſtris S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus matura deliberatione , ac de eorum Conſilio , & aſſenſu Magiſtratus prædictos, quorum omnium qualitates , necnon verum , & ultimum vacationis modum illorumque , ac Coronæ Regiæ Caſtellæ, & Legionis hujuſmodi Regnorum veros annuos valores præſentibus pro expreſſis haberi volentes , eidem Coronę Regię (etiamſi Corona ipſa aliquo tempore ad mulierem ſpectaret ) cum omnibus præeminentiis , juriſdictionibus , facultatibus , redditibus , juribus , obventionibus, & pertinentiis ſuis univerſis authoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuò unimus, annectimus , & incorporamus. Ita quod jus adminiſtrandi ipſos Magiſtratus, ſive in virum, ſive in mulierem cum Corona tranſeat , & omnia , quæ ipſi Magiſtri, qui pro tempore fuerint, facere, & exercere conſueverũt, facere, & exercere , & commendas ipſas , & Præceptorias , ac alia Beneficia Militiarum hujuſmodi perſonis idoneis conferre liberè poſſit in omnibus , & per omnia , per inde , ac ſi unio hujuſmodi quoad præmiſſa duntaxat minimè facta fuiſſet : Ipſorumque Magiſtratuum poſſeſſionem propria authoritate liberè continuare, ſeù illam de novo ſibi , & Regi Caſtellæ , & Legionis pro tempore exiſtenti etiam propria authoritate liberè apprehendere , & perpetuo retinere , illorumque fructus, redditus , & proventus in ſuos , ac Magiſtratuum hujuſmodi uſus , ad quos deputati ſunt , & utilitatem convertere, Diœceſanorum locorum , & quorumvis aliorum licentia , ſeu conſenſu minimè requiſitis*, ita tamen quod ipſe Catholicus Rex in Imperatorẽ electus, ejuſque ſucceſſores Caſtellæ, & Legionis Reges pro tẽpore exiſtentes ea, quæ ſpiritualia concernunt, per perſonas dictarum Militiarum Religioſas per ipſos Reges pro tẽpore exiſtentes ad id deputãdas, ad eorum nutũ amobiles probè, & laudabiliter exerceri facere debeant, & teneantur. *Quibus ſic pro tempore deputatis perſonis gerendi , faciendi , mandandi , ordinandi , exequendi , diſponendi omnia , & ſingula* , quæ dictarum Militiarum Magiſtri pro tempore exiſtentes de jure, vel conſuetudine, aut aliàs quomodolibet facere, gerere, exercere, mandare, diſponere exequi poterant, & cõſueverunt, *authoritate, & tenore præmiſſis plenam , liberam , & omnimodam facultatem concedimus. Et ne in præjudicium dictæ unionis per Milites, ſeù Fratres dictorum Ordinum aliquid de facto tentetur per viam electionis , vel poſtulationis , ſeù aliàs decedente Rege, vel Regina , qui dictos Ordines adminiſtraverit , auferimus ab eis omne jus , ac poteſtatem eligendi , poſtulandi , vel de novo Adminiſtrarore perpetuo providendi , & ſub pœna excommunicationis, ac privationis Commendarum , & Præceptoriarum , ac aliorum Beneficiorum, quæ obtinent , inhabilitatiſque ad ipſa in poſterum obtinenda , omnibus , & ſingulis prohibemus, ne eligant , poſtulent , vel de eligendo , aut poſtulando tractent. Quas pœnas volumus eos ipſo facto incurrere , abſolutionem Nobis, & ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus pro tempore exiſtentibus ſpecialiter reſervantes. Non oſtantibus , &c.*

*Volumus autem , quod ipſe Rex pro tempore exiſtens ab alienatione quorumcumque honorum immobilium , & pretioſorum movilium dictorum Magiſtratuum pœnitus abſtineat , & quod*

*antequam dictos Magiſtratus, vel eorum aliquem adminiſtrare poſsit, ſuccedens in Regno hujuſmodi Nobis, ſeù ſucceſſoribus noſtris canonicè intrantibus jura omnia ſolvere teneatur, quę Magiſtri pro tempore ſolvere conſueverunt, quibus ſolutis, ex tunc confirmatio, & licentia conceſſæ ſint, & eſſe cenſeantur, adminiſtrationemque libere exercere poſsit. Et ille ex eis, qui ullo unquam tempore (quod ab ſit) à noſtra, & Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, canonicè intrantis, & Romanæ Eccleſiæ obedientia, & devotione ſe ſubſtraxerit, vel contra eum bellum ſuſceperit in ejus dannum, & detrimentum honoris, aut rerum per ſe, vel alium, ſeù alios, directè, vel indirectè machinatus fuerit, hujuſmodi gratia privatus exiſtat, præſenteſque litteræ nullius ſint roboris, vel momenti, ipſaque unio eo ipſo diſſoluta ſit; ipſique Magiſtratus per diſolutionem hujuſmodi vacare cenſeantur, & de illis per ſedem prędictam libere diſponi poſsint.*

*Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ unionis, annexionis, incorporationis, conceſsionis, prohibitionis, reſervationis, derogationis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contra ire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Data Romæ, apud S. Petrum, anno Incarnationis Dñicæ milleſimo quingenteſimo vigeſimo tertio. Quarto nonas Maii, Pontific. noſtri anno primo.*

91 Hæc eſt Bulla, qua dicunt aliqui erectum fuiſſe Conſilium Regale Ordinum, pr out jacet ad prędens, & ex illa Bulla inferunt conjunſiſſe Adrianum ad regimen promiſcuum tres has Militias, Militeſque, ut Religioſas perſonas eo, quod deſignatæ à Regibus forent, poſſe ſpiritualia Monaſticæ diſciplinæ, & pure Eccleſiaſticas cauſas, tam regulares, quam ſeculares tractare, & decidere, abſque interventu Clericorum Fratrum. Moventur duplici ratione; prima: quia unio per illum facta Regiæ Coronæ eo præcipuo fine facta fuerit ob incrementum Eccleſiæ, quod ſpectabat Summus Præſul in ſolertiore Militum diſciplina, & proſpero regimine ipſarum Miſitiarum, expugnationeque infidelium obvenire poſſe. Secunda: quia cum conſenſu, & Conſilio ſacræ Congregationis, ut ibi aſſeritur, expedita fuerit contemplatione facinorum illorum Militum, illoſque Sedem Apoſtolicam tantum reſpexiſſe ad execendam prędictam juriſdictionem, tanquam perſonas Religioſas, & ſic in Equitibus fuit practicata prædicta Bulla. Hæc dicunt, ſed perperam illam taliter intelligunt, ut ex ſeqq. apparebit.

92 Nam prima ratio abſolutè vera non eſt; quippè ex contextu Bullæ benè dignoſcitur non ſolum beatitudinem ſuam Adriani, prędculis habuiſſe incrementum Eccleſiæ univerſalis, & Militiarum; verum etiam eam devotionem, & fidem, quę contrahitur inter Magiſtrum, & alumnum, quod clarè expreſsit per illa verba *in dies ipſum* (nempe Carolum V.) *ſub diſciplina noſtra à teneris educatum.* Quare voluit benefacere ſuę devotioni, & fidei; conferens in perpetuum adminiſtrationem Magiſtratuum, qui, quoad viverent, jam erant conceſsi Regibus Caſtellę, & Legionis, ut in ipſa Bulla refertur. Sed quęro quid ex hoc inferes, ut Equitibus tantum deſignarentur Senaturæ, etiam quoad ſpiritualia, excluſis Fratribus Clericis, ut dicunt, cum ſint ſimul partes principales Militiarum, eorumque beneficia Prioratus, & omnia bona contineantur in Magiſtratibus à Sede Apoſtolica unitis? certe nullam differentiam invenies, nec rationem quare Milites Fratres debeant eſſe Senatores non item Clerici. Deinde velle Equitibus arctari electionem Senatorum eſt velle arctare poteſtatem Regiam ad unum genus perſonarum, quod ipſa Bulla negat

cum

cum ex perſonis Religioſis in univerſum debeat fieri electio juxta ipſam Bullam, & nemo ſanę mentis affirmare poteſt, ut Fratres Clerici ſint minus Religioſi, immo magis, ut ſæpius diximus. Nec valet, quod fortaſſe replices, uſum jam declaraſſe pro Equitibus verba Bullę; intellecta utique illa de perſonis Religioſis Militum, tam ad exercenda temporalia, quam ſpiritualia, ſeù purè Eccleſiaſtica; ex ratione quam affert Gregor. Lop. *in l.3. tit.25. part.4. gloſſ.5. cum multis.* Nam, hoc inquam, non officit; quia ut uſus, & praxis id facere valeat debet eſſe legitimas, & rationabilis, *cap.1. cap. cum inter vos 5. & cap. ult. de conſuet.* & conſuetudo, quę gravamen Eccleſię infert, à Sancta Sede remititur, *ut in dict. cap.1.* refertur, & irrationabilis, & illegitima dicitur praxis, quę juri canonico opponitur *cap. ex frequentibus de inſtitut. cap. cum venerabil. 7. cap. penult. d. tit. de conſuet.* & quando aliquid contra nervium Eccleſiaſticæ diſciplinæ ſive libertatem *cap. cum terra cap. Sacroſancta cap. Meſſana de elect.* at qui ut probavimus ſuprà *in hac quæſt.* eſt contra jus canonicum Laicos tractare res ſpirituales, ſeù ſpiritualibus annexas: ergo uſus, & praxis nihil ponit in eſſe, ut intelligatur prædicta Bulla de Equitibus Religioſis, non vero de Fratribus Clericis vere, & abſolutè Religioſis.

93 Præterea Bulla prefata in verbis relatis, *ea, quæ ſpiritualia concernunt per perſonas dictarum Militiarum*, ut bene intelligeretur, & ad rectam praxim in principio reduceretur, debuit in uſu recipi earundem Militiarum pro Fratribus Clericis earum, qui ſunt verè, & abſolutè Religioſi, & abſque contradictione canonica capaces illa gerendi, exercendi, & adminiſtrandi. Quod ſic probo: nam verbum habens plures ſignificationes proprias, & quod comprehendere valeat plures perſonas ejuſdem ſtatus, ſeu qualitatis, jam proprie, jam impropriè accipi debet ſimpliciter non ſecundum quid, nec ſub aliquo ſuppoſito *leg. hoc legatum in fin. de leg. 3. l.1. §. ſiquis ſimpliciter de verb. ſignif.* Tuſch. & Auguſt. Barboſ. apud Salgad. *de ſupplicat. ad ſanct. 2.p. cap.4. n.9.* & in ea ſignificatione, quæ congruit ſubjectæ materiæ *l. quæro ff. locat. leg. ſtipulatus ff. de uſur. cap. ſolitę de majorit. & obed.* Cobarr. *in qq. pract. cap.38. n.12.* & debet intelligi naturaliter, & non civiliter, ita Barth. *in l. omnes populi 6. quæſt. principal. n.58. verſic. juxta premiſſa de juſtit. & jur.* Bald. *inſtit. C. de his, qui ven. ætatis impetr.* & alii plures quos congerit Simon. de Prætis *de interpret. ult. volunt. lib.2 ſolut.2. n.153. cum ſeq.* naturaliter etiam, & non civiliter *lg. ex ea parte §. inſulam de verb. obligat. l. ult. C. de his, qui ven. ætat. impetr. cap. ſuſceptum de reſcript. lib. 6. l.1. §. qui in perpetuum ff. ſi ager vectigal.* tanquam in potiori ſignificato probant *text. in l. his verbis ff. de hæred. inſtit. leg. qui liberis §. hæc verba ff. de vulgar. & pupillar.* Mantic. *de conjectur ultim. vol. lib.3. tit.4. num.14.* Sed eſto, quod verba Bullæ comprehendant, tam Laicos, quam Clericos Militiarum, utpotè omnes Religioſi ſint (ut nos pluries afferimus in hoc opere) proprior ſignificatio eſt, ut comprehendant Clericos, quam Laicos circa materiam ſubjectam gerendi ſpiritualia, & ſpiritualibus annexa, de quibus ibi Bulla tractat. Rurſus ab argumento nomen Religionis ſtat pro Religionibus, quæ verè, & abſolutè Religiones ſunt. Tenent P. Sot. *de juſtit. lib.7. q.5. art.3.* Aragon. 2.2. *q.88. art.11.* Manuel. Rod. *in ſum. 2.p. cap.97. n.8.* Azor. *inſtit. moral. lib.13. cap.3. q.2. tom.1.* Fauſt. *in theſaur. relig. lib.1. q.186.* Barboſ. *lib.3. de jur. Eccleſiaſt. cap.7. n.30.* & alii quos citavimus *2.p. tract.8. q.6. n.4.* ergo Bulla, quæ locuta eſt de perſonis Religioſis, deſummi debuit de perſonis Religioſis vere, & proprie, non autem de Religioſis exiſtimatis in ſententia quorumdam.

94 Dein-

94 Deinde licet prædicta Bulla non disponit distributivè circa personas exercentes spiritualia, & temporalia, sed tantum illa per personas Religiosas earundem Militiarum exercenda; hæc vero non per se ipsum, ut Bullæ anteriores disponunt) dicit, quod administratio geratur, admodum quo Magistri antecessores consueverint gubernare; sed Magistri anteriores (ut jam diximus *in hac q.* consueverunt spiritualia exercere in Capitulis generalibus committendo ea tantum Clericis, licet comitatis à Laicis, ita ut illi spiritualia exercerent per se ipsos in visitationibus, & temporalia conjunctim, ut hodie contingit fieri in visitatione noviter expedita *anno* 1720. & in cæteris actibus Ordinis inconcusè fit, jam in dationibus habituum, jam in informationibus, jam in præstandis professionibus, & Commendis conferendis per se solos, & aliis actibus Ordinum: ergo saltim prædicta Bulla debuit ad praxim reduci juxta præscriptum relatum: & committi Senatoribus Laicis omnimodam jurisdictionem, dissonum videtur à mente prædicti Adrian. VI. Præterquamquod certissimum est in jure, ut dispositiones posteriores intelligantur in eo, quod non exprimunt secundum sensum priorum: ergo Bulla Adriani debuit accipi in sensu, quo loquuntur Bullæ præfatæ Julii II. & Leon. X. suprà transcriptæ.

95 Ulterius plus valet, quod in re, & in veritate est, quam quod in opinione §. *si quis* 11. *instit. de leg. leg.* 4. §. 1. *de manumiss. vindict. l. penult.* §. *qui ignoravit* 4. *de jur. & facti ignorant.* Sed Fratres Clerici Militiarum sunt verè, & propriè Religiosi, Fratres vero Laici sunt in opinione Religiosi, & aliud est quem esse talem, vel haberi pro tali, ut *in l. precib. C. de impuber. & aliis substitut.* & lex debet intelligi de vero loqui, non ficto *argumento l.* 3. §. *hæc verba ff. de negot. gestis*, & consuetudo, seu statutum loquens in casu vero non habet locum in casu ficto, *ut in d.* §. *hæc verba*, & *in l.* 10. *ff. ad l. falcid.* tradit Gutierr. *lib.* 1. *pract. quæst.* 122. *num. in fin.* ergo potius prædicta Bulla debuit practicari in Clericis quoad spiritualia exercenda, quam in Fratribus Laicis. Deindè axioma philosophicum est, analogum per se sumptum stare pro famosiori significato, tenet cum pluribus text. & Authoribus Gutierr. *lib.* 4. *pract. q.* 8. *n.* 181. ergo verba illa *per personas Religiosas* in potiori significato pro Fratribus Clericis desummenda erant. Ac denique verba Summi Pontificis, & quoruncumque disponentium debent intelligi secundum communem consuetudinem usum loquendi, & statum proferentis, *gloss. fin. in l. ult. de jur. deliber.* Mantic. *de conjectur. ult. volunt. lib.* 3. *tit.* 5. *per tot. & lib.* 6. *tit.* 10. *n.* 11. Simon de Prætis *lib.* 2. *de interpretat. ultim. volunt. solut.* 2. *n.* 302. ergo credibile non est, quod uno solo verbo voluisset Adrianus jurisdictionem ecclesiasticam conferre Fratribus Laicis, ut in Præsbyteros verè, & propriè Religiosos illam exerceant: immo, ut in sacratissima Religione S. Joannis de Deo videmus Sedem Apostolicam, consultis sacris congregationibus Concilii Episcoporum, & Regularium, inspectis inspiciendis, resolvisse speciali gratia Generales Commissarios Indiarum, & Provinciales, prout Laicos, si prima saltim Tonsura essent initiati, posse exercere jurisdictionem ecclesiasticam in Præsbyteros ejusdem Religionis (qui concessi fuerunt à Paulo V. duo in unoquoque Hospitale ad administrationem Sacramentorum, tam Religiosorum, quam infirmorum) aut si non sint ordinati, per quencumque ejusdemmet Religionis ab illis designatum, qui jam sit ordinatus, qui quidem etiam extra confessionem de eorum commissione poterit illos absolvere, ut constat *ex cap.* 51. *in constitut. confirmatis ab Urban. Papa VIII.* pro illà Religione.

96 Alia

96 Alia vero reſtat fieri reflexio ſuper illa eadem verba *per perſonas Religioſas, earundem Militiarum*: nam praxis, quæ ex Bulla deſumpta eſt, non convenit verbis, ac menti Summi Pontificis Adriani: quod ſic probo: verba, & mens Papæ fuerunt, ut unaquæque Militia gubernaretur ſolum à Fratribus Religioſis uniuſcujuſque, non vero conjunctim, ut ex inde gubernantur promiſcue præfatæ Militiæ: ergo, &c. Antecedens probatur ex verbis ejuſdem Bullæ, ubi ait: *Ita quod jus adminiſtrandi ipſos Magiſtratus, ſive in virum, ſive in mulierem Corona tranſeat, & omnia, quæ ipſi Magiſtri, qui pro tempore fuerint facere, & exercere conſueverunt, facere, & exercere, &c.* Quæ verba clarè demonſtrant regendas ipſas Militias in adminiſtratione perpetua, ſive poſt unionem, admodum, quo regebantur per Magiſtros particulares; ſed unuſquiſque Magiſter regebat per ſe, aut per alios ſua Militiâ ſeorſim à Fratribus alterius: ergo idem videbatur dicendum obſervari debere poſt Magiſtratuum unionem. Deinde poſt prędictam unionem plura fuerunt coacta Capitula generalia cujuſque Ordinis, & tamen non fuerunt conjunctim congregata, ſed diviſim, & diſtinctis temporibus: cur tam variè ſtabilitum eſt gubernium in Conſilio Ordinum, concurrendo ſimul ad quancumque determinationem cum æquali ſuffragio Fratres aliarum Militiarum cum Fratribus Militiæ illius, cujus negotium tractatur. Hic trahenda ſunt, quæ diximus *in hac q. n.* 37. ac per conſequens uſus, ſeù praxis deſumpta ex prædicta Bulla Adriani reducenda venit ad terminos juris communis, & debet reduci, etiamſi improprientur verba, ut cum pluribus tenet Tiraquel. *de retract. linag. §. 9. gloſſ. 2. n. 54.* quod neceſſe non eſt fieri in noſtro caſu, immo reductio illius praxis verbis Bullę acommodatur, & juri communi, ut jam vidimus.

97 Sed ceſſent rationes, & lo-

quatur Bulla Sixti V. quam trahit Samper *Monteſa iluſtrada tom. 2. p. 3. n.* 482. quæ ad litteram tranſcripta ait in hunc modum.

SIXTUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

„ Superni diſpoſitione Conſilii „ in Emminenti Apoſtolicę dignitatis „ ſpecula, meritis, licet in ſufficienti- „ bus, conſtituti, circa Militiarum „ quarumlibet pro fidei Catholicę de- „ fenſione inſtitutarum ſalubrem di- „ rectionem, & profectum ex Paſto- „ ralis officii debito ſolicitè vigilantes, „ illarum regimen, & gubernium, Re- „ gibus præſertim Catholicis, qui „ tanquam indefeſsi Jeſu-Chriſti ath- „ letæ, nullis parcendo laboribus „ Chriſtiani nominis hoſtes evertere, „ & profligare contendunt, commi- „ tenda eſſe ducimus, ut ipſarum Mi- „ litiarum Milites ad ejuſdem Ortho- „ doxæ fidei defenſionem, & aug- „ mentum tanto alacrius, & vehemen- „ tius inimicam Sarracenorum rabiem „ adverſus Chriſti fideles, ne dum re- „ primere, ſed pœnitus extinguere „ ſtudeant, quanto ipſorum Regum „ potentia, authoritate, & viribus „ ſe magis fultos eſſe cognoverint.

„ Sanè, cum Magiſtratus Mili- „ litię B. Mariæ de Monteſia, Ciſter- „ cienſis Ordinis, Valentin. Dioe- „ ſis per liberam reſignationem, ſeù „ dimiſsionem dilecti filii Petri Ludo- „ vici Galceran de Borja, nuper ipſius „ Militiæ Magiſtri, de illo quem tunc „ obtinebat, ſeù adminiſtrabat, in „ manibus noſtris ſponte factam, & „ per Nos admiſſam, vacaverit, & „ vacet ad præſens. Et ſicut exhibita „ Nobis nuper pro parte chariſsimi in „ Chriſto filii noſtri Philippi Hiſpania- „ rum Regis Catholici petitio conti- „ nebat; ipſe Philippus Rex providè „ conſiderans Militiam ipſam pro de- „ fenſione Regni Valentiæ, ac illius „ incolarum, ac impiorum Sarraceno-

„ rum

„ rum incurſibus, & periculoſis in-
„ ſultibus, quibus Regnum ipſum fre-
„ quenter turbare, & afligere non
„ ceſſabant ad inſtantiam claræ
„ memoriæ Jacobi Regis Arago-
„ num, authoritate Apoſtolica, inſti-
„ tutam fuiſſe; ac pro pace, quiete,
„ majorique ipſius Regni tranquillita-
„ te, ac totius chriſtianæ Reipublicæ
„ utilitate, ipſi uſque Militiæ augmen-
„ to, & authoritate, plurimum expe-
„ dire illis, Magiſtratum hujuſmodi,
„ non per Nobiles privatos, neceſſa-
„ riis viribus carentes, prout hactenus
„ fieri conſueverat, ſed per Regiam
„ perſonam gubernari, & adminiſtra-
„ ri; cujus potentia, ac authoritate
„ Fratres Milites ipſius Militiæ promp-
„ tius obedirent, & fortius, conjunc-
„ tis Regiis viribus, contra fidei hoſ-
„ tes ſe opponerent, & militarent,
„ prout experientia comprobatum eſt
„ ex unione, & incorporatione Ma-
„ giſtratuum Militiarum de Calatrava,
„ cujus ipſa de Monteſia filia, & quoad
„ viſitationem, & correctionem obe-
„ dentialis exiſtit; ac de Alcantara, S.
„ Jacobi de Spatha, ac ejuſdem S. Ja-
„ cobi, Jeſu-Chriſti, & de Avis in
„ Caſtellæ, Legionis, & Portugaliæ
„ Regnis reſpectivè inſtitutarum, Co-
„ ronis Regiis dictorum Regnorum
„ Apoſtolica authoritate factis, pluri-
„ mum utilitatis, & commoditatis tam
„ eiſdem Regnis, & univerſæ Chriſtia-
„ næ reipublicæ, quam etiam Militiis
„ ipſis acceſſiſſe; ac propterea ſi dictus
„ Magiſtratus Monteſiæ Coronæ Re-
„ giæ Regni Aragonum perpetuò uni-
„ retur, & incorporaretur, ac conce-
„ deretur: ex hoc profecto Magiſtra-
„ tus ipſe per Regem Aragonum mul-
„ to melius, & utiliùs regi, & guber-
„ nari poſſet; curaretque Rex ipſe,
„ ut dictæ Militiæ Fratres in dies adeo
„ idonei, & in arte Militari periti,
„ atque experti reciperentur, ut ab il-
„ lis meritò ſperari poſſet, quod non
„ ſolum Regnum Valentiæ ab infide-
„ lium injuriis, & oppreſsionibus for-
„ titer defenderent, ſed & ipſum Re-
„ gem contra alios Chriſtiani nominis
„ hoſtes, & hæreticos, mari, terra-
„ que plurimum juvarent; ſcandaliſ-
„ que, periculis, & damnis, quæ ex
„ diſcordiis, & diſſenſionibus inter
„ Præceptores, & Fratres ipſius Mili-
„ tiæ de Monteſia, ſuper electionibus
„ Magiſtrorum, & aſſequutione Dig-
„ nitatum, ac Præceptoriarum, qui-
„ bus publica ipſius Regni quies, &
„ tranquillitas non modicum turbari
„ valeret, exoriri, variiſque diſcrimi-
„ nibus, in quibus Magiſtratus, & Mi-
„ litiæ hujuſmodi incidere poſſent,
„ prorſus obviaretur, & nedum Va-
„ lentiæ, Aragonum, & Hiſpaniarum
„ Regnis, ac Dominiis; verum, &
„ univerſæ Chriſtianæ reipublicæ, ip-
„ ſique Militiæ, ac illius Fratribus Mi-
„ litibus ea ferè commoda omnia, &
„ utilitates acreſcerent, quæ ex unio-
„ nibus, & incorporationibus aliarum
„ Militiarum præfatarum Regnis præ-
„ dictis, ut præfertur, factis, acceſſe-
„ runt. Ipſique Fratres Milites ſub
„ regia obedientia, & diſciplina de-
„ gentes, in majori honore, & æſtima-
„ tione haberentur; eorumque, & dic-
„ tæ Militiæ, Jura, juriſdictiones, pri-
„ vilegia, libertates, gratiæ, & in-
„ dulta illis conceſſa, melius, & effi-
„ catius ſervarentur. Quare prædictus
„ Philippus, qui, & ipſius Regni Ara-
„ gonum Rex, exiſtit, Nobis humili-
„ ter ſupplicari fecit, quatenus Magiſ-
„ tratuum hujuſmodi dictæ Coronæ
„ Regni Aragonum perpetuò unire,
„ annectere, & incorporare, ac con-
„ cedere, aliàſque in præmiſsis oppor-
„ tunè providere, de benignitate Apoſ-
„ tolica dignaremur.

„ Nos igitur, qui dudum inter
„ alia voluimus, quod ſemper in unio-
„ nibus commiſsio fieret ad partes, vo-
„ catis, quorum interſt, quippè pluri-
„ mum ſperamus atque confidimus,
„ quod Militia de Monteſia hujuſmodi,
„ ipſius Philippi Regis, ob ejus eximiam
„ in fide conſtantiam, & antiqua ſuo-

„ rum

„ rum progenitorum quaſi hereditate
„ acceptâ, qua inter aliosRegesChriſ-
„ tiani nominis defenſores ſplendere
„ dignoſcitur, ejuſque ſucceſſorum,
„ illius exempla ſequentium opera, ac
„ pervigili induſtria,ne dum in viribus
„ ſuis conſervabitur, ſed tanti Regis,
„ & ſucceſſorum prædictorum præſi-
„ dio adjuta, Deo favente,proſperabi-
„ tur, ac majora in dies ſuſcipiet in-
„ crementa: Philippum Regem prefa-
„ tum à quibuſvis excommunicationis,
„ ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque
„ Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, &
„ pœnis à jure, vel ab homine, qua-
„ vis occaſione, vel cauſa latis, ſi qui-
„ bus quomodolibet innodatus exiſtit,
„ ad effectum præſentium duntaxat
„ conſequendum harum ſerie abſol-
„ ventes, & abſolutum fore cenſentes,
„ hujuſmodi ſuplicationibus inclinati,
„ Magiſtratum de Monteſia predic-
„ tum, cujus Magiſtri pro tempore
„ exiſtentes per Fratres Milites, &
„ Præceptores ipſius Militiæ de Mon-
„ teſia, eligi, & etiam abſque confir-
„ matione Apoſtolica Magiſtratum, &
„ Militiam hujuſmodi regere, & ad-
„ miſtrare conſueverunt; ac cujus, &
„ illi forsàn annexorum fructus, red-
„ ditus, & proventus decem millia du-
„ catorum auri de Camera, ſecundum
„ communem eſtimationem, valorem
„ annuum,ut dictus Philippus Rex aſ-
„ ſerit, non excedunt, ſivè, ut præ-
„ mititur,ſivè aliàs,quovis modo;quem
„ etiam ſi ex illo quævis generalis re-
„ ſervatio, etiam in corpore juris clau-
„ ſula reſultet, præſentibus habere vo-
„ lumus pro expreſſo, aut ex alterius
„ cujuſcumque perſona, ſeù per ſimi-
„ lem reſignationem, aut dimiſsionem
„ dicti Petri Ludovici, vel cujuſvis al-
„ terius de illo, extra Romanam Cu-
„ riam, etiam coram Notario publi-
„ co, & teſtibus ſponte factam, aut
„ conſtitutionem felicis recordationis
„ Joann. Pap. XXII. prædeceſſoris
„ noſtri, quæ incipit, *execrabilis*, vel
„ aſſequutionem alterius Beneficii Ec-
„ cleſiaſtici, quavis authoritate colla-
„ ti, vacet, etiamſi tanto tempore
„ vacaverit, quod ejus proviſsio, jux-
„ ta Lateranenſis ſtatuta Concilii, ad
„ Sedem Apoſtolicam legitimè devo-
„ luta, ipſeque Magiſtratus de Mon-
„ teſia diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecia-
„ liter, vel generaliter reſervatus exiſ-
„ tat, & ad illum conſueverit per elec-
„ tionem aſſummi, eique cura juriſ-
„ dictionalis immineat ſuper eo quo-
„ que inter aliquos lis, cujus ſtatum
„ præſentibus haberi volumus pro ex-
„ preſſo, pendeat indeciſſa, dummo-
„ do tempore datis præſentium non
„ ſit in eo alicui ſpecialiter jus quæſi-
„ tum, cum omnibus, & ſingulis dicti
„ Magiſtratus, ac illius menſæ Magiſ-
„ tralis fructibus, redditibus, & pro-
„ ventibus, juribus, & pertinentiis ſuis
„ univerſis; necnon præeminentiis,
„ juriſdictionibus, facultatibus, & in-
„ dultis, ac aliàs eiſdem modo, & for-
„ ma, quibus prædicti Magiſtratus de
„ Calatrava, Alcantara, S. Jacobi,
„ Jeſu-Chriſti, & de Avis, Caſtellę,
„ Legionis, & Portugaliæ Coronis
„ prædictis, ut præfertur, uniti,incor-
„ porati, & conceſsi fuerunt Coronæ
„ Regię dicti Regni Aragonum, dicta
„ Apoſtolica authoritate, tenore prę-
„ ſentium, perpetuò unimus, connec-
„ timus, & incorporamus, atque con-
„ cedimus: itaque liceat eidem Phi-
„ lippo, ejuſque ſubceſſoribus Regni
„ Aragonum Regibus pro tempore
„ exiſtentibus per ſe, vel alium, ſeù
„ alios, ejus, atque etiam ſucceſſo-
„ rum, & Coronæ Regni Aragonum,
„ hujuſmodi nomine, corporalem,
„ realem, & actualem poſſeſsionem
„ Magiſtratus, ac Magiſtralis Digni-
„ tatis, & Militiæ de Monteſia, illiuſ-
„ que menſæ Magiſtralis hujuſmodi
„ fructuum, reddituum,proventuum,
„ jurium, juriſdictionum, & pertinen-
„ tiarum, aliarumque prędmiſſarum
„ propria authoritate libere aprehen-
„ dere, & perpetuo retinere; ipſoſque
„ fructus, redditus, & proventus in
„ ſuos,

„ ſuos, ac Magiſtratus de Monteſia „ hujuſmodi uſus, ad quos deſignati „ fuerint, & utilitatem convertere, „ Diœceſani Loci, vel cujuſvis alte- „ rius licentia minimè requiſita, ac „ omnia, & ſingula, quę Magiſtri „ dictæ Militiæ de Monteſia, qui pro „ tempore hactenus fuerint, & de „ jure, conſuetudine, aut privile- „ gio, ſeù aliàs quomodolibet, fa- „ cere, gerere, exercere, eaque „ omnia adminiſtrare; necnon Præ- „ ceptorias, ſive Commendas, alia- „ que dictæ Militiæ beneficia, & „ officia, quas, & quæ pro tem- „ pore quomodolibet vacare con- „ tigerit, perſonis idoneis conferre „ valeant.

„ *Cum eo, quod, tam Phili-* „ *ppus, quam ſucceſſores prædictæ Co-* „ *ronę Aragonum Reges pro tempore* „ *exiſtentes, ea, quæ ſpiritualia con-* „ *cernunt, per perſonas dictæ Mili-* „ *tiæ de Monteſia Regulares, & ipſos* „ *Reges pro tempore exiſtentes ad eorum* „ *nutum amobiles deputandas, pro-* „ *bè, & laudabiliter exerceri facere* „ *debeant, & teneantur.* Quibus „ ſic deputatis perſonis, omnia, & „ ſingula, quæ dictæ Militiæ de „ Monteſia, Magiſtri pro tempo- „ re exiſtentes in eiſdem ſpirituali- „ bus de jure, conſuetudine, aut „ aliàs quomodolibet facere, gere- „ re, exercere, mandare, diſpone- „ re, ordinare, & exequi pote- „ rant, & conſueverant; faciendi, „ gerendi, mandandi, ordinandi, „ exercendi, & exequendi omni- „ modam facultatem, & poteſta- „ tem, Apoſtolica authoritate, & „ tenore prę-dictis, etiam perpe- „ tuo tribuimus; diſtrictius inhiben- „ tes dilectis filiis Prioribus, Præ- „ ceptoribus, & Fratribus Militibus, „ ac Clericis, & profeſſoribus, aliiſ- „ que perſonis Conventus Caſtri de „ Monteſia, in quo Militia ipſa inſti- „ tuta fuiſſe dicitur, ac aliàs ubili- „ bet nunc, & pro tempore exiſ- „ tentibus ſub excommunicationis, „ quoad ſingulares perſonas; quoad „ univerſas vero ſuſpenſionis, ac in- „ terdicti, ingreſſus Eccleſiæ, necnon „ privationis Præceptoriarum, alio „ rumque Beneficiorum Eccleſiaſ- „ ticorum, per eos, & eorum quem- „ libet obtentorum, ac inhabilitatis „ ad illa, & alia in poſterum aſſequen- „ da, & obtinenda, eo ipſo incurren- „ dis pœnis, quarum abſolutionem, „ & relaxationem Nobis, & pro tem- „ pore exiſtenti Romano Pontifici „ ſpecialiter reſervamus, ne dicto Phi- „ lippo, aut quocumque alio poſt eum „ Coronę præfatæ Aragonum Rege „ pro tempore exiſtente, cedente, „ vel decente, ad electionem, vel „ poſtulationem, ſeù quamvis aliam „ diſpoſitionem dicti Magiſtratus, & „ ſeù Magiſtralis Dignitatis de Mon- „ teſia, procedere, aut in præjudi- „ cium unionis, annexionis, & incor- „ porationis, & conceſsionis per præ- „ ſentes factarum hujuſmòdi, quid- „ quam attentare audeant, vel præ- „ ſumant: & nihilominus Prioribus, „ Præceptoribus, Fratribus Militi- „ bus, & aliis præfatis, eligendi, poſ- „ tulandi, aut aliàs de Magiſtratu, „ & ſeù Magiſtrali dignitate hujuſmo- „ di diſponendi poteſtatem, eiſdem „ authoritate, & tenore, ſimiliter „ perpetuo omnino tollimus, & aufe- „ rimus. Decernentes, unionem, „ annexionem, incorporationem, & „ conceſsionem prædictas, aliaque „ præmiſſa, ac eaſdem præſentes lit- „ teras de ſubreptionis, obreptionis, „ nullitatis, aut quopiam alio vitio, „ ſeù intentionis noſtræ, vel alio quan- „ tumcumque gravi, & urgenti de- „ fectu, & ex eo, quod intereſſe ha- „ bentes non citati, nec auditi, ſeù „ nominati fuerint, ac eiſdem præ- „ miſsis non conſenſerint, vel quod „ in Conſiſtorio noſtro ſecreto, & de „ Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardin. „ Con-

„ Consilio non emanaverint, notari, „ vel impugnari, seù ad terminos, & „ viam juris reduci non posse, sed „ semper validas, & efficaces existere, „ ac Philippo, & pro tempore existen- „ tibus Coronæ Aragonum Regibus, „ præsentes suffragare debere: nec „ eos, aut eorum aliquem ad verifi- „ candum causas, propter quas præ- „ missa facta fuerint, teneri, vel „ ad id quavis etiam Apostolica au- „ thoritate cogi, aut compelli posse, „ sicque, & non aliter per quoscum- „ que Judices quavis authoritate fun- „ gentes, & ejusdem R.E. Cardinales, „ & causarum Palatii Apostolici Audi- „ tores, sublata eis, & eorum cuili- „ bet quavis aliter judicandi, & in- „ terpretandi facultate, & autho- „ ritate, judicari, & deffiniri de- „ bere; irritum quoque, & inane „ quidquid secus super his à quo „ cumque quavis authoritate, scien- „ ter, vel ignoranter contigerit atten- „ tari.

„ Quo circa venerabilibus Fra- „ tribus nostris Cœsar. August. Tarra- „ conen. & Valen. Archiepiscopis per „ Apostolica scripta mandamus, qua- „ tenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, „ per se, vel alium, seù alios, præ- „ sentes litteras, & in eis contenta, „ quęcumque, ubi, & quando opus „ fuerit, ac quoties pro parte dicti „ Philippi, & dictæ Coronæ Arago- „ num Regum pro tempore existen- „ tium, seù alicujus eorum, fuerint „ requisiti, solemniter publicantes, „ eisque in premissis efficacis defen- „ sionis præsidio assistentes, faciant „ authoritate nostra præmissa omnia „ inviolabiliter observari, ac eidem „ Philippo, & pro tempore existenti- „ bus dictæ Coronæ Aragonum Regi- „ bus, à dilectis filiis Conventu, Prio- „ ribus, Præceptoribus, Fratribus „ Militibus dictæ Militiæ de Monte- „ sia obedientiam, & reverentiam de- „ bitas, ac devotas: necnon à Vassal- „ lis, & aliis subditis Militiæ de Monte- „ sia hujusmodi consueta servitia, & „ jura sibi ab eis debita, integre „ exhiberi, ipsumque Philippum, & „ pro tempore existentes dictę Coro- „ næ Aragonum Reges ad Magistra- „ tum de Montesia hujusmodi, illius- „ que Magistralem Dignitatem, ut „ est moris, admitti, sibique de illius, „ juriumque, & pertinentiarum, ac „ membrorum suorum omnium fruc- „ tibus, redditibus, proventibus, ju- „ ribus, & obventionibus universis „ integre responderi; necnon prædic- „ tum Philippum, & pro tempore „ existentes dictæ Coronæ Aragonum „ Reges, prędictis, & in eis „ contentis, quibuscumque pacificè „ frui, & gaudere non permittentes, „ quemquam eorum per quoscumque „ desuper quomodolibet molestari, „ pertubari, aut impediri; contradic- „ tores quoslibet, & rebelles, ac prę- „ missis non parentes per sententias, „ censuras, & pœnas Ecclesiasticas, „ aliaque opportuna juris, & facti re- „ media, appellatione postposita, com- „ pescendo, ac legitimis super his „ habendis, servatis processibus, sen- „ tentias, censuras, & pœnas ipsas, „ etiam iteratis vicibus agravando, „ invocato etiam ad hoc, si opus fue- „ rit, auxilio brachii secularis, non „ obstantibus voluntate nostra præ- „ dicta, ac piæ memoriæ Bonifacii „ Papę VIII. & prædecessoris nostri „ etiam, qua cavetur, ne quis extra „ suam Civitatem, aut Diœcesim, ni- „ si in certis, tunc expressis casibus, „ & in illis, ultra unam dietam à fine „ suæ Diœcesis, ad Judicium evocetur, „ seù ne dum Judices à Sede prędicta „ deputati alii, vel aliis vices suas „ committere audeant, vel præsu- „ mant, *ac de duabus dietis* in Conci- „ lio generali edita, dummodo ultra „ tres dietas aliquis authoritate præ- „ sentium ad judicium non trahatur; „ aliisque constitutionibus, & ordina-

„ tionibus Apoſtolicis, necnon Ordi-
„ nis, & Militiæ de Monteſia hujuſmo-
„ di, etiam juramento, confirmatione
„ Apoſtolica, vel quavis firmitate
„ alia roboratis ſtatutis, & conſtitu-
„ tionibus, ac ſtabilimentis, uſibus, &
„ maturis privilegiis quoque indultis,
„ & litteris Apoſtolicis Magiſtratui,
„ & Militiæ de Monteſia hujuſmodi,
„ illiuſque Conventui, Præceptori-
„ bus, Fratribus, Militibus, & per-
„ ſonis quomodolibet conceſsis, con-
„ firmatis, & innovatis, illis præſer-
„ tim, quibus caveri dicitur expreſſe,
„ quod dictus Magiſtratus per *Regu-*
„ *lares perſonas Ciſtercienſ. vel alterius*
„ *Ordinis expreſsè profeſſas, & non con-*
„ *jugatas, ac alias certo modo qualifica-*
„ *tas, duntaxat obtineri poſsit.* Qui-
„ bus omnibus, & ſi pro illorum ſuf-
„ ficienti derogatione, de illis, eorum-
„ que totis tenoribus ſpecialis, ſpeci-
„ fica, expreſſa, & individua, non
„ autem per clauſulas generales idem
„ importantes mentio, ſeù quævis
„ alia expreſsio habenda, aut ali-
„ qua alia exquiſita forma ad hoc ſer-
„ vanda foret, illorum omnium, &
„ ſingulorum tenores, ac ſi de ver-
„ bo ad verbum nihil pœnitus omiſ-
„ ſo, & forma in illis tradita obſer-
„ vata, exprimerentur, & inſererem-
„ tur; præſentibus pro ſufficienter
„ expreſsis, & inſertis habentes, illis
„ aliàs in ſuo robore permanſuris,
„ hac vice duntaxat, harum ſerie ſpe-
„ cialiter, & expreſſe derogamus, &
„ derogatum eſſe volumus, contrariis
„ quibuſcumque, aut ſi aliqui ſuper
„ proviſionibus, ſeù conceſsionibus
„ ſibi faciendis de Magiſtratibus hu-
„ juſmodi, ſpeciales, vel aliis benefi-
„ ciis Eccleſiaſticis in illis partibus ge-
„ nerales dictæ Sedis, aut Legatorum
„ ejus litteras impetraverint, etiamſi
„ per eas ad inhibitionem, reſerva-
„ tionem, & decretum, vel aliàs
„ quomodolibet ſit proceſſum; quas
„ quidem litteras, ac proceſſus ha-
„ bitos per eaſdem ad Magiſtratum de
„ Monteſia hujuſmodi volumus non
„ extendi; ſed nullum per hoc eis,
„ quoad aſſecutionem Magiſtratuum,
„ aut Beneficiorum aliorum præjudi-
„ cium generari; ſeù ſi Conventui,
„ Prioribus, Præceptoribus, Fra-
„ tribus, Militibus, Vaſſallis, &
„ ſubditis prædictis, vel quibuſvis
„ aliis communiter, aut diviſim ab
„ eadem ſit ſede indultum, quod
„ ad receptionem, vel proviſionem
„ alicujus minime teneantur, & ad
„ id compelli, aut quod interdi-
„ ci, ſuſpendi, vel excommunica-
„ ri non poſsint: quodque de Ma-
„ giſtratibus hujuſmodi, vel aliis
„ Beneficiis Eccleſiaſticis ad eorum
„ collationem, proviſionem, præ-
„ ſentationem, electionem, ſeù
„ quamvis aliam diſpoſitionem, con-
„ junctim, vel ſeparatim ſpectanti-
„ bus, nulli valeat provideri, ſeù
„ conceſsio fieri per litteras Apoſto-
„ licas, non facientes plenam, & ex-
„ preſsam, ac de verbo ad verbum,
„ de indulto hujuſmodi mentionem,
„ & quibuslibet aliis, privilegiis, in-
„ dulgentiis, & litteris Apoſtolicis,
„ generalibus, vel ſpecialibus, quo-
„ runcumque tenorum exiſtant, per
„ quæ præſentibus non expreſſa, vel
„ totaliter non inſerta effectus illa-
„ rum impedire valeat quomodo-
„ libet, vel differri, & de quibus,
„ quorumque totis tenoribus haben-
„ da ſit in eiſdem litteris mentio ſpe-
„ cialis.

„ Volumus autem, quod
„ propter unionem, annexionem,
„ incorporationem, & conceſsionem
„ prædictas, dictus Magiſtratus de
„ Monteſia debitis non fraudetur
„ obſequiis, ſed illius congrue ſup-
„ portentur onera conſueta. Quod-
„ que prædictus Philippus, & pro
„ tempore exiſtentes Aragonum Reges
„ ab alienatione quoruncumque bo-
„ norum immobilium, ac prætioſo-
„ rum

„ rum mobilium dicti Magiſtra-
„ tus de Monteſia , illiuſque menſæ
„ Magiſtralis pœnitus abſtineant , ac
„ antequam in dicto Regno ſuc-
„ ceſſores prędictum Magiſtratum
„ de Monteſia adminiſtrare poſsint,
„ Cameræ Apoſtolicæ omnia jura,
„ quę ipſius Magiſtratus de Mon-
„ teſia Magiſtri , qui pro tempo-
„ re fuerunt, ſolvere conſueverunt,
„ ſolvere teneantur : quibus ſo-
„ lutis ex tunc confirmatis , & li-
„ centia ad exercendum libere ejuſ-
„ dem Magiſtratus de Monteſia ad-
„ miniſtrationem conceſſæ ſint , &
„ eſſe cenſeantur ; quodque ille ex
„ Philippo , & pro tempore exiſ-
„ tentibus Aragonum Regibus , qui
„ ullo unquam tempore , quod ab-
„ ſit à Romani Pontificis pro tem-
„ pore exiſtentis , & Romanæ Eccle-
„ ſię obedientia , & devotione ſe
„ ſubſtraxerit , vel contra eum , vel
„ eam bellum ſuſceperit , aut in ejus
„ honoris , ſeù rerum detrimentum,
„ & damnum per ſe , vel alium , ſeù
„ alios , directè , vel indirectè ma-
„ chinatus fuerit , hujuſmodi gra-
„ tia eo ipſo privatus exiſtat , præ-
„ ſenteſque litteræ nullius ſint robo-
„ ris vel momenti , ac unio , an-
„ nexio , incorporatio , & conceſ-
„ ſio hujuſmodi eo ipſo diſſolutæ
„ ſint ; & Magiſtratus de Monteſia
„ hujuſmodi per diſſolutionem præ-
„ dictam vacare cenſeatur eo ipſo ,
„ ita ut de illo per ſedem prædic-
„ tam duntaxat libere diſponi poſ-
„ ſit : decernentes irritum , & inna-
„ ne , ſi ſecus ſuper his à quo-
„ que , quavis authoritate , ſcien-
„ ter, vel ignoranter contigerit atten-
„ tari.

„ Nulli ergo liceat omnino
„ hominum hanc paginam noſtræ
„ abſolutionis , unionis , annexionis ,
„ & incorporationis , conceſsionis ,
„ tributionis , inhibitionis , ablatio-
„ nis decretorum, voluntatum , & de-
„ rogationis infringere , vel ei auſu
„ temerario contraire. Si quis au-
„ tem hoc attentare præſumpſerit ,
„ indignationem omnipotentis Dei ,
„ ac Beatorum Petri , & Pauli Apoſ-
„ tolorum ejus ſe noverit incurſu-
„ rum. Dat. Romæ apud Sanctum
„ Petrum anno Incarnationis Domi-
„ nicæ milleſimo quingenteſimo oc-
„ tuageſimo ſeptimo , Idibus Mar-
„ tii , Pontificatus noſtri anno ter-
„ tio.

98 Hæc eſt Bulla incorporationis , ſeù unionis Magiſtratus Monteſiani conceſſa Regiæ Coronæ Aragonum , admodum aliarum conceſſarum Regibus Caſtellę , & Legionis ; immo majore expreſsione , & claritate , quæ lucem efficacius tribuit ad intelligentiam illarum , in eo, quod non ſatis explicuerunt. Ait enim *per perſonas ejuſdem Militiæ Regulares* tractandas cauſas ſpirituales : ubi notandus eſt modus,quo id præcipit Summus Pontifex , nempè *cum eo , quod , tam Philippus , quam alii Adminiſtratores , &c.* Quæ verba important conditionem , & in vulgari idiomate equivalent his *con tal que*, & huic latino *dummodo* , vel *dum tamen* : quę dictiones quando important conditionem, modificant actum, cui adjunguntur , & niſi adimpleatur conditio, actus corruit : ſi vero important modum , licet eo non adimpleto, actus non corruat , obligat tamen ad ſic faciendum , ut cum pluribus tenet Barboſ. *de dict. uſufreq. dict.* 95. *& ſeq.* Quo ſuppoſito videamus , quæ mens ſit Sixti V. in ea cura , qua oſtendit velle ſpiritualia exerceri *per perſonas Regulares* , quin faciat mentionem temporalium ejuſdem Militiæ ? certe præſumendum venit voluiſſe Papam ea geri per perſonas vere , & proprie Regulares, non , ut cumque Regulares , ut ſunt Equites , ſed per Clericos ejuſdem Militiæ , qui ſunt abſolute

Re-

Regulares. Et hoc corrobatur alia conſideratione: nam quis vidit juriſdictionem Eccleſiaſticam inferiorem exerceri, niſi per Fratres Clericos in hoc Ordine, & in aliis Militaribus, nec ſpiritualia geri, niſi per eos? ergo ſi juriſdictio Eccleſiaſtica inferior, hoc eſt, cujuſdam privati territorii, commendatur ab incunabulis Ordinum ſolum Clericis Fratribus; qua fronte credendum eſt de mente Pontificis fore juriſdictionem Eccleſiaſticam ſuperiorem commitere voluiſſe Equitibus Laicis, licet lato modo Regulares? certe non video cur tam variè intellecta fuerit prędicta Bulla cum jam exerceretur juriſdictio inferior à Fratribus Clericis.

99 Adjicimus etiam cum D. Salaz. *ubi ſup. n.* 46. Fratres Clericos hujus Ordinis eſſe ęquales Equitibus in voto, & ſede, quin inter eos detur ulla differentia, niſi, quę oritur ex antiquitate; bona, & officia inter eos erant communia; ut cum multis exemplis exornat prædictus Salaz. *loco citato*, & æquè concurrebant Equites, & Fratres Clerici ad peragendos quoſcumque actus Ordinis, cum pari juriſdictione, officia Procuratorum generalium exercuerunt, Commendas obtinuerunt, ac denique multoties locum tenentes fuerunt, quorum latiſsimum Cathalogum faciunt prędictus D. Salaz. *citato loco*, & Samper *Monteſa iluſtrada* 1. *p. n.* 140. *& in manifeſta defenſione pro ejus capacit. ad exercendam procurationem generalem ſui Ordinis*, quam obtinuit, ut teſtatur D. Salaz. *in d. n.* 46. ubi etiam defendit, tam pure temporalia, quam ſpiritualia exercuiſſe Fratres Clericos hujus Militiæ. Unde infert, & rectè, cœteros Fratres Clericos aliarum Militiarum capaces eſſe, & fuiſſe ea omnia exercendi, & potuiſſe exercere, contra aſſertores contrariæ opinionis: quia cum unio hujus Militiæ fuerit facta Regię Coronę Aragonum, admodum quo facta fuit incorporatio aliorum Magiſtratuum Regibus Caſtellæ, & Legionis, ut ex ipſamet Bulla apparet, non eſt aliud ſentiendum de unis, ac de alteris; maximè cum Ordo Monteſianus ſit vera filia Ordinis Calatravenſis (ut pro comperto habet D. Salaz. *ubi ſup.*) ne nepotes ex filia eſſent melioris conditionis, quam filii ex Avia: quod diſſonum eſſet.

100 Succedunt pro hac rectè, & plenè exagitanda materia litteraliter tranſcribere Bullas citatas *n.* 44. *hujus quæſt.* ut ex earum contextu inferatur, quid faciant pro contraria aſſertione: prima Bulla expedita fuit à S. Pio V. *die* 29. *Novemb. ann.* 1567. quæ in Bullar noſtri Ordin. jacet *fol.* 535. tenoris ſequentis.

PIUS PAPA V. AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

*Exponi Nobis nuper fecit chariſſimus in Chriſto filius Noſter Philippus Hiſpaniarum Rex Catholicus, qui S. Jacobi de Spatha, & de Alcantara, ac de Calatrava Militiarum ſub S. Auguſtini, & Ciſtercienſ. Ordinum Regulis perpetuus Adminiſtrator per Sedem Apoſtolicam deputatus exiſtit*, quod Conſilium Militiarū hujuſmodi, in quo adminus quatuor egregii DD. vel Licentiati in utroque, vel altero jurium, & unus Præſidens Militiarū earundē, reſpective profeſsi, continuè reſident, *de delictis, criminibus, exceſsibus per Præceptores, Milites, & Fratres, ac alias perſonas Militiarum hujuſmodi pro tempore perpetratis, & commiſsis cognoſcere, illoſque, adhibitis ſecum duobus Præceptoribus, aut Militibus ancianis illius Militiæ, cujus delinquentes ſunt, punire, corrigere, & caſtigare conſueverunt, & ſolent, & quamvis delinquentes, ut præfertur, condemnati, ſententiis contra eos latis tanquam juſtis, & honeſtis, acquieſcere deberent, & obedire, nihilominus, ut à condemnatione, & pœnis eis ritè impoſsitis, illicitis modis, & viis ſe eximere poſsint, à ſententiis contra eos latis hujuſmodi appellationes interponunt, aut interponere faciunt,*

*cauſaſque appellationum per eos interpoſitarum hujuſmodi certis judicibus extra gremium dictarum Militiarum eis affectis, & ut plurimum juris ignaris vulgo dictis in partibus Hiſpaniarum Judices* de Manga: *cum clauſula*, & corum cuilibet *committere faciunt, unuſque ex dictis Judicibus ſolus cauſam per tot Doctores, & duos ancianos prius cognitam, terminatam, & ſine debito deciſſam cognoſcit, & ut plurimum amicitia, aut aliquo humano affectu ductus, ſeu ignorãter errans omnes delinquentes hujuſmodi juſtè, & rectè condemnatos per ejus nullãm, iniquam, & injuſtam ſententiam abſolvit: quo fit, ut delinquentes ipſi, licet gravia, & enormia crimina, & delicta commiſſerint, impuniti evadant, & multitudo delinquentium in dies creſcat, in multorum non modicum ſcandalum, & Militiarum hujuſmodi, vilipendium.*

*Quare prædictus Philippus Rex, & Adminiſtrator nobis humiliter ſupplicari fecit, quatenus præmiſſis de oportuno remedio providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.*

*Nos attendentes, inconveniens eſſe, cauſas criminales Præceptorum, Militum, & Fratrum, & aliarum perſonarum Militiarum hujuſmodi per perſonas Militiarum hujuſmodi non profeſſas cognoſci, & terminari debere, juſtis, & honeſtis petitionibus inclinati, de cætero omnes, & ſingulas cauſas quaruncumque appellationum interpoſitarum à ſententiis per dictum Conſilium contra quoſcumque delinquentes Militiarum hujuſmodi pro tempore latis, cum in partibus committerentur, nulli alteri perſonæ, ſeù perſonis, niſi uni ex prædicto Conſilio, qui cum voto, & conſilio trium Militum, qui fuerint conjuncti, & qui in præfata cauſa votum non dederint, judicare debeat, committi debere, & quod, cui cauſa appellationis commiſſa fuerint, debeat, & teneatur omnino cum prædictorum voto, & non aliàs, aliter, nec aliomodo ipſas cauſas audire, cognoſcere, decidere, & prout juris fuerit terminare, per præſentes authoritate Apoſtolica ex certa noſtra ſcientia proprio motu decernimus, ſtatuimus, & ordinamus.*

*Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutis, privilegiis quoque, indultis, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis authoritate, vel firmitate roboratis, etiam litteris Apoſtolicis per quoſcumque Rom. Pontifices prædeceſſores noſtros, & Nos, & Sedem Apoſtolicam, ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis irritantibus, & aliis decretis quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus illorum tenores, ac ſi præſentibus de verbo ad verbum inſererentur pro plenè, & ſufficienter expreſſis habentes, hac vice ſpecialiter, & expreſſe derogamus, & derogatum eſſe decernimus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris die 29. Novembris 1567. Pontificatus noſtri anno ſecundo.*

101 Alia necnon offertur Bulla ejuſdem Pontificis, & tenoris, quæ jacet in prædicto Bullario noſtri Ordinis *fol.* 540. & tract. de appellation. in cauſis civilibus à Conſilio Ordinum, & ſic ſe habet.

## *PIUS PAPA V. AD PERPETUAM REI MEMORIAM.*

*Exponi Nobis nuper fecit chariſſimus in Chriſto filius Noſter Philippus Hiſpaniarum Rex Catholicus, qui S. Jacobi de Spatha, & de Alcantara, ac de Calatrava Militiarum ſub S. Auguſtini, & Ciſtercienſ. Ordinum Regulis perpetuus Adminiſtrator per Sedem Apoſtolicam deputatus exiſtit,* quod Conſilium Militiarũ hujuſmodi, in quo adminus quatuor egregii DD. vel Licentiati in utroque, vel altero jurium, & unus Præſidens Militiarum earundẽ reſpective profeſsi continus reſident, *in dicto Conſilio cauſa pro tempore inter Præceptores, Milites, & Fratres, ac alias perſonas Militiarum hujuſmõdi illis inſervientes introductas, & pendentes, quæ ex viſitationibus in dictis Militiis pro tempore factis proveniunt,*

*niunt, oriuntur, & resultant, audire, & cognoscere, illasque justè, & rectè terminare, finire, & decidere solent. Et quamvis per sententias ipsas condemnati sententiis hujusmodi, tanquam justis, & ritè, rectèque latis, acquiescere, & obedire deberent, nihilominus, ut à sententiis, & condemnatione, ac pœnis in eis contentis illis ritè impositis, illicitis viis, & modis se eximere possint, à sententiis contra eos latis hujusmodi appellationes interponunt, causasque ipsarum appellationum Judicibus extra gremium prædictarum Militiarum eis affectatis, & ut plurimum juris ignaris in illis partibus vulgo dictis* Judices de Manga, *cum clausula*: & eorum cuilibet *committi faciunt, unusque ex dictis Judicibus solus, & ut plurimum ignarus causam per tot juris peritos probos prius ritè, & rectè cognitam, terminatam, & maturè discusam cognoscit, & ut plurimum amicitia, aut aliquo humano respectu ductus se ignoranter errat, omnesque contra quos sententiæ justè, & rectè latæ fuerunt, per ejus nullam, iniquam, & injustam sententiam absolvit, in multorum scandalum, & Militiarum, & Consilii hujusmodi vilipendium.*

*Quare prædictus Philippus Rex, & Administrator nobis humiliter supplicari fecit, quatenus in præmissis de opportuno remedio providere, de benignitate Apostolica dignaremur.*

*Nos igitur attendentes, inconveniens esse, causas prædictas inter Præceptores, Milites, & Fratres per aliàs personas Militiarum hujusmodi non professas audiri, & terminari debere, justis & honestis petitionibus prædicti Philippi Regis, & Administratoris in hac parte inclinati; ut de cætero omnes, & singulæ causæ quaruncumque appellationum à sententiis prædictarum visitationum per dictum Consilium contra quoscumque Præceptores, Milites, & personas hujusmodi Militiarum in causis prædictis pro tempore latis, cum in partibus committentur, nulli alteri personæ, seù personis, nisi uni ex prædicti Consilii auditoribus, qui in prima instantia Judex principalis, seù Relator causæ non fuerit, committi debeant, qui causas appellationis sibi commissas cum aliis suis coauditoribus communicare non possit, sed ipse solus cum voto, & consilio, ac assensu duorum, aut trium Militum ancianorum Militiarum hujusmodi, qui in prædicta prima instantia votum non dederint, & non aliàs, aliter, nec aliomodo ipsas causas audire, cognoscere, & decidere, ac prout juris fuerit terminare debeat, & teneatur; per præsentes authoritate Apostolica ex certa nostra scientia perpetuo decernimus, statuimus, & ordinamus, ac mandamus.*

*Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, statutis, privilegiis quoque, indultis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, & litteris Apostolicis per quoscumque Rom. Pontifices prædecessores nostros, ac Nos, & Sedem prædictam, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis irritantibus, & aliis decretis quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis; quibus omnibus, illorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, pro plenè, & sufficienter expressis habentes, hac vice specialiter, & expresse derogamus, & derogatum esse decernimus, cæterisque contrariis quibuscumq. Dat. Romæ, apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 20. Januarii 1568. Pontificatus nostri anno quarto.*

102 Ex his duabus postremis Bullis sanctitatis Pii V. quis non videt, nec verbum in precibus, aut in gratia inveniri, an fuerint Laici? an Clerici illi egregii Doctores, vel Licentiati? sed tantum asseri, tam Præsulem, quam Consiliarios esse professos; immo supponunt esse capaces judicandi, & terminandi omnes, & quascumque causas, tam criminales, quam civiles; minime vero non professos, indecensque, ac valde indecorum sibi esse causas terminari à non professis. Quod quidem probat aperte

te Novitios horum Ordinum neutiquam poſſe judicare ſimiles cauſas, ut ſuprà aſſeruimus pluribus juris fundamentis, probant etiam antianos, licet non litteratos valde inſtructos in legibus Ordinum eſſe capaces judicandi has cauſas reſpective, ſumptis prædictis antianis ex unoquoque Ordines ad ſtatum, tam Laicalem, quam Clericalem. Denique probant in mente ſanctitatis Pii V. gubernium horum Ordinum non eſſe promiſcuum, aut immixtum, ut in praxi eſt, ſed Conſilium ita Congregatum componi ex profeſsis eorundem Ordinum, ſed unumquemque Conſiliarium reſpective ad ſuum Ordinem recipere appellationes à Prioribus, ſeù Vicariis ſui Ordinis, vel territorii. Et hoc patet ex viſceribus Bullarum: nam eo, quod diſpoſitio Pontificia cadat ſuper cauſas criminales, & civiles viſitationum, & ipſæ viſitationes fiunt, & fierent per Viſitatores uniuſcujuſque Ordinis, diſſonum, & variabile eſſet à Conſiliariis alterius Ordinis in gradu appellationis cognoſci: ergo tam longe abeſt, ut hæ Bullæ faveant praxi Conſilii, quod immo opponantur, ſuadeantque, ut quemadmodum viſitationes fiebant in uno, & altero Ordine à Laicis, & Clericis ſimul, in Conſilio etiam ipſi egregii Doctores, vel Licentiati forent in mente Pontificis partim Clerici, partim Laici, qui de ſpiritualibus, & temporalibus cognoſcerent.

103 Quod autem in illo tempore, & multo antea Viſitatores fierent à ſimul Clericis, & Laicis, clare illud exprimunt litteræ Magiſtri D. Laurencii de Figueroa directe ad Moniales S. Mariæ *de Junqueras* ſuper Prioriſę electione, viſitatione, & reformatione illius Conventus; quæ quidem litterę ſtant in Bullario noſtri Ordinis *ann.* 1389. *ſcript.* 1. *fol.* 356. & ſic ſe habent. *Dompnus Laurentius Sugerii de Figueroa Dei gratia, Magiſter Ordinis Militię S. Jacobi de Spatha dilectis in Chriſto Sororibus Monialibus Monaſterii* de Jonqueriis, *in Civitate Barchinonenſi ſituatis dicto Ordini noſtro, ac nobis ſubjectis, ſalutem in Chriſto. Cum ex relatione fidedignorum ad noſtram notitiam pervenerit, & veſtri decreti pro parte venerabilis Dominę Blanchæ Marqueta Supprioriſæ nobis præſentati patuerit evidenter, quod cum dictum Monaſterium per obitum D. Franciſcæ de plano quondam Prioſæ, Paſtoris eſſet ſolatio deſtitutum, vos dictæ Moniales, & Dominę convenientes in unum ad electionem futuræ Prioriſæ per modum ſcrutinii proceſsiſtis, ſed ſatore zizaniæ procurante vota veſtra in plures diverſa, quatuor ex vobis de facto fuerunt electæ in diſcordia, quarum electionum, quia neutra earum à majore parte Capituli, prout jus diſponit, ſtitit celebrata, nulla de jure debebat, nec poterat confirmari, quin immo prędictæ electiones ſunt nullæ ipſo jure, vel ſaltem de jure forent annullandæ; & quia propter præfatas electiones, ut præmittitur, celebratas in diſcordia prædictum Monaſterium grandia diſpendia, & magna incommoda patitur, ac prout experientia, quę eſt rerum eficax magiſtra, docet, in ſpiritualibus, & temporalibus pati poterit in futurum; id circo indemnitatibus dicti Monaſterii, & veſtris occurrere deſiderabiliter affectantes, ex veſtris, ac dicti Monaſterii neceſsitatibus providere, quantum poſſumus cupientes, dilectum Militem Fernandum Didaci, Fratrem noſtrum Commendatorem Villæmajoris, vobis ſuper prædictis duximus tranſmittendum. Cui ne dum in his, quæ circa Inquiſitionem, examinatoine, & declarationem electionum fuerint facienda, inquirenda, examinanda, ſeù etiam declaranda, verum etiam quidquid circa confirmationem dictarum electionum, vel alterius earum, ſi de jure valeat confirmari, & circa collationem, ſeù novam proviſionem, ſi jure devoluto nobis debeatur, inſtitutionem, & inveſtituram Canonicam dicti Prioratus, ac futuræ Prioriſæ ſtiterit faciendum, eidem vices noſtras committimus, & plenariè duximus committendas; atque ſi quid Inqui-*

*quiſitionis, correctionis, & reformationis, vel viſitationis in præfato Monaſterio ſtiterit neceſſarium, ſeù expediens, vel oportunum, noſtro nomine, ac authoritate viſitet, & reformet.::: Cœterum: quia circa actus viſitationis, correctionis, ſeù reformationis exercendum, & pœnitentias ſalutares vobis, & aliquibus veſtrum injungendas præfatus noſter Frater dilectus Fernandus Didaci tamquam Miles Laicus poteſtatem in talibus non habeat, propterea chariſsimum Fratrem Petrum Ferdinandi Cappellanum noſtrum vobis deſtinamus, qui in his, quæ ad curam animarum ſpectant, vobis ſalubriter provideat, & devotè.*

*Quare vobis, ac cuilibet veſtrum ex præcepto in virtute ſanctæ obedientię præcipiendo, mandamus, quatenus dictos dilectos Fratres noſtros benignè, & humiliter, ut nos metipſum recipiatis, & ipſos gratiosè pertractetis, in omnibus præmiſsis, & circa quælibet præmiſſorum, ut nobis, & perſonę noſtræ pareatis, atque plenariè obediatis, & viſitationis, proviſsionis, inſtitutionis, deſtitutionis, correctionis, aut reformationis mandata, juſſa, ſeù præcepta per ipſos, ſeu eorum quemlibet facta, geſta, atque habita, ac ſi per Nos facta, ſeù geſta forent, omnimode adimplendo, ac etiam ſervando: & quidquid per præfatos Fratres noſtros, & eorum quemlibet circa præmiſſa geſtum fuerit, ratum, gratum habemus, atque firmum habebimus in futurum. In cujus rei teſtimonium has noſtras patentes litteras vobis directas noſtro nomine roboratas, & noſtri ſygilli Magiſtratus appenſione munitas, eiſdem duximus concedenda. Nulli ergo veſtrum liceat circa præmiſſa, aut aliquid præmiſſorum attentare, aut etiam controvertere aliàs contra tranſgreſſores, & inobedientes ſecundum Deum, & noſtrum Ordinem procedemus; prout melius de jure poſſumus, & debemus. Dat. in Villa noſtra de Jerico 7. die September ann. D. 1389. Nos el Maeſtre.*

104 Litteræ relatæ D.Magiſtri Figueroa plura tenent conducęntia ad noſtrum aſſumptum. Primo: æquis vocibus, æquaque juriſdictione aſſolitos fuiſſe Magiſtros particulares committere negotia conjunctim Clericis, & Laicis, ut unuſquiſque in ſuo caſu exerceat juriſdictionem ſibi competentem, & ſic cum in Conventu *de Junqueras*, ut infrà *in* 5. *p.* fundabimus, profiteantur ſuæ Moniales caſtitatem conjugalem admodum Militum, tantum Laico commiſsit confirmationem Magiſter; & quidquid ſpirituale eſſet Fratri Clerico; ſecus vero eſſet, ſi commiſsio daretur ad alios Conventus, in quibus profeſsio fiat caſtitatis abſolutæ: quia tunc ęqua lance ſine diſtinctione actuum concurrunt ambo ſocii, quin unus ſine altero poſsit operari, tum in electione, tum in viſitatione, & aliis gerendis, prout nunc fit, & exinde, aut multo prius factum fuit. Secundo clare docent Fratrem Laicum incapacem eſſe exercendi actus viſitationis, correctionis, aut reformationis, nec poteſtatem habere imponendi prędictis Sororibus pœnitentias ſalutares, tanquam res pure Eccleſiaſticas, ſeù ſpirituales, per illa verba. *Cœterum circa actus viſitationis, correctionis, ſeù reformationis exercendum, & pœnitentias ſalutares vobis, & aliquibus veſtrum injungendas præfatus noſter Frater dilectus Fernandus Didaci, tanquam Miles Laicus poteſtatem in talibus non habeat.* Ubi premo verbum *in talibus*, hoc eſt in actu viſitationis, ſeù reformationis, & in pœnis injungendis. Chariſmus Frater Petrus Fernandi, Cappellanus Magiſtri fuit nominatus ad illos actus exercendos, ut perſona Eccleſiaſtica: ergo ſi Magiſter Figueroa, & alteri Magiſtri particulares hoc ſenſerunt, ſeù practicarunt, tenentes, ut incapaces, Milites Laicos ad pure eccleſiaſtica, ſeù ſpiritualia exercenda, conſequens eſt id debere obſervari, & practicari in Ordinum Conſilio à Militibus Laicis, qui pœnitus debent abſtineri ab imponendis

pœ-

pœnis ſalutaribus Religioſis Clericis, aut Monialibus, ſed ab Eccleſiaſticis Fratribus debent injungi nomine Magiſtri. Quod magis patet: nam D. Reges tenentur ex Bullis incorporationis regere, & gubernare hos Ordines, admodum, quo adſolebant eos regere, & gubernare Magiſtri anteceſſores. Sed hi Magiſtri (ut clareſcit ex litteris antea explanatis) quidquid pure eccleſiaſticum, aut ſpirituale committebant Fratribus Clericis: quia particulares Magiſtri Milites, tanquam Laicos habebant ut incapaces exercendi tales actus: ergo cumque tot tantique ſint tractandi in Ordinum Senatu, debent etiam ibi reſidere Fratres Clerici ad expeditionem ſimilium cauſarum, & tunc adimplebitur diſpoſitum per Bullas incorporationis, & Ordines manebunt gubernati admodum, quo Magiſtri particulares illos gubernabant. Itaque aliomodo geſta non ſolum contra jus ut diximus, verum etiam contra mentem Pontificum, & praxim inconcuſam Magiſtrorum particularium eſſent, quã ſervare ad unguem debet in adminiſtratione Regia Catholica Majeſtas; cui conſuli oportet, & debet ſuper hac re, ut integre tribuat formam judicandi, & gubernandi hos Ordines; quod expectatur fieri à ſua rectiſsima benignitate, & juſtitia, ut vidimus ordinatum per Regia diplomata repetita, quæ mox inferius explanabimus, cum proviſſus fuit de Senatura Conſilii Ordinum Frater Clericus Ordinis Calatravenſis D. Ildephonſus à Torralva, ut videre eſt ex ſequentibus.

105 Primum decretum gratiæ Senaturæ Supernumerariæ prædicti Conſilii Ordinum fuit expeditum à noſtro Rege Philippo V. Neapoli eidem D. Torralva *die* 31. *Maii anno* 1702. ſub hac forma. *En atencion à los ſervicios, y meritos de Don Alonſo de Torralva, y à la aprobacion con que los ha continuado en el empleo de mi Agente general en Roma, le he hecho merced de Plaza ſupernumeraria de eſſe Conſejo de Ordenes, con el exercicio deſde luego, y el goce, que le correſponde, y con calidad, de que haya de ſubintrar en la primera del numero, que vacare, quedando entonces extinguida eſta Supernumeraria. Tendraſſe entendido en el Conſejo de Ordenes. Señalado de ſu Mageſtad en Napoles à* 31. *de Mayo de* 1702. directo prædicto decreto D.D. Joſepho de Mendieta, tunc temporis à ſecretis prædicti Conſilii.

106 Cum vero hoc decretum à Conſilio Ordinum fuiſſet receptum cum qualitate, & conditione expreſſa, ut ipſe D.D. Ildephonſus à Torralva faceret probationes admodum Equitum, ultra ab eo factas, ut Fratre Religioſo Clerico; de hoc ipſe conqueſtus fuit Regiæ Majeſtati Domini noſtri Philippi V. qui tunc exiſtebat Mediolani, qui expedivit aliud Regium decretum in hunc modum. *Habiendo hecho merced de Plaza de eſſe Conſejo de Ordenes à D. Alonſo de Torralva, y entendido, que ſe le quiere obligar à hacer nuevas pruebas, à mas de las que tiene hechas como Religioſo del Orden de Calatrava. He querido advertir al Conſejo de la novedad, que me ha cauſado, el que ſin haberme dado cuenta, dilate con eſte motivo el cumplimiento de eſta merced. Y aſsi mando, y es mi voluntad, que ſin neceſsitar de mas pruebas, que las que tiene hechas como Religioſo el referido D. Alonſo, entre al uſo, y exercicio de ſu Plaza, como los demàs Miniſtros de eſſe Conſejo, ſin diſtincion, ni diferencia en coſa alguna. Tendràſe entendido en èl, y executaràſe aſsi. En el Campo de la Teſta à* 13. *de Agoſto de* 1702. Quod quidem decretum directum fuit Comitti à Montellano, ut Præſuli ejuſdem Conſilii Ordinum.

107 Ab hoc Regio decreto ſupplicatum fuit à majore parte Conſilii Ordinum, & tamen auguſtiſsimus Rex noſter, viſa conſultatione, ac maturo judicio examinata, tertio decrevit *in loco de Figueras Cathalaunniæ*

*die*

*die* 12. *Octobris eodem anno* 1702. *Executese lo resuelto, pues no ay establecimiento formal contra ello.*

108 Ab hoc Regio decreto iterum supplicatum fuit ab eadem majore parte Senatorum, & ipso non obstante publicatum fuit aliud Regium decretum *die* 30. *Novembris anno* 1709. ad istantiam prædicti D.D. Ildephonsi à Torralva lucratum; cui quidem denegabatur ingressus in ipso Tribunali, eo prętextu adhibito recursus acti ad Regiam Majestatem: & decretum præfatum in Regio Consilio Ordinum prolatum, ita se habet. *Don Alonso de Torralva, entre sin mas dilacion en el exercicio de su Plaza, y antiguedad, conforme el decreto de* 13. *de Agosto de* 1702. *Y en quanto à los gajes de este Ministro, què do en dar providencia. Si al Consejo se le ofreciere, que representar, lo execute despues de haber dado cumplimiento.*

109 Quintum, & postremum decretum, quod circa hanc materiam offertur, prolatum fuit in Regali Consilio Ordinum *die* 14. *Januarii anno* 1710. correspondet magnę, & ponderosæ consultationi, ut dicebatur, factæ à majore parte Senatorum prædicti Consilii *die* 16. *Decembris ann.* 1709. Quod quidem ut comprehensivum totius hujus negotii ad litteram apingitur: & ita se habet. *Es notorio el derecho, que Don Alonso de Torralva tiene à el entero exercicio de su Plaza, en fuerza de los Establecimientos, y difiniciones de las Ordenes Militares, y Bulas Pontificias, conque estan confirmados; bien entendidos, no admiten razon de duda; aun quando la Santidad de Clemente XI. no le huviesse reconocido por legitimo Consejero de las Ordenes, quando le concediò Breve para poder votar (sin embargo de ser Sacerdote) en las causas criminales, que ocurriessen en esse Consejo, todas las razones, y multiplicidad de argumentos, que el Consejo acomula en esta, y en las anteriores consultas, son insubsistentes; y no necesitan de mas solucion, que las que les dà su misma debilidad. Y quedan todos desvanecidos bien, y compendiosamente en el voto particular del Conde de Aguilar, y con mas difusion, claridad, y fundamentos en el memorial, que el Procurador general de la Orden de Calatrava, Don Luis de Salazar, ha puesto en mis manos, y remito al Consejo, para que en èl se tenga mui presente. El Consejo execute, y cumpla lo que por cinco repetidos decretos expedidos en razon de la Plaza de Don Alonso, tengo mandado; manteniendole en la possession, propiedad, uso, y exercicio entero de ella; teniendole por tal Ministro de esse Consejo, sin diferencia alguna de los demàs, en todos los actos de votar pleytos, pruebas, y lo demàs perteneciente à justicia, y gobierno de qualquiera calidad, en que los Ministros de èl pueden intervenir sin limitaciò alguna: sobre cuyo assumpto impongo al Consejo obediencia, y perpetuo silencio. Y siendo reservado solo à mi Real authoridad, y soberania, y privativo de ella, suspender el uso de la jurisdiccion de esta, ò de otra qualquiera Plaza, que ya haya concedido, y tenido cumplimiento; debiò tenerlo mui presente el Consejo, para no haber cometido el atentado de suspender, y limitar à Don Alonso el uso de la que yà tenia conferida, y repetidamente mandado servir: acuerdo ofensivo directamente à mi Real authoridad, y soberania; y que el Consejo no debiò, ni pudo tomar, sin que precediesse expressa licencia, y consentimiento mio; de que estarà advertido para no incidir jamas en caso, que se asimile à la deformidad de èste.*

110 Hæc omnia Regia decreta asservantur in Regio Consilio Ordinum, prout jacent litteraliter transcripta, & ex iisdemmet decretis clare convincitur, rem judicatam resultare, quæ est major de mundo, in favorem Fratrum Clericorum Militarium, ut sint capaces Senaturę prædicti Consilii Ordinum. Nam in contradictorio judicio manet decisum, nedum à

Tri-

Tribunalibus, ut cumque, ſed ab ipſo Principe, hinc inde perſpectis fundamentis, & à juris peritis præclariſſimis, quibus conſultum eſt, examinatis, ore ſuo protulit non eſſe ſtabilimentum, quod opponatur ſuæ capacitati: jam diffiniendo, nullis aliis probationibus indigere, quam jam factis à Clericis Religioſis: jam denique debere aſsiſtere omnibus actibus quibus aſsiſtunt, & vovent cœteri Senatores, præter cauſas criminales, quibus aſsiſtere poterunt prævia diſpenſatione Pontificia; debereque ſervari Fratribus Clericis antiquitatem Senaturę, ac eoſdem redditus, ſalaria, aut proventus percipere illis contingere, imponendo obedientiam, & ſilentium perpetuum prædicto Conſilio Regali, corrigendoque ejus procaciam in exequendo prefata mandata, nulloque prætextu poſſe differri proviſionem factam prædicto D. Torralva, nec differendam cum comminatione indignationis Regiæ: ergo recte diximus meliorem demundo debere judicari hanc rem judicatam, cum à Principe modo dicto fuit prolata. Adjicimus etiam repreſentationem factam à D. Salazar, cujus nonnulla fragmenta retulimus ſuprà, manere canonizatam ore ipſius Principis, eaque æſtimandam tanquam convincentem capacitatem Clericorum Fratrum, ut non ſolum poſsint eſſe Senatores in prædicto Conſilio, ſed quod oportet, & expedit tot eſſe, quot Equites in unoquoque Ordine ad tutam expeditionem cauſarum Eccleſiaſticarum, & regimen Monaſticum Religioſorum Clericorum, & Monialium Ordinum, ſivè Conventuum extra Ordines Monialium, quæ manent ſubjectæ ipſis Ordinibus: quod quidem firmiter teneo ex rationibus hucuſque perpenſis, dignumque eſſe pia, ac Catholica Regia Majeſtate hoc prępcipere ſtabiliri, ut in his Ordinibus jus canonicum obſervetur ad unguem, Bullæ Pontificiæ in ſuo proprio ſenſu intelligantur, Magiſtralis poteſtas, ut à Pontificibus fuit commendata, adminiſtretur: brachius Eccleſiaſticus, ac Religioſus ad ſimilitudinem Dioœceſanorum, ac aliorum Regularium gubernetur à ſuperioribus Clericis, ac probatæ vitæ vetuſtioribus in diſciplina regulari verſatis.

111 Quamvis aurea clave decretorum Regalium, quæ ſuprà manent præfixa, deberet claudi aſſumptum hujus quæſtionis; ſcrupulus tamen adhuc reſtat tollendus, reſultans ex praxi expediendi communiter Regales proviſiones, & alia acta judicialia in papyro ſygillata, cum cauſæ ſpirituales, & pure eccleſiaſticæ tractantur: nam in univerſum in quibuſcumque Tribunalibus, tam Metropolitanis, quam in Supremo Nuntii Apoſtolici in Regnis Hiſpanię, in papyro communi expeditur, & acta judicialia fabricantur, in quo animadvertuntur duo in convenientia maxima, nempe brachium Eccleſiaſticum, ſeu Religioſum horum Ordinum fieri pejoris conditionis, quam aliarum Dioœceſum in contributione dictæ papiri ſygillatæ, cum omnes Dioœceſani ab illa ſint exempti, non ſolum in prima inſtantia verum etiam in ſecunda, & ſic de cœteris. Deinde apparet valde diſſonum, & notabilis difformitas in eo, quod cauſæ incipiant, ſubſtantientur, & determinentur in papyro communi coram Prioribus, & Vicariis, ut de illis debent cognoſcere juxta Bullam Julii III. de qua ſuprà egimus 3. *p. tom.* 2. *q.* 9. *n.* 1. & 2. & extat in Bullar. noſtr. Ordin. *fol.* 513. *n.* 5. & ab eorum ſententiis tantum ad Ordinum Conſilium eſſe appellandum, quod cauſæ in prima inſtantia inſequantur in papyro communi, & in gradu appellationis in papyro ſygillata, & rurſus reddantur cauſæ ad ſcribendum in papyro communi, ut frequenter contigit, & videmus inconcuſe practicari. Quæ quidem inconvenientia maximi ponderis ſunt, ut digna ſint reformatione,

& hoc facile, poterit corrigi, collocatis Fratribus Clericis ad exercendam jurisdictionem ecclesiasticam : nam quemadmodum Metropolitani vastissimi territorii, ut Toletanus, & Compostellanus nomine suorum Archiepiscoporum in hac praxi generantur, Sanctum Tribunal Supremum inquisitionis id gerit, & observat in expediendo in papyro communi, quin ideo decrescat gubernium, licet in minimum, nec puritas in judicando in aliquo deficiat : hoc idem potest expectari, Deo dante, si praxis hæc stabiliatur in his Ordinibus, ac charissimo Regi nostro placuerit.

*An possint exercere officium Advocatorum.*

## SUMMARIUM.

*Quid sit officium Advocati, & quare introductum in Republica. n.1.*

*Imperatores gloriantur in esse advocatos Ecclesiæ. n.2.*

*Jesus Christus D. noster pluries exercuit officium Advocati. ibid.*

*Virgo Beata Maria communiter appellatur advocata nostra. ibid.*

*Ratio præstatur, quare dignitati Sacerdotali, & præcipue Religiosis, non convenit exercere munus advocationis in Tribunalibus secularibus, & à jure civili prohibitum est. ibid.*

*Jure etiam canonico, & Regni probatur esse prohibitum. n.3.*

*Primus casus limitationis, quam patitur prefata regula generalis prohibitionis, ille est, scilicet advocandi in propriis litibus. n.4.*

*Secundus, in causis Ecclesiæ propriæ, Beneficii, seù Monasterii, & ideo in Cathedralibus, & Collegiatis creatæ fuerunt Præbendæ Doctorales, fere in omnibus Hispaniæ. n.5.*

*Tertius, in causis vassallorum, seù subditorum, aut feudatariorum. num.6.*

*Quartus casus est, pro domesticis, seu cognatis, aut* por sus paniaguados, *& describitur, quid sint isti. n.7.*

*Prosequitur explicatio verbi* paniaguado, *cum intelligentia legis partitæ. n.8.*

*Quintus est, pro Canonico, Rationario, Beneficiato, seu Cappellano, qui redditus simul capiunt sub eodem tecto, & in causis conjunctarum personarum, etiam conjunctione spirituali. n.9.*

*Sextus casus est, in causis Patris, vel Matris. n.10.*

*Septimus casus est, in causis amicorum valde charorum. n.11.*

*Octavus pro illa persona, cui jure succedere potest Clericus Advocatus. n.12.*

*Nonus casus est, pro personis miserabilibus, vel pauperibus. n.13.*

*Antecedens casus comprehendit innumerabiles personas, quæ hic referuntur, velut Viduæ, Pupuli, Horphani, Virgines, Senes, Decrepiti, Peregrini, Officiales Ecclesiæ, vel Monasterii, Conventus Mendicantium, Rustici, Ægroti, Captivi, Incarcerati, Furiosi, Cœci, Immemoriati, Muti, Surdi, Claudi, membris truncati, & alii, qui perenniter mala paciuntur. n.14.*

*Decimus casus est, qui exprimitur in leg. 48. tit. 6. partit. 1. ubi referuntur expresse Commendator, & Prior, & alii. n.15.*

*Undecimus casus est, in causis propinquorum, qui dicuntur usque ad quartum gradum conjuncti, etsi ex transverso latere descendant. n.16.*

*Duodecimus casus est, qui deducitur ex verbis* cp.1.de postulando, *ubi prohibetur patrocinari in negotiis secularibus, & hinc notant AA. posse patrocinari in una lite, deinde in altera; non vero eodem tempore, in una lite, & altera. n.14.*

*Decimus quartus casus est, quando Sacerdos ad titulum sufficientiæ fuit ordinatus, velut Doctor, vel Licentiatus : quia tunc potest pro sua substentatione in*

*foro diſceptare in quibuſcumque cauſis civilibus profanis.n.18.*

*Limitatio propoſita non ſolum habet locum,quandoSacerdos ordinatus eſt ratione ſufficientiæ, ſed etiam quando habeat exiguam ſubſtentationem in beneficio Eccleſiaſtico , quod obtinet : & præſtantur rationes , quibus nititur hęc limitatio. n.19.*

*Alia ratio aſsignatur amplius , & in eo fiſtit:quia Clerico pauperi licet ex operibus ruralibus victum quærere:ergo multo fortius licebit ei advocationis munus exercere n.20.*

*Decimus quartus caſus eſt in cauſis,in quibus Clericus habet intereſſe commune cum Eccleſia , vel Monaſterio. n.21.*

*Decimus quintus caſus eſt in cauſis proprii Prælati. n.22.*

*Decimus ſextus caſus eſt in cauſis Principis temporalis , & pro defenſione Patroni Laici. n.23.*

*Decimus ſeptimus caſus eſt,quando Clericus in foro vellit diſceptare,non cauſa lucri , ſed cauſa charitatis. n.24.*

*Referuntur alii caſus,in quibus ceſſat prohibitio advocationis , veluti , qui pertinent ad litteraturam Juriſprudentiæ , & hoc deducitur ex eo, quod advocatio dicitur expoſitio juris ſui , vel amici coram eo , qui juriſdictioni præeſt. n.25.*

*Qui intervenit allegationibus juridicis ſuadendo partibus , ut contractus ineatur , non advocat : quia hoc non eſt allegare in judicio. n.26.*

*Nec intelligitur advocare , qui allegat jura partis coram arbitratore : quia non eſt proprie judicium. n.27.*

*Non prohibentur allegationes domeſticę , & conſultationes , quæ privatim expediuntur : quia hoc non eſt diſceptare in foro. n.28.*

*Sunt etiam Doctores , qui non ſolum docent, Clericis licere allegationes , & conſultationes domeſticas facere , verum etiam Epiſcopis , & Cardinalibus , & eſt, qui defendit poſſe in privato ſtudio petitiones facere , ſed Author non probat. n.29.*

*Fit ſummarium omnium limitationum antea expreſſarum. n.30.*

*Deducitur concluſio , quod Fratres Clerici horum Ordinum poſſunt diſceptare in foro ſeculari in illis caſibus, & non ultra. num. 31.*

## *QUÆSTIO. V.*

1 OFFICIUM Advocatorum introductum eſt ob bonum,quietem , & concordiam civium, & habitatorum Civitatum , Villarum, & Locorum ; & ad faciliorem expeditionem miniſterii , & executionem juſtitiæ , illud adinvenit politica neceſsitas. Eſt vero officium advocationis laudabile, utile, privilegiatum, honorificũ nobile , & valde meritorium apud Deum;ut conſtat ex jure canonico , civili , & Regio , ut communiter docent AA. præcipueque Tiraquel. *de nobilit. cap.29.n. 11.cum ſeqq.* Cujac.*lib.16. obſerv. cap.9.* Donell.*lib.18.comment. cap.3.* ubi Oſſuald.*litter.D.& E.*Petr. Gregor. *lib.19. ſyntagm. jur. cap. 1. n.8. & lib.49.cap. 6.* Lara *in compend. vit. hom. cap. 30.n.14.* Maſtrill. *de Magiſtrat. lib. 2. cap.12. ex n.6.* Guzm. *de evict.q.48.* Burg. de Paz *in proem. l. Tauri n.379.* Fontanel. *de pact. nupt. tom.1.clauſul. 4.gloſſ. 10.p.1.n. 127.* Caſſanate , Villalobos , Machado , D. Larrea , Trentacinquus , Auguſtinus Barboſa, & alii quam plurimi congeſti à Salcedo *in analect. ad l. 34. tit. 16. lib. 2. recopilat.* pulchre, & late Joann. Paul. Xamar. *in ſuo peculiari tract. de offic. Advocati part.2.q.2.pertot.* Parex. *de inſtrum. edit. tit. 6. reſolut. 1.num.5. tom.2.* & Bobadill. *lib. 3. polit. cap.14. n.61. tom.2.* cum aliis innumerabilibus , quos referre omittimus brevitatis cauſa.

2 In hujus rei confirmationem ſatis eſt dicere , quod Eccleſia appellavit Imperatores Advo-

vocatos ſuos *in cap. venerabilem verſic. numquid enim el 2. de elect.* & quod iidem Imperatores gloriati fuerint in ſe ipſis vocandis Advocatis Eccleſię *clement. unic. de jur. jurand.* Sed quid mirum! ſi Imperator Imperatorum, & Rex Regum Dominus noſter Jeſu-Chriſtus pluries quodam modo exercuit officium advocationis, ut ex Parente D. Auguſtin. optime probat Anton. Gravat. *in annotat. ad veſtrium lib. 2. cap. 18. num. 3.* Parex. *d. tit. 6. reſolut. 1. num. 5.* & in ſacra ſcriptura vocatur Advocatus noſter, ut habetur Joann. II. ibi: *Filioli mei hæc ſcribo vobis, ut non peccetis, & ſi quis peccaverit, Advocatum habemus apud Patrem Jeſum Chriſtum juſtum.* Et denique Mariam Sanctiſſimam Angelorum Reginam Salvatoris noſtri Matrem appellamus Advocatam noſtram, ſalutantes communiter *in Salve Regina* propria commemoratione. Sed cum excellentia, & dignitas Sacerdotalis tam emminens ſit, & admirabilis, quod magnitudo ſui ſplendoris intuenda eſt ad modum ſolis, qui non poteſt, ut cumque videri, ob fulgura, quæ expedit, quæ viſum impediunt, ut ait D. Michael à Zaragoza *de Sacerdotal. Dignit. excellent. cap. 4. & in cap. 14.* diſcurrens per omnes creaturas, & majores dignitates, ait Sacerdotalem omnes excellere: quare Eccleſiæ viſum eſt non decerè, ut Sacerdotes, & maxime Religioſi officium Advocatorum exercerent in Tribunalibus ſecularibus *leg. conſult. de teſtam.* Valero Reginald. *in prax. for. pœnit. lib. 25. num. 662. in fin.* Joann. Paul. Xamar. *dict. tract. quæſt. 3. num. 23. part. 2.* ibi: *Ab advocatione prohibentur alii propter indecentiam, ut Monachi, & Regulares, atque Clerici in ſacris conſtituti, vel in minoribus Beneficiati.* Ex quibus verbis infertur prohibitum eſſe officium Advocationis ab Eccleſia Clericis, & præcipue Monachis, ſeu Religioſis abſolute loquendo.

3 Jure etiam Canonico prohibitum fuit ex Concilio Lateranenſi *in cap. 1. 2. & 3. de poſtul. cap. Sacerdotib. cap. ſed nec, ne Cleric. vel Monach. & jur. civil. ex leg. placet 17. leg. repetita prope finem 39. C. de Epiſcop. & Cleric. authent. de ſanct. Epiſcop. §. Sed neque, collat. 9. leg. non diſtinguemus 32. §. Sacerdotio ff. de arbitr.* jure denique Regni *leg. 2. tit. 9. lib. 1. for. leg. 48. tit. 6. part. 1. leg. 2. tit. 6. partit. 3. leg. 6. tit. 19. leg. 23. tit. 15. lib. 2. leg. 12. tit. 3. ordinam.* & de noviore *leg. 10. tit. 3. lib. 1. & leg. 15. tit. 16. lib. 2. recopilat.* „ ibi: Mandamos, que ningunos „ Religioſos, ni Clerigos de orden „ ſacro, ò que ſean ordenados de „ Epiſtola, ò Beneficiados de Igle„ ſia, no ſean Abogados ante Jue„ ces algunos Seglares. Et inſerta prædicta *leg. 15.* in Regiis Proviſſionibus, conſtat etiam juſſum fuiſſe tabellionibus hujus noſtri Regni, ne admitterent advocatias, ſeu petitiones prædictorum Clericorum, ſeu Religioſorum ad illas exponendas in Tribunalibus ſecularibus.

4 Verum, ſalva pace prædictæ prohibitionis tot juribus firmatæ, ſentio tamen quam plures aſſignari, ſeu excipi caſus, in quibus prędicti Clerici, vel Monachi advocare valent, quos ſygillatim ennumerabimus.

Primus caſus eſt, in quo poſſunt ſcribere Clerici in Audientiis ſecularibus, cum ſuas proprias lites defendunt *d. leg. 15. tit. 10. lib. 2. recopil.* ibi: *Salvo en ſus pleitos miſmos d. leg. 2. tit. 9. lib. 1. for.* ibi: *Salvo ende en ſu pleito miſmo, cap. 1. de poſtul.* ibi: *Niſi propriam cauſam, & in cap. 2. eodem*, ibi: *Non niſi per-*

*per ſe ipſos leg. placet* §. 1. *C. de Epiſcop. & Cleric.* ibi : *Niſi forte ſinguli ob cauſas proprias, & neceſſitates Judicem addierint aliquem pulſantes lite, vel ab alio ipſi pulſati*, & ibi D. D. Xamar. *d. queſt.* 3. *num.* 25. Alvar. à Balaſc. *de privileg. paup. quæſt.* 9. *num.* 7. *part.* 1. Farinac. *part.* 1. *fragm. criminal. verſic. Clericus n.* 196. *poſt tract. de teſtib.* & alii paſsim.

5 Secundus in litibus Eccleſię propriæ, ubi obtineat beneficium aliquod *d. leg.* 15. ibi : *O de la Igleſia donde es beneficiado d. leg.* 6. *tit.* 19. *lib.* 2. *ordinam. leg.* 2. *tit.* 6. *partit.* 3. *d. cap.* 1. ibi : *Vel Eccleſiæ ſuę fuerint proſecutæ. Et cap.* 2. ibi : *Niſi forte id Monaſterii ſpoſcat utilitas. Et cap.* 3. ibi : *Vel Eccleſia ſua, de poſtul.* & communiter DD. & omnes Canoniſtæ, Farinac. *Ubi proxime n.* 194. *& ſeqq.* quo fine inſpecto, erectę fuerunt in Eccleſiis Cathedralibus, & nonnullis Collegiatis Prębendæ Doctorales in Regnis Caſtellę & Legionis, Bullis Sixt. IV. & Leon. X. quas ad litteram refert Garcia *de benefic.* 5. *part. cap.* 4. *poſt num.* 160. Machad. *in ſumm. tom.* 2. *lib.* 4. *part.* 4. *tract.* 1. *docum.* 1. *num.* 2. videndus D. Solorzan. *de jur. Ind. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 15. *n.* 41.

6 Tertius in litibus ſuorum Vaſſallorum, ſic limitat *dict.* 15. ibi : *O por ſu Vaſſallo, d. leg.* 6. *tit.* 19. *lib.* 2. *ordinam. d. leg.* 2. *tit.* 9. *lib.* 1. *for.* ibi : *O de ſu Vaſſallo.* Ubi notandum eſt, quod duplex eſt Vaſſallorum genus : nam aliqui ſunt Vaſſalli, qui de jure ſubditi ſunt, alii ſunt Vaſſalli, qui ſunt ſubditi ratione feudi, vel ratione juramenti fidelitatis: Bald. *conſil.* 404. *verſic. quæritur num.* 2. *lib.* 5. Cardinal Tuſch. *litter. V. concluſ.* 28. *num.* 1.

7 Quartus eſt caſus, in quo poſſunt patrocinari, ſcilicet pro ſuis domeſticis, ſeu cognatis *d. leg.* 15. *tit.* 16. *lib.* 2. *recopilat.* ibi : *O por ſu Paniaguado d. leg.* 6. *tit.* 19. *lib.* 2. *ordinam. & leg.* 2. *tit.* 9. *lib.* 1. *for.* qui intelligantur *por Paniaguados?* explicat Gregor. Lopez *in leg.* 18. *tit.* 17. *part.* 3. ubi refertur hoc verbum *Paniaguado*, & in ſummario dictæ *leg.* inquit eſſe familiares : & inferius *gloſſ.* 5. in verbo *ſu Paniaguado* docet domeſticum intelligi, & licet videtur differri dictum gloſſ. à ſummario in ſonitu, idem importare, ac convenire voces, ſentit proſper. Farinac. *de teſt. quæſt.* 55. *inſpect.* 2. Ubi tractando quæſtionem, an familiares poſſint teſtificari pro ſuis Dominis? & in anteriori quęſtion. egiſſet de teſtibus domeſticis, docet *num.* 117. pręmito in primis, quod omnia ſuperius dicta in inſpectione de domeſticis teſtibus, procedunt etiam in familiaribus : & ratio, quam præſtat, eſt, quod ambo termini ſunt ſynonomi, nempe domeſtici, & familiares. Unde Gregor. Lopez expoſſuit verbum *Paniaguado, ò Paniaguado* totum eſſe unum *in leg.* 6. *gloſſ.* 6. *in verb. domeſticos tit.* 33. *part.* 7. Maſcard. *de probat. concluſ.* 534. *num* 7. ex Bald. inquit, craſſe loquendo, omnes dici domeſticos, qui vivunt ad unum panem, & ad unum vinum per §. *cogitandum in authentic. de Monach.* ex quo infertur vocatos eſſe *Paniaguados* : quia vivunt ad unum panem, & ad unam aquam, ibi : *Habes hic quod familiares, & domeſtici iidem ſunt.*

8 Hoc ſuppoſito, ſuperſt nunc comperire, qui ſint hi domeſtici, & familiares, aut *Paniaguados*, de quibus lex loquitur, & quod pro illis poteſt Sacerdos patrocinari? reſpondet huic dubio *leg.* 6. *tit.* 33. *partit.* 7. ibi : *Aun decimos, que por eſta palabra familia ſe entiende el Señor de ella, è ſu Muger, è todos los que viven ſo*

èl,

*èl, sobre quien à mandamiento, assi como los hijos, è los sirvientes, è los otros criados*: & infrà: *Otrosi, son llamados domesticos, tales como estos, è demàs los labradores, que labran sus heredades, à los aterrados.* Ex quo rectè sequitur esse *Paniaguados*, omnes qui sunt de eadem cognatione, quasi de eadem domo *l.* 1. C. *de emendat. propinq.* sunt iterum ii, qui sunt de eadem familia, & qui sub familiæ appellatione continentur *l. pronuntiatio* §. *si familiæ de verb. sig. & leg. ædiles* §. *familiæ ff. de ædilit. edict.* & in quibus jus habemus, ut sunt adscriptitii, censiti vassalli, & alii, de quibus notatur *in l. præsenti* §. *sanè C. de his, qui ad Eccles. confug.* tradit Mascard. *de probat. concluſ.* 534. *num.* 35. & 36. explicat Farinac. *de testib. q.* 55. *n.* 5. & 6.

9 Quintus casus inducitur ex antecedenti, scilicet, pro amico suæ Ecclesiæ, veluti Canonici, Rationarii, & alii Beneficiati, seù Cappellani, qui sunt sub eodem tecto. Farinac. *in d. fragm. crimin. post tract. de furt. part.* 1. *versic. Clerici num* 200. *Roman. singular.* 272. & est communis sententia, teste Navarr. *in cap. non dicatis num.* 99. 11. *quæst.* 1. Ignac. Lopez de Salced. *in addit.* ad Bernard. Diez *in practic. crimin. Canon. cap.* 57. *litter. A. in fin. versic. dicimus pro amico.* P. Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 14. *versic. item Beneficiario*, Augustin. Barbos. *de univers. jur. Ecclesiast. cap.* 40. *num.* 87. *lib.* 1. *& in collect. ad d. cap. fin. de postul. num.* 3. quia ut inquit: *Appellatione personarum conjunctarum veniunt etiam conjunctæ conjunctione spirituali.* Et quod indistincte possit patrocinari pro quacumque persona Ecclesiastica, tenuerunt Abbas *in d. cap. Clerici de postul. num.* 4. Angel. Leo *de præparator. judicior. præpar.* 3. *num.* 35. *part.* 2.

10 Sextus casus, & limitatio prædictæ Regulę consistit, quando necesse est advocare pro Patribus Clerici, ut expresse probatur *ex d. l.* 15. ibi: *ò por su Padre, ò Madre*, repetita *l.* 6. *&* 19. *lib.* 2. *ordinam. l.* 2. *tit.* 9. *lib.* 1. *for. d. cap. fin. de postul.*

11 Septimus casus est in causis amicorum valde charorum, ut docet Joann. Paul. Xamar. *dict. tract. quæst.* 3. *part.* 2. *num.* 31. ibi: *Posse Clericum advocare in causa amici intimi, & charitate fraterna dilecti* Augustin. Barbos. *de univers. jur. Ecclesiast. cap.* 4. *num.* 57. *& in d. cap. fin. de postul. n.* 3. Machad. *in summ. document.* 4. *num.* 4. *tract.* 13. *part.* 1. *lib.* 4.

12 Octavus casus, pro personis, quibus Clerici Advocati jure spectant succedere, ut constat ex citata *leg.* 15. ibi: *De hombre à quien èl haya de heredar. d. leg. ordin. & for. Cur. Philip.* 1. *part. del Juicio civil*, §. 2. *num.* 16. Ubi has limitationes, & alias comprobat Acebed. *in d. leg.* 15.

13 Nonus casus est pro personis miserabilibus *d. leg.* 15. ibi: *O por personas pobres, y miserables*, junctis *leg. ordinam. & for.* sæpius citatis *cap.* 1. *de postul.* ibi: *Aut pro miserabilibus forte personis, quæ proprias causas administrare non possunt, d. cap.* 3. *eod. tit.* ibi: *Aut miserabilibus sibi licitum est postulare*, & notant Lanfranc. Petr. Gregor. Cappell. Tolos. & multi alii, quos refert, & sequitur Camill. Borrell. *in summ. decis. tit.* 66. *de procurat. & defensor. num.* 70. Carol. de Graff. *de effect. Cleric. effect.* 11. *num.* 17. *& effect.* 12. *num.* 19. Simon Majol. *de irregular. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 14. *in fin.* Barbos. *d. tract. de jur. Ecclesiast. cap.* 40. *num.* 86. qui inquit S. Gregorium *supr. homil. Matth.* 15. dixisse: *Quod Advocatus, qui renuit pauperi gratis patrocinari, salvari non potest: quia abscondit talentum Domini sui, & in foro conscientiæ peccat, qui à paupere scienter pecuniam recipit.* Refert Benincas.

*de privileg.pauper. tit.7 . q.1.ſpecialè 9. & 10.*

14 Hic caſus comprehendit multos : quia plures ſunt perſonæ , quæ in jure habentur , & reputantur, ut pauperes , & miſerabiles , & potiuntur privilegiis miſerabilium perſonarum , ut ſunt viduæ , pupilli, orphani , virgines,ſenes,decrepiti,peregrini , officiales Eccleſiæ , aut Monaſterii, Conventus Mendicantium , ruſtici, ægroti , captivi , incarcerati , & qui continuo patiuntur , jam naturaliter, jam accidentaliter ægritudinem corpoream, veluti furioſi, cæci,immemoriati , muti , ſurdi , claudi , membris truncati , & alii , qui perenniter mala patiuntur,ſuper quibus natura ad miſerandum movetur , Roland. *conſil.20. n.1 . volum. 2. & conſil. 76.n.44. volum.* 1. Farinac. *in repertor. judic. q. 98. & præcipue n.* 1. & 13. D. Preſes Cobarr. *pract. quæſt. cap.6.* D. Joann del Caſtillo *lib. 3. quotid. controver. cap. 25. n.* 19. & alii ab eis relati.

15 Decimus caſus eſt , qui exprimitur *in d. l. 48. tit.6. partit.1.* ibi : *Pero coſas ay en que lo que pueden hacer , eſto ſeria ſi alguno fueſſe Commendador, ò Prior , ò Aliñador de los bienes de alguna Orden,ò Clerigo,que hubieſſe en guarda bienes de huerfana , ò de San Dios ( que ſon locos ) ò de otros hombres que fueſſen de mala varata , ò deſgaſtaſſen lo ſuyo locamente. d. cap.1. de poſtul. cap. pervenit* 86. *diſtinct. & cap.* 1. & *cap. Epiſcopus gubernationem* 88 . *diſtinct.* 1. *leg. fatuo fatua* 2. *ff. de poſtul. & ibi DD.*

16 Undecimus caſus eſt in cauſis propinquorum ſuorum *l. fin. de poſtul.* ibi : *Pro perſonis conjunctis* : & ibi *gloſſ. in verb. proſe ipſo , & l. 1. §. penult. & ult. ff. de poſtul. Abbas in cap. in noſtra n.1 .de procurator.* Ugolin.*de offic. & poteſt. Epiſcop.cap.13. §.5.n.2.verſic.* 5. Auguſt. Barboſ. *in d. cap. 1. n.87.* Machado *ubi ſup. n.4.* Acebed. *in dict. l. 15. n. 4. tit. 16. lib.2. recopil.* Silveſt. *in ſumm. verb. Advocatus n.2.* Ignac. Lop. à Salced. *in d. cap. 57. litter. N. in 7. caſ. & in* 8. compræhendit omnes perſonas numeratas *in l. 1. cum 5. ſeqq. ff. de poſtul.* quæ multæ ſunt , & maximè intelliguntur compræhenſæ in hac limitatione omnes conjuncti , uſque ad quartum gradum *l. petitioni §. egredientem C. de Advocat. diverſ. judic.* ibi : *Necnon à perſonis ea tranſverſo latere , uſque ad quartum gradum conſtitutis patrocinium ſuum adhiberi* , authent licentia *C. de Epiſcop. & Cleric.* Silveſt. ubi proxime Xamar. *dict. q.3. n.2.*

17 Duodecima limitatio deducitur ex verbis *d. cap.1. de poſtul.* ubi dicitur, *in negotiis ſecularibus* , loquendo in plurali. Unde inferunt immo reſolvunt communiter AA. quod Clericus poterit patrocinari in una lite, in diſtincte, hoc eſt,civili , non autem in criminali , & quod finita ea lite poterit recipere aliud patrocinium. Machad. *in ſumm. d. docum. 4. n. 4. tract.* 13. *part. 1. lib. 2.* & alii, quos in margine refert Abbas , & Innoc. *in d. cap. Sacerdotibus,ne Cleric.vel Monac.* Joann. Andr. *in d. cap. ſed nec,eodem tit.* Farinac. *d. fragm. p.1. verb. Clericus n.192.* Gregor. Lop. *in l. 5. verb. otroſi tit. 5. p.3.* Roman. *ſingul.273.* Fluv. Pacian. *conſil. 172. n. 210. & 216.* Chriſtophor. de Paz *in ſcholis ad l. ſtylli lib.6. ſchola unic. num. 7.* Camill. Borell. *in ſumm. deciſ. tom.1. tit. 66. de Procurat. n.72.* Auguſt. Barboſ. *in collectan. ad dict.cap.Clerio. n. 6.* & alii quos referunt.

18 Decimus tertius eſt,quando Sacerdos , vel Clericus Juriſprudens non habet beneficium Eccleſiaſticum, aut quia fuit ordinatus ad titulum ſufficientiæ ( quia Epiſcopus poteſt Doctores , vel Licentiatum abſque titulo beneficii , vel patrimonii ad Sacros ordines promovere. Alvar. de Balaſc. *de privileg. pauper. & miſerabil. perſon. q. 9. n.18. part.1. ubi latè* ) aut quia amiſſit beneficium , aut patrimonium: nam in hoc caſu poteſt munus ad vocationis exercere abſque ulla diſpenſatione

in omnibus, & quibuſcumque cauſis profanis in foro ſeculari (exceptis cauſis criminalibus, in quibus pœna ſanguinis imponenda venit *cap. ſententiam ſanguinis de homicid. cap. ab his* 30. *q.* 23. cum ſimilibus) & illud probatur de ſumpto argumento à contrario ſenſu *ex cap. citatis*, in quibus prohibetur Clericis advocatia, ibi: *Si ſtipendiis Eccleſiaſticis ſubſtententur*. Machad. *ubi ſup. n.* 6. Barboſ. *de univerſ. jur. Eccleſiaſt. d. cap.* 4. *n.* 90. *lib.* 1. Ubi refert plures antiquiores. Silveſt. *in ſumm. d. verb. Advocatus n.* 2. *q.* 4. Navarr. *de ſpol. Cleric.* §. 7. *n.* 5. *verſic. eademque ratione.* Villegas *in prax. Canon. lib.* 9. *tit. de Advocat. cauſ. part.* 2. §. 2. *n.* 23. Joann. Maldonad. *de virt. Theolog. & juſtit. tract.* 6. *cap.* 3. *dub.* 8. *verſic. ſecus dicendum.* Carol. de Graff. *de effect. Cleric. effect.* 21. *n.* 6. *& ſeq.*

19 Quod quidem procedit, quamvis Clericus habeat beneficium, ſeu patrimonium, dummodo ſit tam tenue, & exiguum, quod commode non poſsit ſubſtentari: nam tunc poteſt coram ſecularibus Judicibus patrocinari, quippe hoc erit minus indecens ſtatui, quam mendicari, aut alia facere illicita, *ſumm.* Angel. *verb. Advocatus n.* 6. Xamar. *d. tract. q.* 3. *n.* 29. *&* 30. *part.* 2. & alii, quos referunt. Nec obſtat *gloſſ. in d. cap.* 1. *in verb. ſtipendiis* contrarium volens, ſcilicet *pauperem nempe Clericum hujuſmodi advocationis officium in ſecularibus cauſis, coramque ſeculari Judice exercere non poſſe, ſed contra Epiſcopum, qui eum ordinavit, ut de neceſſariis ei provideat, agere debere.* Sed contra gloſſ. reſolvunt relati AA. & alii communiter, faciuntque plura fundamenta: & in primis *d. cap.* 1. à contrario ſenſu ſumptum, ut jam perpendimus. Rurſus: quia ipſe textus permittit, quod ipſe Clericus poſsit eſſe Advocatus in cauſis pauperum, ut manet probatum *n.* 13. & ſi hoc licet juxta prædictam canonicam ſanctionem, quanto magis licebit, propriis neceſsitatibus ſuccurrere munere advocationis? nam charitas bene ordinata incipit à ſe ipſa *leg. Præſeſ.* 6. *de ſervit. & aqua cap.* 3. *de ſuplend. negligent. Prælat. l. de accuſat.* 14. §. *itaque ff. de diverſ. & temporal. præſcript. cum ſimilibus.*

20 Tertio: quia Clerico pauperi ex operibus ruralibus victum quærere licet *cap.* 1. *de celebrat. Miſſar. cap. Clericus* 21. *q.* 1. *cap. Clerici* 91. *diſtinct.* & neceſsitate inſtante, poſſunt alias artes viliores regulariter prohibitas exercere, ut ſubveniant inopiæ ſuæ. Immola, & alii *in cap. fin. de vit. & honeſt. Cleric.* Panorm. *in cap.* 8. *ne Cleric. vel Monach.* Xamar. *d. q.* 3. *n.* 27. 28. *&* 30. *part.* 2. igitur multo magis licere ei debet advocationis munus exercere, quod non vile eſt, ſed nobile, ut jam probavimus ſuprà *n.* 1. *&* 2. quam rationem expendunt contra gloſ. plurimi relati à Gracian. *diſceptat. cap.* 57. *n.* 28. & ob hanc rationem, & alias, quas adducunt contra gloſſ. docent necnon Joann. Paul. Xamar. *in locis citatis*, & Balaſc. *in dict. tract. q.* 9. *p.* 1. *per tot.*

21 Decimus quartus eſt in quo limitatur Regula, ut poſsit Clericus poſtulare pro eo, qui habet cauſam communem cum Eccleſia, quamvis aliàs pro extraneo non poſſet, Immola *in d. cap.* 1. *column.* 3. *n.* 6. *verſic. & pro pleniori de præſcript.* Xamar. *ubi ſup. n.* 31 Gracian. *diſcept. cap.* 57. *n.* 37. ad exemplum Religioſi, qui non poteſt eſſe Procurator pro alio, poterit tamen non ſolum pro Monaſterio, ſed pro habente rem communem cum Monaſterio *cap. Relig. de Procurat.* & hac ratione communionis, ob quam multa conceduntur, quæ ſine ea non permitterentur *l. ſi communem fundum ff. quemadmod. ſervit. amit.* Marſill. *ſingular.* 180. multa ſimilia adducit D. Covarr. *pract. cap.* 34. *n.* 2.

22 Decimus quintus caſus eſt in cauſis proprii Prelati, in quibus poterit etiam Clericus ſubditus patrocinari, Farinac. *in d. fragm. p.* 1. *verbo*

Cle-

*Clericus n.* 195. Ignac. Lop. *in addit.* ad Diez *prax. crim. Canon. d. cap.* 57. *litter. A. verſic. tertius in cauſa ſui Prælati l.*5. *tit.*5. *part.*3. ibi: *Fueras ende en pleito de ſu Igleſia, ò de ſu Prelado.* P. Sanch. *in decalog. cap.* 13. *n.* 22. *lib.* 6. & alii ab eo congeſti. Acebed. *in d. l.* 15. *tit.* 16. *lib.* 2. *recopilat.* ibi: *Et poſſet etiam teneri, quod Clerici deputati pro ſervitiis, & obſequiis majorum Prelatorum poſſunt patrocinari, & advocare pro Dominorum defenſione ex dictis per Abbatem in cap. cum contingat. n.* 1. *de foro competent.* & hinc reſultat decima ſeptima limitatio, ſeù caſus ſpecialis.

23 Decimus ſextus caſus eſt in cauſis Principis temporalis, in quibus poteſt patrocinari Clericus coram Judicibus Regalibus, Ignac. Lop. *d. cap.* 57. *litter. A. verſic.* 4. *caſus in cauſis Principis, vel Regis d. l.*5. *tit.*5. *part.*3. ibi: *Fueras ende en pleito de ſu Igleſia, ò de Prelado, ò de ſu Rey.* Cui convenit doctrina Fulv. Pacian. *conſil.* 162. *num.* 190. P. Sanch. *d. cap.* 13. *lib.*6. *in præcept. decalog. n.* 22. *in fin.* aſſerentium prædictam doctrinam extendi poſſe ad defenſionem Laici Patroni.

24 Decimus ſeptimus caſus eſt quando Clericus Advocatus eſſet non cauſa lucri, ſed cauſa charitatis; in quo caſu poſtulare poteſt etiam in Tribunalibus ſecularibus. Cæpoll. *conſil. civil.* 21. *n.* 4. Lopez de Salced. *d. cap.*57. *litter. A. in* 9. *caſu* Farinac. *in d. fragm. n.*201. Henriq. Boich. *in d. cap.* 1. *de poſtul. n.*4. & ex Xamar. *d. q.*3. *n.* 31. *part.*2.

25 Alii ſunt caſus, qui pertinent ad litteraturam, & exercitium Juriſprudentiæ, qui minimè comprehenduntur in prohibitione, cum in illis nullomodo exerceatur munus advocationis; itaque eos non referemus, ut limitationes prædictæ Regulæ prohibitionis (quia certæ non ſunt) ſed tanquam caſus excluſi, aut omiſſi, & ſic permiſſi Clericis jure canonico, & Regali, cum nullatenus militet in illis ulla indecentia, & ob alias rationes, quas confeſtim exponemus. Et ad eas exprimendas in primis notandum eſt: quid ſit advocare, aut eſſe advocatum? *l.*1. *verſic. poſtulare ff. de poſtul.* inquit: *Advocare eſt deſiderium ſuum, vel amici ſui in jure apud eum, qui juriſdictioni præeſt, exponere, vel alterius deſiderio, lg. Paulus de leg.*1. *l. placet C: de Epiſcop. & Cleric.* Cæpoll. *cautel.* 156. *n.* 1. & 4. ubi alias Leges, & Doctores allegat.

26 Hinc primo infertur non eſſe Advocatum, qui intervenit, ut contractus inter aliquos ineatur, inducendo allegationibus, & rationibus juridicis utramque partem: quia hoc non eſt Judicio aſsiſtere, Barthol. *in l.* 1. §. *Advocatus n.* 4. *ff. de var. & extraordinar. cognit.* P. Sanch. *d. cap.* 13. *lib.*6. *n.*3.

27 Infertur ſecundo, nec eſſe Advocatum, qui allegat jura partis coram arbitratore, quia arbitramentum eſt quidam contractus tranſactionis, & non eſt propriè Judicium *l. ſi de meis* §. *recepiſſe ff. de arbitr.* & ſic non eſt hoc adeſſe liti, ſed contractui. Barthol. *d.* §. *n.*5. P. Sanch. *ubi proxime n.*32.

28 Tertio, & màxime infertur licitum eſſe Clericis, qui profitentur ſcientiam legalem, & canonicam indiſtinctè, & inquocumque genere litium (criminalibus exceptis) domeſticas allegationes, & allegationes juris conſulere, & reſolvere, quidquid à jure fuit diſpoſitum, tam ſcripto, quam verbo: quia prohibitio conſiſtit in eo, quod Clerici in Judicio non compareant, & qui reſpondet in domo, & in illa forma non aſsiſtit, nec comparet in Judicio: & ut probatum manet, advocare eſt pandere alienum deſiderium in Judicio. Ex quo liquet ſimiles actus non eſſe comprehenſos in prohibitione, de qua ſuprà: & cum non ſint prohibiti, poſſunt exerceri indiſtinctè in omnibus, & quibuſcumque caſibus, & pro omnibus, & quibuſcumque per-

ſo-

ſonis, maxime quando in illis nulla verſatur indecentia, cujus mentionem fecimus. Et hoc apperte probant Alciat. *reſponſ.* 91. *n.* 4. Salced. *in practic. Canon. cap.* 66. *verſic.* 6. Caved. Luſitan. *deciſ.* 214. *n.* 14. *part.* 1. Marc. Anton. Genuenſ. *in pract. Eccleſiaſt. q.* 626. P. Sanch. *ubi proxime n.* 29. & 32. Cavalcan. *de brach. Reg. part.* 2. *cap.* 13. *n.* 46. *caſ.* 4. Cardoſ. *in prax. judic. verb. Procurator n.* 101. Barboſ. *in collect. ad d. cap.* 3. *de poſtul. n.* 3. & 7. & *de univerſ. jur. Eccleſiaſt. d. cap.* 40. *lib.* 1. *n.* 89. ubi inquit, hoc ita deciſſum eſſe *in die* 2. *Julii anno* 1619. à S. Congregat. Concil. Magon. *de recta judicialiter patrocinandi ratione cap.* 11. *n.* 5. Fr. Emmanuel. Rodr. *tom.* 1. *cap.* 4. *n.* 1. Gracian. *diſceptat. forenſ. cap.* 39. *n.* 4. & *n.* 5. ubi refert ita fuiſſe obtentum in Civitate Bercellarum, & teſtificatur de veriori, refutatis oppoſitis, Marth. *de juriſdict. caſ.* 115. Xamar. *ubi ſup. n.* 33. & Machad. *d. document.* 4. *n.* 5. *tract.* 13. *part.* 1. *lib.* 4. *tom.* 2. & alii, quos referunt, & omitimus.

29 Prędictam vero doctrinam adeo ampliant DD. quod dicunt, non ſolum præfatos actus licere Clericis, & Sacerdotibus, ſed etiam Epiſcopis, & Cardinalibus, Paul. Xamar. *part.* 2. *q.* 3. *n.* 32. *jam citata.* Gracian. *d. cap.* 39. *n.* 8. Cæpoll. *d. cautel.* 156. *n.* 6. & Machad. *loc. ſimiliter citat.* extendit ad actum faciendi petitiones in privato ſtudio: quia ei viſus eſt hic actus extrajudicialis, cum Clericus non comparet in judicio, quod ego non probo, ſed ex dictis deſummo in caſibus expreſsis *à n.* 25. *incluſive* hujus quæſtionis hucuſque non militare prohibitionem juris: quia ſubſtantialiter, & in rei veritate ſunt actus extrajudiciales decentes, & honorifici, & ſic ceſſant cauſæ finales, quæ moverunt Legislatores; nec in caſibus, & limitationibus prędecedentibus, cum in illis verſetur jam propria defenſio ſuorum propinquorum, & Eccleſiarum, inquibus actibus viget ratio naturalis, & in aliis charitas, & miſericordia, quæ convenit Sacerdotibus, nec ſecum trahit umbram indecentiæ; immo magnum decorem virtutis, & pietatis, itaque in dictis caſibus, nec militat, nec militavit, nec poteſt militare prohibitio, de qua in principio hujus quæſtionis.

30 Ex quibus omnibus conſequimur, ſecundum ſacros Canones, jus civile, & Patrium, & communem ſenſum Authorum, poſſe perſonas Eccleſiaſticas patrocinari, in caſibus, & perſonis ſequentibus, in propriis litibus, ſuarum Eccleſiarum, & beneficiorum, in cauſis vaſſallorum, & qui vocantur *Paniaguados*, qui ſunt omnes perſonæ ſuæ familiæ, & domeſtici, aut qui degunt ſuis expenſis, in litibus amicorum ſuæ Eccleſiæ intimorum, pro Patribus, & iis, quibus ſucceſuri ſunt, pro Pauperibus, Viduis, Virginibus, Minoribus, Orbis, Decrepitis, Peregrinis, Officialibus, Eccleſiis, Monaſteriis, Mędicantibus, Ruſticis, Ægrotis, Captivis, Incarceratis, Furioſis, mente captis, Innocentibus, Cœcis, Immemoriatis, Mutis, Surdis, Claudis, & ſuis membris impeditis, aut Mutilatis, & pro illis omnibus perſonis miſerabilibus, quibus nos natura movet ad miſerandum pro illis, qui in tutela eſſent ipſorum Clericorum, in omnibus cauſis propinquorum, uſque ad quartum gradum, & in diſtincte in una lite cujuſcumque qualitatis ſit (excepta criminali) quando Clericus non habet beneficium Eccleſiaſticum, nec patrimonium, aut quod habet, non eſt congruæ ſubſtentationis, in cauſa communi alterius cum ſua Eccleſia, in cauſis proprii Prælati, aut Patroni, aut Regis, & ſemper, ac movet charitas, poſſunt movere partes ad concordiam rationibus juridicis, & patrocinari coram arbitratoribus in omnibus caſibus; ac denique in noſtris domibus, vel muſæis poſſunt ſcribere allegationes, & reſpondere conſultationibus in omnibus caſibus.

31 In

31 In his ergo casibus, & non ultra possunt Clerici Fratres horum Ordinum disceptare in foro seculari, & pandere jurisprudentiam suam, & non ultra: nam in cœteris casibus prohibitio illos comprehendit: jam quia Clerici sint, jam quia Religiosi, quin aliam possint in sui favorem opinionem desummere: quia, nec licet nec decet.

*An testes esse possint dicti Religiosi Clerici.*

## SUMMARIUM.

*Religiosi nequeunt esse testes sine superioris licentia in Judicio seculari; sed si defacto testimonium dicerent, valebit, si pars non contradicat. n.1.*

*Religiosus potest esse testis instrumentalis, absque superioris licentia. num.2.*

*Religiosus in aliquorum sententia non potest esse testis in testamento, in quo aliquid ei legatur, vel ejus Monasterium hæres instituitur; sed si de facto testis adhibeatur, non ideo potest testamentum impugnari: & additur Milites, & Religiosos Clericos posse jurare extrajudicialiter, sine licentia Superioris, non autem in Judicio. n. 3.*

*Si Religiosus nollit testificari de licentia sui Prælati coram Judice seculari, potest cogi cum censuris à suo Prælato, ut id faciat, si casus sit civilis, non vero si sit criminalis. n.4.*

*An peccent Fratres Laici, & Clerici, si jurent in judicio sine superioris licentia? dicunt AA. peccare, si facile potuerint eam obtinere, & ut non esset periculum in mora. n.5.*

### *QUÆSTIO VI.*

1 NEqueunt Religiosi tanquam testes in judicio deponere absque sui superioris licentia, ita docet Sanch. *lib. 6. decalog. cap. 13. n. 103.* Barbos. *de jur. Eccles. iast. lib. 1. cap. 43. n. 51.* quod si Religiosus absque superioris licentia, coram Judice seculari, vel alio non suo, de facto testificetur, testimonium valebit: quia nullibi irritatur, & potius interpretanda est res, ut valeat, quam ut pereat: docent Molin. *de just. & jur. tract. 2. disp. 127.* Burg. de Paz *in l. 3. Tauri p. 1. n. 47.* Farinac. *in prax. crim. tract. de testib. q. 31. n. 134.* Fulv. Pacian. *cons. 162.* Sanch. & Barbos. *ubi sup.* Ubi nisi pars defectum licentiæ ad testificandum opposuisset: quia tunc, si adhuc admitteretur, non valeret testimonium.

2 Ut autem Religiosus sit testis instrumentalis, hoc est, ut scribatur testis, in aliquo instrumento, nulla exigitur superioris licentia: quia nullibi id interdicitur, ut notat Gregor. Lop. *l. 9. v. ni los siervos tit. 1. p. 6.* Sanch. *ubi sup. n. 106.* & Barbos. *n. 52.*

3 Sed opus esse licentia superioris, Religioso volenti, ut testis scribatur in aliquo testamento, etiam quando Monasterium hæres instituitur, vel eidem aliquid legatur, tenent Surd. *decis. 129. n. 1. & 2.* Sanch. *ubi sup. n. 110.* Barbos. *n. 53.* & alii: quod si de facto sine licentia superioris Religiosus sit testis in testamento, non ideo potest testamentum impugnari, ut docent Sanch. & Barbos. *ubi sup.* Hieron. Rodr. *in compend. qq. Regul. resolut. 135. n. 15.* at licet Fratres Milites, & Religiosi Clerici Beneficiarii sine superioris licentia nequeant in judicio jurare, extra illud tamen nullibi prohibetur, ut in stabiliment. *pag. 72.* ibi: *Han de pedir licencia à el Maestre para jurar solemnemente en Juicio, y para pleitear.*

4 Si Religiosus nollit, coram Judice seculari, seu ecclesiastico de licentia sui Prælati testificari, potest compelli per suum Prælatum regularem, ut testimonium proferat, etiam cum censuris Ecclesiasticis, si id casus exposcat. Bobadilla *in sua polit.*

*lit. lib.2. cap.18. n.92.* Farinac. *d. q. 61. n. 97. & q. 68. n. 78.* ſed in cauſa criminali contra reum nequit Prælatus compellere ſuum Religioſum, ut teſtimonium ferat, nec illi obtemperandum eſſe, ſi hoc præcipiat, docet Salced. *in pract. crim. cap. 98. n. 26.*

5 Si Roges: an peccet Religioſus, qui ſine ſuperioris licentia tectis exiſtit, ubi licentia exigenda eſt, Cordub. *in ſuo inſtrument. caſuum conſcient.* loquens de Fratribus Militibus horum Ordinum *cap. 3. n. 9.* inquit, ibi: *Si ha jurado en Juicio, ſin licencia de ſu Maeſtre, pudiendo eſperarla, ſin que corriera rieſgo algun inocente, ò el buen fin del litigio, peca*; & allegat Ayalam *cap. 3. fol. 19.* Motam *cap. 4. §. 2. n. 42.* & potuit allegare Magiſtrum Islam dicentem in confeſſonario pro dictis Militibus, *fol. 60. §. 12.* ibi: *Si pudiendo haber licencia ha jurado en Juicio ſin licencia del Maeſtre, no es mortal, pero ſi reſide en Corte, y la pudo haver, es venial.*

*An dicti Religioſi Clerici, poſſint fide juſſores exiſtere.*

## SUMMARIUM.

*Religioſus non poteſt fidejubere ſine licentia Prælati, & majoris partis Capituli, nec Prælatus per ſe ſolus poteſt, & ſi de facto fidejubeant, irrita eſt fidejuſio, Clerici vero ſeculares ſi fidejubeant, manent obligati. n. 1.*

*Priores, & Conventus ſine licentia Magiſtri nequeunt fidejubere: quia ſtabilimentum, & diffinitiones illud prohibent, ſed ad licentiam præſtandam nequit Magiſter petere conſenſum majoris partis capituli. n. 2.*

*Si Religioſi poſſideant bona ex legitima licentia, dummodo non ſint Ordinis, licet non habeant expreſſam licentiam Magiſtri ad fidejubendum, tenentur pro ſuis bonis, ſi de facto fide jubeant ſine prædicta licentia. n. 3.*

*Reſpondetur ſtabilimento, & diffinitionibus citatis, & intelligitur in quo caſu loquuntur, hoc eſt de bonis Ordinum non vero de patrimonialibus, & aliunde adquiſitis. n. 4.*

*An fidejuſſor, qui intercedit pro Religioſo, obligetur? reſpondet Azor idem juris eſſe, ac in fidejuſore, qui intercedit pro ſervo. n. 5.*

## QUÆSTIO VII.

1 NEquit Religioſus fidejubere, niſi de licentia Prælati, & majoris partis Capituli, ut expreſſe habetur *in cap. penult. de fidejuſor. l. 2. tit. 12. p. 5.* Molin. *de juſt. tract. 2. diſp. 549. n. 19.* Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 12. cap. 11. q. 2.* Rebell. *de obligat. juſtitiæ p. 2. lib. 16. q. unica de fidejuſor. n. 3.* Sanch. *tom. 2. ſummæ lib. 6. cap. 14. n. 38. ubi n. 39.* reſolvit, nec Prælatum Monaſterii id poſſe abſque conſenſu majoris partis Capili, nec ipſum abſque conſenſu facultatem fidejubendi concedere poſſe. Leſſ. *de juſt. & jur. lib. 2. cap. 28. dub. 2. n. 20.* Barboſ. *de jur. Eccleſiaſt. lib. 1. cap. 43. num. 58.* Ubi hoc adeo verum eſſe dicit, ut ſi de facto fidejubea Religioſus abſque prædicta licentia, irrita ſit fidejuſio, ut per Gregor. Lop. *l. 2. v. de los Obiſpos, tit. 12. p. 5.* Molina *de juſt. tract. 2. diſp. 540. verſ. Religioſus vero* Azor. *d. lib. 12. cap. 11. q. 2.* Sanch. *d. cap. 14. n. 41.* Ubi reddit rationem, quare Clerici, quibus ſimiliter interdicitur fidejuſio, ſi de facto fidejubeant, maneant obligati *cap. 4. de fidejuſor.* non ita Regulares.

2 Videtur tamen, quod ſine licentia Magiſtri, nec Prior, & Conventus poſſunt fidejubere, nec alicui Religioſo licentiam fidejubendi præſtare. Probatur in lib. ſtabiliment. *tit.* „ *21. cap. 7.* ibi: Porque las fianzas, „ que hacen nueſtros Freiles, pueden „ hacer daño à nueſtra Orden, eſta- „ blecemos, que ningun Caballero, ni „ Freile de ella pueda fiar, ni dar fia-

„ dor

„ dor de Concejo, ni de persona algu-
„ na de qualquiera calidad, y condi-
„ cion, que sea, sin nuestra licencia,
„ so pena de que el que lo contrario
„ hiciere, por el mismo caso pierda
„ el Priorazgo, Encomienda, ò Vi-
„ caria, ò Curazgo, ò Beneficio, ò
„ cosa, que de la Orden tuviere, y
„ passe por penitencia de un año. Nec ad hanc licentiam præstandam indiget Magister consensu Capituli: quia in Religione, in qua Capitulum non congregatur, sufficit superioris licentia: quia juxta statuta, & privilegia, potest eam concedere, ut docet Molin. *de just. tom. 2. disp. 540. vers. Religiosus vero*, & sequitur Sanch. *ubi sup. n.38.* Quod si de facto, sine prædicta licentia aliquis fidejubeat, præter incursionem pœnarum dicti stabilimenti, nullius momenti erit fidejusio, ut diximus suprà, & colligitur ex dicto stabiliment. & habetur expresse in lib. diffinit. Ordin. Calatravæ, *cap. 2. tit. 17.* ibi: *So pena, que la fianza sea en sì ninguna, y de veinte Florines.*

3 Sed adhuc potest dici, quod licet Prelati, Priores, & Religiosi nequeant fidejubere sine licentia Magistri, si tamen fidejubeant, valere fidejusionem, non quoad bona, quæ sunt Ordinis, quorum administrationem habent, sed quoad bona sua, quæ ex legitima licentia possident: nam si prædicta bona donare, & expendere valent, non est cur dicamus, quod non possint ea obligare fidejubendo; tunc quia Clericis etiam interdicitur fidejusio, si tamen fidejubeant, tenentur *cap. 1. & 2. de fidejusor.* & quamvis id non admittatur in Religiosis, eo, quod bona non habeant, quæ alteri obligent, at nos loquimur de Religiosis bona ex legitima licentia habentibus; tum quia licet servi fidejubere non possint, *ex l. sed est ut servi 21. ff. de fidejusor.* id tamem limitatur, nisi ratione peculii, si quod habent *l. 3. §. si filiusfamilias l. quoties 47. §. 1. ff. de pecul. l. 2, tit. 12. p. 5.* ergo idem de Monacho peculium habente: quod expresse sentit Faber. *instit. quod cum eo §. quæ diximus, n. 2. & ibi* Angel. §. *cæterum n. 1.* Aufrerius *in deciss. Cappellæ Tolosanæ 34. n. 3.* qui dicunt faciendam esse executionem in peculio talis Monachi.

4 Nec obstat dictum stabilim. quod potest intelligi de bonis, quæ sunt Ordinis, non vero, quę sunt singulorum, aut Conventuum, vel potest dici, ibi: *Non irritari fidejusionem, si de facto fiat*, ait enim, *no pueda fiar: quibus verbis utitur dict. l. 2. tit. 12. p. 5.* ibi: *Que no puedan ser fiadores*, & infrà: *esso mismo decimos de los Obispos, &c.* & tamen Gregor. Lop. ibi: *V. de los Obispos*, concludit dicens, credo tamen, quod in practica servaretur opinio glossæ *in d. cap. te quidem*, & Montalv. *in d. l. fori* de bonis patrimonialibus, & redditibus Episcopatus, Episcopus obligaretur ex fidejusione.

5 Si petas, utrum fidejusor, pro Religioso obligetur? Respondet Azor *tom. 1. instit. moral. cap. 11. lib. 12. q. 6. idem juris esse in Religioso, quod in servo, porrò in lege naturaliter ff. de condit. indeb. statutum est naturaliter servum obligari, ac ideo si quis nomine ejus solvat, vel ipse manumissus ex peculio, cujus liberam administrationem habeat, repeti non poterit*, & ibidem: *fidejusor pro servo acceptus, & stare promissis debebet, quod si solverit, repetere nequit*: sic Azor, *ubi, & quod pignus pro Religioso datum similiter obligatur*, vide Man. Rod. *qq. Regul. tom. 3. q. 26. art. 2.* Hieron. Rodr. *resolut. 107. n. 2.*

*An dicti Religiosi possint esse Tutores.*

## SUMMARIUM.

*Describitur, quot sint tutelæ species, & dividi in testamentariam, legitimam, & dativam, asseritur. n. 1.*

Re-

*Religioſus nequit ullam ex tutelis relatis ſuſcipere, etiamſi Prælatus conceſſerit ei licentiam: quia Prælatus non poteſt diſpenſare in eo, quod à jure prohibitum eſt Religioſis; & licet aliqui AA. defendunt legitimam poſſe ſuſcipere, ſententia, id negans, verior eſt. n. 2.*

*Religioſi beneficiarii, vel alii, qui extra Conventum degunt ex ſuis bonis patrimonialibus, vel aliunde acquiſitis, quę, cum legitima licentia, poſſident, non eſt cur illis, ſi velint, denegetur munus tutelæ ſuſcipere, cum de ſuis bonis poſſint diſponere, tam in vita, quam in morte. n. 3.*

## *QUÆSTIO. VIII.*

1 NON eſt integrum Religioſis tutelam alicujus perſonę ſuſcipere: at triplex eſt tutela, quædam teſtamentaria, id eſt, data in teſtamento à patre filiofamilias: alia eſt legitima, nempe, quę lege deffertur cōſanguineis ſucceſſoribus abinteſtato, quando pater nullum in teſtamento deſignavit tutorem: alia eſt dativa, quæ ſcilicet datur à judice, quando nullus eſt teſtamentarius, ſeu legitimus tutor: ita habetur *in l. 2. tit. 16. p. 6.* & tenent omnes.

2 Dicimus ergo, interdictum eſſe Religioſis tutelam alicujus perſonæ ſuſcipere: quod verum eſt in omni tutela, ſive ſit teſtamentaria, ſive dativa, ſive legitima; nec id permititur etiam de licentia ſuorum ſuperiorum, ut docent Angel. *v. tutela. n. 1. & ibi*, Silveſt. *q. 3.* Tabiena *q. 1. n. 2.* quia in prohibitione juris, nequit Prælatus diſpenſare: & quamvis hi Authores dicant poſſe Religioſos, ſi velint, ſuſcipere legitimam tutelam, dum tamen ad id accedat licentia ſuperioris. Quod etiam tenet Azor. *tom. 1. lib. 12. inſt. moral. cap. 11. q. 3.* tamen verius eſt, nec legitimam tutelam poſſe Monachos accipere, ut probat *text. in authent. de Sacroſanct. Epiſcop. §. Deo autem amabiles collat. 9. & in d. leg. partitæ*, & tenent Gregor. Lop. ibi: *v. no puede*, Molin. *de juſt. & jur. tom. 1. diſp. 221. verſ. Religioſus tutor* Sanch. *d. cap. 14. n. 25.* Joann. Gutierr. *de tutel. p. 1. cap. 1. n. 30.* Barboſ. *de jur. Eccleſiaſt. lib. 1. cap. 43. n. 57.* & addit Sanch. *ibidem n. 26.* non teneri Religioſos tutelam miſerabilium perſonarum ſuſcipere, immo nec poſſe, ſi vellint: quod antea tenuit Greg. Lop. *in d. l. partitæ v. no puede.*

3 Poſſet tamen ſententia Silveſtri, Azor. & aliorum *n. præced.* relata ſuſtineri in Religioſis Beneficiariis horum Ordinum, ſeù aliàs degentibus extra clauſtra, qui bona ſua, tam patrimonialia, quam ex beneficiis, ſeu aliter undecumque acquiſita ex licentia ſuorum ſuperiorum poſſident, adminiſtrant, & expendunt, tam in vita, quam in morte, etiam per teſtamentum, quoad Religioſos Clericos Ordinis S. Jacobi, quippè cum bona habeant, quæ pro adminiſtratione tutelæ poſſent obligationi ſubjicere, non eſt cur illis, ſi vellint, munus iſtud denegetur.

### *Utrum dicti Religioſi Clerici poſſint executores teſtamentarii exiſtere.*

### SUMMARIUM.

*Religioſi ſine licentia ſuperioris non poſſunt eſſe executores Teſtamentarii, quia eis eſt expreſſe prohibitum à jure Canonico, & addunt AA. aliqui requiri pro forma actus, hoc eſt, ante acceptationem. n. 1.*

*Probatur verius eſſe valere actum executionis teſtamenti ſine licentia ſuperioris, dummodo non ſit oppoſitus defectus licentiæ, & reſpondetur fundamento AA. contrariæ ſententię. n. 2.*

*Proponitur inſtantia ex doctrina P. Thom. Sanch. & Carpio, & quia tam uni, quam alteri reſponſum eſt in n. anteced. ſubſiſtit Author in ſententia, quam dicit veriorem Barboſ. n. 3.*

*Beneficiarii noſtrorum Ordinum ſine li-*

*licentia expreſſa ad munus executoris exercendum, poſſunt illud acceptare ob rationes, quæ hic aſſignantur. n.4.*

*An Religioſi in communi acceptantes cum licentia ſuperioris officium executoris, poſſint compelli ab ordinario ad rationes reddendas? & ſub fœdere diſtinctionis reſolvitur: aut habent privilegium ſpeciale, ut non poſſint conveniri coram ordinario, vel non; ſi habent, non poſſunt compelli, ſecus vero ſi non habent tale privilegium. n.5.*

*Quæſtio antecedens erga nos, reſolvitur, non poſſe compelli ad rationes reddendas coram ordinario, quia plura privilegia omnimodæ exemptionis nobis conceſſa ſunt. n.6.*

## *QUÆSTIO IX.*

1 NON poſſe Religioſos eſſe executores teſtamenti, ſive ad cauſas profanas, ſive pias abſque obtenta ſuperioris licentia probat *text. in cap. 2. & ultim. de teſtam. in 6. clement. unica eod. tit.* ita ut executio teſtamenti per Religioſum facta abſque ſuperioris licentia, etiamſi nihil oppoſitum fuerit, invalida ſit: ſic docent Molin. *de juſt. & jur. tom. 1. diſp. 247. verſ. Religioſus tamen.* Emmanuel. Rodr. *quæſt. regul. tom. 1. quæſt. 65. art. 3. & tom. 3. quæſt. 70. art. 1.* rationemque præſtant, quia prędicta licentia juxta *cap. citata* requiritur ante acceptationem executionis teſtamenti, ita ut ex poſtfacto ſupleri nequeat, cum requiratur pro forma actus, ut ex authentica licentia *C. de Epiſcop. & Cleric. leg. ſi quis mihi bona §. juſum de acquir. vel omitt. hered.* tenet Carpio *de execut. ultim. volunt. lib. 1. cap. 5. n. 7. cum duplic. ſeqq. & n. 12.* ubi innumeros citat AA.

2 At probabilius eſt, valere prędictam executionem, ſi nihil ſit oppoſitum contra defectum licentiæ, ut tuentur Roland. à Valle *conſil. 24. n. 82. volum. 1.* Fluv. Pacian. *tom. 1. conſil. 162. n. 79.* & alii plures, apud Auguſt. Barboſ. *de jur. Eccleſ. lib. 1. cap. 43. n. 65. & 66.* ubi etiam addit, quod prædictam licentiam acceptandi officium executoris teſtamenti poteſt concedere quilibet ſuperior etiam immediatus Convētus. Nec obſtant rationes traditæ ab AA. contrariæ ſententiæ: nam eo tunc docent licentiam requiri pro forma: quia *in d. cap. 2.* dicitur: *non poteſt*, quod verbum importat neceſsitatem, ut actum contra geſtum irritet, ut intellexerunt P. Molin. & Menoch. cum aliis citatis à Barboſ. *d. loc.* Sed hæc ratio nullius momenti eſt, ſalva pace prædictorum Authorum: quia illud verbum, *non poteſt, dict. cap. 2.* minime ponitur reſpectu valoris facti, vel juris, ſed reſpectu illius Monachi ſuſcipientis, vel exequentis ultimam voluntatem, cum nec velle, nec nolle habeat: ergo non ita licentia requiritur pro forma, ut, ea non obtenta, evaneſcat, eo tunc actus geſtus, ac per conſequens uſquedum oppoſitus ſit defectus licentiæ, actus geſtus à Religioſo ſine licentia debet valere.

3 Inſtat amplius P. Thom. Sanch. cum docet non ſufficere licentiam obtineri poſt ſuſceptum executoris officium ad illud exequendum, ſed ad illud quoque acceptandum prærrequiri *in præcept. Decal. tom. 2. lib. 6. cap. 11. n. 10. & 11.* ubi quod non ſufficit tacita ſuperioris licentia, quæ habetur ex ratihabitione de preſenti, aut de præterito ad hoc munus acceptandum. Sed hæc ſententia P. Sanch. eo vero fundatur: quia Religioſus nec velle, nec nolle habet: ergo eventus non eſt expectandus, an contradicatur, vel non, acceptatio, vel executio teſtamenti: antecedens conſtat ex dictis, & amplius roboratur: nam Religioſus ſervo equiparatur, authent. *ingreſſi C. de ſacroſanct. Eccleſ.* ſed ſervus executor teſtamentarius eſſe nequit: quia officium executoris civile eſt, ut ait prędictus Carpio *dict. tract. lib. 1. cap. 13. à n. 15. uſq. ad 21.* docens hoc of-

ſi-

ficium esse introductum ad judicialia, & extrajudicialia exercenda, & servus quoad jus civile pro nihilo, & pro mortuo reputatur, *leg. quod attinet de Regul. jur.* nec statum, nec caput habet, *l. 3. de cap. diminut.* ergo similiter Religiosus, qui servo in omnibus comparatur, debet haberi, ut mortuus ad tale officium executoris exercendum. Sed ipso non obstanti subsisto in sententia probabiliori, quam affert prædictus Barbos. qui videndus *d. loc. n. 65.*

4 Prædicta vero licentia non egere Religiosos Beneficiarios horum Ordinum defendunt plures: & ratio est: quia in illis cessat causa prohibitionis: quia suo modo habent velle, & nolle: quia inserviunt Beneficiis perpetuis, saltim respectu suorum Prælatorum Conventualium, qui nequeunt illos, nisi ex causa justa, ad claustrum reducere, videndus Barbos. *ubi sup. n. 69.* & Carpio *d. lib. 1. cap. 5. n. 5.*

5 An possit Episcopus rationes exigere à Religioso executore testamenti? & affirmativè dicendum videtur *ex dict. clement. unic. de testam.* quod verum intellexit Ricard. *in 4. distinct. 45. q. 2. art. 5.* in Religiosis habentibus exemptionem communem; qui tamen conveniri possunt ratione contractus, delicti, seù rei sitæ. *ut in cap. 1. de privileg. lib. 6.* secus in his, qui in prædictis casibus conveniri nequeunt. Tales enim, nec ab ordinario puniri, nec rationem reddere, tenentur. Sequuntur Angel. Clavas. *in summ. v. executor n. 20.* Silvest. *verb. testamentum 2. n. 2. versic. quartum*, P. Vega *in summ. cap. 114. cas. 5.* ubi refert Tabien. *verb. executor n. 15.* Armill. *eod. verb. n. 14.* hi enim tradunt, quod omnes Mendicantes, & qui eorum privilegiis gaudent, nec puniuntur, nec conveniuntur ab Ordinario: tenet Carpio citatus *ubi sup. lib. 4. cap. 2. n. 9.*

6 Hujus generis, & nos summus: quia ut late fundavimus *in 3. p. nostri operis* amplissimis privilegiis gaudemus, ne coram Episcopis possimus conveniri ratione delicti, contractus, vel rei sitæ, ut late tenet Molin. *tom. 1. de just. dict. disp. 247.* Emmanuel. Rod. *quæst. regul. tom. 3. q. 70. art. ultim.* & cum Roderic. tenet Cesped. *de exempt. disp. 411.* Pelliz. *tom. 2. tract. 1. cap. 6. n. 74.* Præterquamquod cum Mendicantes habeant, ut diximus, præfatum privilegiū, nobis proficit per communicationem, vel participationem; licet contrarium teneat D. Thom. Sanch. *dict. lib. 6. in præcept. Decal. dict. lib. 6. cap. 11. n. 22.* de quo, & nos alibi.

---

## TRACTATUS II.

*Clerici Fratres Ordinum Militarium, & speciatim Militiæ Divi Jacobi, velut Regulares Canonici obtinere valent Dignitates, Præbendas, & secularia Beneficia, etiam in sententia magis stricta.*

### SUMMARIUM.

*Fit relatio brevis confirmationis nostri Ordinis, quo tempore, & quomodo fuit confirmata ab Alexand. III. n. 1.*

*Sub Regula D. Augustini, & Jacobæa constituerunt unum corpus Laici, & Clerici Jacobei. n. 2.*

*Asseritur nos, ut Canonicos Regulares, posse obtinere Beneficia secularia cum magna turba AA. & deducitur ex Concil. Trident. ibid.*

*Amplius roboratur hæc assertio ex forma professionis nostræ, & generali Canonicorum Regularium. n. 3.*

*Adducuntur in comprobationem duæ decisiones sacræ congregationis Concilii, & sacræ Rotæ, prima ann. 1602. & secunda ann. 1598. n. 4.*

*A ratione probatur assertum nostræ capacitatis ad obtinenda Beneficia secularia, ex eo, quod Canonicus Regularis non*

*distinguitur à Canonico seculari, supposita licentia Prælati, & quod in habitu conveniunt. n.5.*

*Citatur Lepaig. & Pennot. qui innumerabilia exemplaria tradunt Canonicorum Regularium, qui obtinuerunt in diversis temporibus Dignitates, & Præbendas in Ecclesiis Cathedralibus. n.6.*

*Pro nostra capacitate allegantur AA. nostri Ordinis, & alii; insimulque allegatur Bulla expedita à S. Pio V. die 20. Decembris anno 1567. n.7.*

*Ex Bulla Gregorii XIII. data 6. Octobris ann. 1576. arguitur in favorem nostræ capacitatis cum validissimis rationibus ex ea deductis, & præstando illi veram intelligentiam. n. 8.*

*Decisio sacræ congregationis Concilii edita die 10. Novembris ann. 1600. expressa est ad convincendam capacitatem Fratrum Clericorum Militarium, quia ut Milites reputantur communiter in Romana curia, ut convincitur ex alia decisione citata à Garc. n.9.*

*Probatur Milites Regulares propriè dici Fratres Clericos, ex rationibus hic præstitis. n.10.*

*Pro hac sententia stat P. Mendo in exposit. Bull. Cruciat. & Garc. de Benef. in additionibus loco hic citato. n.11.*

*Ex supplicationibus factis D. Regi Philippo II. in Capitulo generali nostri Ordinis, ut constat ex stabilim. tit. consultas fol. 209. valde arguitur in comprobationem nostræ capacitatis. n.12.*

*Alia desumitur ratio ex latitudine Regulæ, quæ addita fuit Regulæ Canonicorum Regularium S. P. Augustini, ut patefit ex Bulla confirmationis, & ex Capitulis Regulæ Jacobææ. n.13.*

*In uniformitate habitus etiam nititur alia ratio, quam adstruit P. Andreas Mendo, loco hic citato, & expressè tradit Bulla confirmationis nostri Ordinis. n.14.*

*Additur alia ratio congruentiæ, qua suadetur etiam in dubio capacitatis debere stari pro Fratribus Clericis Militaribus, cum sui Ordines pro Ecclesiis Hispaniæ dimicaverint. n.15.*

*Referuntur quam plurimi Fratres Cleri Ordinis D. Jacobi, qui obtinuerunt Canonicatus, & Dignitates in Ecclesiis Cathedralibus, tam ex gratia Pontificia, quam Regia præsentatione. n.16.*

*Urgetur magis ratio pro capacitate adducta n. ant. ex multis, qui Præbendas, & dignitates obtinuerunt, cum eo, quod ipsi plerumquè fuerunt consulti D.D. Regibus à suis sapientissimis Senatoribus, & consultationes revisæ à Religiosissimis confessariis. n.17.*

## *QUÆSTIO UNIC.*

1 UT Nos ad prædictam assertionem fundandam introducamur, necesse est, rem ab initio petere, cum enim in omni negotio initium optimam partem gerat, ut constat *ex leg. 1. ff. de orig. jur.* ibi: *Quia principium cujuscumque rei est ejus potissima pars.* De ortu primùm Jacobæi Ordinis, licet remissi vè aliqua agemus, ut appertum cuique nostrum faciamus institutum. Confirmata fuit egregia hæc Militia per Alexandrum III. Pontificem Maximum *anno Domini* 1175. cum uniti, & in corpus unum collecti fuerint ejusdem Ordinis Equites *ann.* 1169. cum Regularibus Canonicis *de Loyo* in Regno Galeciæ existentibus, præcedente Toletani, Compostellani, aliorumque Hispaniæ Prælatorum consilio ex eo elicito: quia eorum judicio prædictorum Canonicorum vivendi modus magis conformis erat ipsorum Equitum vitæ, quam alterius cujuscumque Ordinis Religiosi. Quod apperte evincitur ex Militiæ istius stabilimentis; & illud plures Historici testantur, *lib. stabilim. Ord. S. Jacob. in prolog. regul. cap. 3.* noster Mota *lib. 1. de init. Ord. cap. 3.* Ojea *in histor. nostri Patron. suique Ordin. fundat. cap. 29.* Rades de Andrad. *histor. Ordin. Militar. cap. 3. fol. mihi 6.* P. Marian. *lib. 11. de reb. Hispan. cap. 13.* Garib. *in compend. histor. lib. 12. cap. 18.* ita uniti, & in cor-

corpus unum collecti, ordineque, ut dictum est, confirmato, corpus unum mysticum uni compaginarunt, & alteri; communicantes Canonici Regulam Equitibus, statum, & habitus formam, cum quibus Equites, licet cum aliqua laxitudine, permanserunt, propterea que majores Commendatores, & qui appellantur Tredecim, paliis utuntur sacris in Capitulis generalibus, *lib. stabilim. tit.* 10. *cap.* 2. *&* 5. Mota *lib.* 1. *de init. nostri Ordin. cap.* 7. *in fin. & lib.* 2. *fol.* 94. *n.* 95. & eodem utimur in Conventibus horis canonicis assistentes pro tempore: & in simili forma eis sacris paliis, quæ à Canonicis Cathedralium portari solent in Choro, & sacris officiis. Equites autem Canonicis præstiterunt insignia, novamque Regulam Sanctissimi Parentis, & Patroni nostri Jacobi Apostoli, prolatam ab Emminent. Cardinal. Alberto tit. Sancti Laurent. in Lucin. qui postea in Summum Pontificatum evectus, Gregor. VIII. fuit appellatus, ut asserit *ipsa Regula in ejus prolog.* Mota *lib.* 2. *annotat. ad Regul. fol.* 82. *n.* 70. *& seqq.* & Garib. *ubi sup.*

2 Unde convincitur, quod, confirmato isto Ordine sub duabus prædictis Regulis, Equites, & Religiosi efecti fuerunt corpus mysticum, ut ita testatur confirmationis Bulla, ibi: *In habitu, & conversatione Religionis sub untus Magistri statuerunt obedientia commorari.* & noster Ramirez *in ejus exposit. cap.* 5. *n.* 3. *& seq.* existimat, tam Equites, quam Fratres istius Ordinis, in instituto Canonicorum Regulariũ, & Militiarũ fuisse confirmatos, ita D.D. Ludobic. Can. *in disquisit. Scholast. Moral. & Canonic. circa capacitat. nostr.* §. 1. *n.* 2. ideoque intendimus manifestum facere ex utroque titulo, potestatem nos habere obtinendi Dignitates, Præbendas, seculariaque Beneficia, dum intercedat prius superioris nostri facultas. Assertio ista, prout ad Canonicorum institutum spectat, ratione, & authoritate propugnatur. Gab. Pennot. *lib.* 2. *histor. tripart. Canonicor. Regular. cap.* 72. *per tot.* Lepaig. *in Biblioth. Præmonstrat. lib.* 1. *cap.* 4. *sect.* 18. Landmet. *in Regul. S.P. August. cap.* 4. *n.* 10. Dubald. *p.* 2. *q. moral. q.* 7. *difficul.* 16. Pellizar. *tom.* 1. *tract.* 8. *cap.* 4. *n.* 104. & 160. Carnot. *Epist.* 93. Panormit. *in cap.* 5. *de stat. Monach.* Gracian. *tom.* 1. *discept. forens. cap.* 123. *n.* 22. *& duobus sequentibus* Navarr. *ad tit. de Præb. consil.* 9. *n.* 5. *& ad tit. de stat. Monach. cons.* 11. Bertachin. *de Episcop. p.* 1. *lib.* 2. *q.* 39. Selv. *de Benef.* 3. *p. q.* 70. Hieronym. Garc. *tom.* 1. *difficult.* 5. *dub.* 5. *punct.* 1. *n.* 13. Tambur. *de jur Abbat. tom.* 3. *disp.* 9. *q.* 8. Lambert. & alii citati à Gonzal. *in cap.* 5. *de stat. Monach.* Idemque aperte constat ex Concil. Trident. *sess.* 14. *de reformat. cap.* 11. ibi: *Quia Regulares de uno ad alium Ordinem translati, facile à suo superiore licentiam standi extra Monasterium obtinere solent, ex quo vagandi, & apostatandi occasio tribuitur: taliter translatus, atiamsi Canonicorum Regularium fuerit, ad Beneficia secularia, etiam curata omnino incapax existat.* Ubi Concilii Parẽtes supponere videntur capacitatem Canonicorum Regularium ad obtinenda Beneficia secularia, dum asserunt eum, qui ex alia Religione ad suam translatus sit, nequeat Beneficium obtinere seculare, etiam curatum. Quod hujusmodi argumento etiam comprobatur: nam prohibitio prędicta Concilii tantum adstringit Canonicum Regularem translatum: ergo qui translatus non est, capax existit præjacta Beneficia obtinendi; aliàs enim necessaria non erat prohibitio illa Concilii in translato ex alia Religione in Canonicorum Regularium Ordinem, ut ingeniosè admodum, & subtiliter notat sodalis noster Domin. Can. *ubi sup.* §. 3. *n.* 13. *ubi* accuratè, & diligenter arguit in hunc modum: *Dupliciter tridentinum imponit pœnam Regularibus*

*translatis ; primò, quod taliter translati perpetuo maneant in Claustro sub obedientia sui superioris: secundo, quod si ad Canonicos Regulares sint translati, incapaces Beneficiorum secularium, etiam curatorum, existant : quæ expressio circa Canonicos Regulares necessaria fuit, ne translati, Beneficio Religionis utentes, extra claustrum vitam agerent, Beneficiis secularibus inserviendo, & ita impuniti manerent ; & sic janua apperta fieret ad frequentes translationes, consequenterque pœna perpetuæ clausuræ principaliter posita elusa, & absque efficacia esset, in translatis ad Canonicos Regulares : tum sic, lex pœnalis privativa, seu prohibitiva subsistere non potest, nisi aliquid auferat ab eo, cui imponitur, aliàs pœna non esset ; nam si lex prohiberet talpæ agrum videre, pœnalis non esset respectiu illius, quia ex se incapax erat agrum videndi : ergo si in odium translationum Regularium, seu potius eorum, quę ex translationibus, ut plurimum occasionantur, imponitur Canonico Regulari ex alia Religione translato pœna incapacitatis ad Beneficia secularia, etiam curata ; in non translato necessario debet supponi capacitas ad hujusmodi Beneficia: aliàs pœna nulla esset.* Et mox prosequitur : *notari etiam diligenter debet particula*, etiam curata ; *quæ manifestè innuit mentem Concilii de capacitate Canonicorum Regularium non translatorum, ad omnia, & singula Beneficia Secularia, sive curata, sive non curata ; & ratio specificandi potius Beneficia curata, quam alia, est, quia illa habent plus oneris, minusque honoris, & commodi, quam non curata : quia hęc præcipuè, si Canonicatus, vel Dignitates Cathedralium sint, valdè honorificentia sunt, ideoque difficilioris consecutionis.* Ideoque Concilium inodium translationum, seu potius apostasię, aut inanis vagationis Regularium extra Monasteria, quæ ex translationibus sequi solebant, translatum ad Canonicos Regulares privat omni honore, & commodo extra Religionem aliàs adquisibili, etiam minoris, & facilioris adquisitionis, quale est Beneficium curatum, honorque, & lucrum illud commutandi ; ergo cognoscit Concilium, & supponit, in Canonicis Regularibus non translatis capacitatem juris ad omnia illa Beneficia ; patet consequentia ; quia aliàs, ut suprà arguebamus, inaniter omnino imponeret pœnam privationis illius, cujus aliàs incapaces supponebantur ; & si hæc capacitas non supponeretur ad Beneficia non curata, omnino superflueret illa particula expræsiva, *etiam curata* : quod propter reverentiam, quę Concilio debetur, dici non potest ; cum enim hujusmodi concialiaris lex prohibitiva sit, & pœnalis translatis ex una in alteram Religionem : quia ex illa multantur perpetuæ clausuræ pœna, eaque deinde, ut si transferantur ad Cononicos Regulares, obtinere nequeant Beneficia secularia, etiam curata, apperte ostenditur : quod, ut prohibitio effectum aliquem sorciatur, necessario supponitur habilitas in non translatis ad obtinendum id, à quo excluduntur translati, ut palam videtur talpæ exemplo adducto : cui, si prohiberetur agrum videre, nihil erga eum operaretur ista prohibitio, nec sibi pœna esset, cum naturaliter incapax existat videndi illud, quod sibi videri inhibetur : & licet videri possit Concilium, apperte non prohibere assecutionem aliorum Beneficiorum, nisi curatorum ; ita tamen non est : quia exprimit Beneficia curata, veluti facilioris adquisitionis, plusque oneris, quam honoris habentia ; dignitates enim, Prębendæ, & Beneficia simplicia difficilioris sunt assecutionis : quia plus honoris, nihilque, aut pusillum oneris habent, proindeque Concilium privationis pœnam signate imponit in eo, quod facilius adquiritur, idem supponendo in eo, quod difficilius adipisci solet, de minori ad majus rectè, & implicitè arguendo.

3 Roboratur amplius assumptum

tum ex profeſsionis forma à Canonicis Regularibus præſtita, traditaque Alepaig. *ſup. citat. lib.* 1 *cap.* 4. *ſect.* 18. & ad litteram à Pennot. expoſsita ea, quę per Canonicos Lateranenſis congregationis adhibetur, *lib.* 1 *n.* 4. & conſtat, *ex conſtitut.* 42. *Congregat. Lateran.* ibi: *Et quod numquam abſque licentia Capituli generalis, vel ejus authoritate fungentis, aliquod cum cura, vel ſine cura Beneficium acceptabo intus, vel extra Ordinem noſtrum, renuntiando omnibus juribus, & privilegiis, & conſuetudinibus, in contrarium mihi competentibus, vel quomodolibet competituris.* Hæc profeſsionis forma, ut probat, cum licentia Capituli poſſe obtineri quodcumque Beneficiorum genus, ita ſupponere videtur, etiam ſine ejus indulgentia idem obtineri poſſe à Canonicis præfatis. Si enim ita non eſſet, quid urgebat, ut votum, ſeu juramentum ab illis præſtaretur, Beneficium aliquod ſine præjacta facultate non admittendi? ex qua doctrina motus D. Gonzal. prout certum principium, aſſerit, non tantum antiquitus, verum etiam noſtris temporibus ex ſuperiorum permiſſu, ſæpe prædictis Canonicis Beneficia ſecularia plura fuiſſe collata, ut videri poteſt apud dictum D. Gonzal. *in dict. cap.* 5. *de ſtat. Monach. n.* 5. *in fin.* ibi: *Unde jam olim, & nunc habetur licentia à ſuperioribus, collationes Beneficiorum ſecularium plerumque fieri legimus apud* Pennot. *d. cap.* 72. & Ubald. *ſuprà*, qui pluribus exemplis hanc praxim firmant, & illuſtrant; ex quibus, & aliis fundamentis, & authoritatibus, quę ibidem congerit, hujuſmodi rem reſolvit, prout eam aſſertam reliquimus, *n.* 6. *in fin.* ibi: *In qua opinionum varietate credo, validè, & licitè poſſe Canonicis Regularibus Beneficia ſecularia, etiam curata conferri.* Quæ eſt dicti D. Gonzal. ſententia erga noſtram materiam poſt ejus dilucidam diſcuſionem.

4 Et hoc idem ita deciſſum fuit à Sacr. Congregat. Concil. *ann.* 1602. *& à Rota 6. Martii* 1598. ubi in propoſito dubio noſtro ita reſolutum fuit, ut conſtat, apud eundem Gonzal. *ubi ſup.* ibi: *Congregatio Concilii cenſuit, decretis ejuſdem Concilii, Canonicum Regularem non prohiberi obtinere Beneficia curata ſecularia, niſi fuerit ex his translatis, de quibus habetur in decreto cap.* 11. *ſeſſ.* 14. Rota *deciſſ. coram Cardin. Seraphin. Papienſ. jur. Patronat. 6. Martii ann.* 1598. ibi: *Fuit quæſitum, an Canonico Regulari cum licentia ſuperioris poſsit provideri de Beneficio curato Seculari? & fuit deciſſum, poſſe: per text. in cap. quod Dei timorem* 5. *de ſtat. Monach.* quę deciſsiones, licet comprehendere non videantur totum contentum noſtrę aſſertionis, non ideo ei minus propiciæ judicari debent; cum enim deciſsio quælibet apropriari dubio propoſito debeat; & illic non aliud dubitatum fuerit, niſi de Beneficio curato. Ea propter erga id ſolum deciſsiones illę productę fuerunt: idemque abſdubio contingeret, ſi apud illa ſacra Prętoria dubitatum fuiſſet erga Beneficia ſimplicia, in quibus eadem reſolutio obtinuiſſet, cum eadem ratio in iſtis militet, quam in illis, ut docet D. Can. *ubi ſup.* §. 3. *n.* 12. *circa fin. & n.* 13. *in fin.* Cujus fundamentum pręcipuum in eo nititur, quod ordo iſte laxiorem Regulam profitetur cœteris Monachalibus, ut decernit Innoc. III. *in d. cap.* 5. *de ſtat. Monach.* & teſtatur Tambur. *de jur. Abb. tom.* 3. *diſput.* 9. *q.* 8. *n.* 13. *ex Conſilio Vincentii Parent.* quia cum ſuo inſtituto conveniat regere Eccleſias, & in ſpiritualibus gubernare, ut advertunt Navarr. & noſter Mota adducti à Can. *ubi ſup.* §. 2. *n.* 9. cum ordo iſte hujus miniſterii cauſa à Sanctis Apoſtolis inſtitutus fuerit, ut docet Magn. Par. noſter Auguſt. *lib.* 17. *de Civit. Dei*, Angelic. Præcep. 2. 2. *q.* 189. *art.* 8. *ad* 2. & quod primi ſub hac Regula militarunt, normam tribuentes, & vitæ formam Regularis Apoſtolicæ, docet Landmet. *de veter. Cleric. & Monach. arbit. p.* 3. *cap.* 5. &

conſ-

conſtans eſt in primitiva Eccleſia, omnes Eccleſias eis commendatas fuiſſe in Orbe chriſtiano, & ab eis majorem numerum Eccleſiarum Cathedralium, & Collegiatarum Hiſpanię fuiſſe fundatum, dotatum, & poſſeſſum: tradit cum pluribus D. Joann.de Bera,& Tarſ. *Hiſtor. S. Imag. de Almudena, lib.1. cap.* 19. & ſatis ſuadetur *ex cap. neceſſaria, cap.nulla* 12.*q.*1. ubi decidi-tur, & jubetur clauſtra fieri apud Eccleſias, ut in eis habitare Canonici valeant: ut etiam hodie ex eorum viſu apparet, cum fere omnes Cathedrales Eccleſiæ clauſtra conſervent, licet jam in eis minime habitetur: quod acriter olim repræhenſum fuit àMagn. Auguſt. *ubi ſup. lib.*17. *de Civit. Dei.*

5 Propoſitis aſſertionis noſtræ rationibus, alias, & non minoris ponderis addemus, deſumptas ex eo, quod Canonici Regulares ita cum ſecularibus connectuntur, ut etiam in nomine conveniant: nam verbum *Canonicus* derivatur ex verbo *Canon*, quod idem eſt, ac Regula, ita ut idem ſit canonicum dicere, quod Regularem appellare, juxta Pennot. *ubi ſup. lib.*2. *cap.* 1. *n.* 7. D. Joann. de Ber. *ubi ſup.* Unde ſi Canonicus definitur pro eo, quod canonicè vivit, & canonicas perſolvat horas, hoc ita convenit ſecularibus, ut regularibus Canonicis, & ſub verbo Canonicatus,continetur Canonicatus Regularis. D. Can. *ubi ſup.* §.2. *n.*10. *in fin.* ibi: *Deinde in Cathedralibus, & Collegiatis qualitas Beneficiorum,Canonicatus, aut Prębendæ, ſolum exigit Clericatum ad divinas Laudes in Choro prącinendas: quod propriiſsimum eſt Canonicorum Regularium, & cum hac deputatione etiam in nominis appellatione conformitatem habęt.* Et licetRegularibus iſta ſuperaddatur denominatio, non propterea diſtinguntur Regulares à Secularibus Canonicis: nam pluries in jure Canonico appellantur Clerici, Religioſi, comparative ad Laicos, ut patet *ex cap. præter. diſt.*32. *cap.ult. diſt.*60. *cap. ſacrorum diſt.* 65. *cap. quicumque* 23. *q.* 8. ſolum tamen Regulares Canonicos diſtinguere à ſecularibus poſſe videretur profeſsionis,& habitus inæqualitas; cum vero in hoc uniformes exiſtant, nequit ulla in juris conceptu repugnantia inveniri, ut Beneficia ſecularia Regulares Canonici obtinere non valeant; regularitas enim tam procul abeſt, quod iſtud evincat, quod potius idem adſtruat, cum qualitas ſit, maxime id inducens, ut apertè liquet ex Ibone Carnotenſi adverſus Epiſcopum Lemovicenſen, *Epiſt.* 93. ibi: *Quantum intellexi ex litteris, ex veſtra parte mihi nuper oblatis, graviter fert veſtra fraternitas, quod Lemovicenſis Epiſcopus in Synodo agens, interdixit omnibus Regularibus Clericis, & regimen Parochiarum, & confeſsionem pœnitentium, qui rectius quidem feciſſet, ſi omnes Sacerdotes ad regularem vitam invitaſſet, quam regulariter viventes à dominicarum ovium cuſtodia pœnitus removiſſet, quibus tanto plus diſplicet aliena malitia, quanta longius diſceſſerunt à ſua.* Id ipſum probat Bordon. *tom.* 3. *p.*2. *reſol. moral. reſol.* 102. *n.*7. Ubi agens de capacitate Canonicorum Regularium ad Beneficia ſecularia obtinenda,ita ait,ibi: *tantummodo dici poſſe incapaces ex defectu Prælatorum illos non vocantium de licentia ſuorum Prælatorum ad concurſum: ſi enim vocarentur, aliis prevalerent.* Idemque docet, *tom.*4. *p.*3. *reſol.*116. *à n.*2. & in Miſcelan. *deciſ.* 487. ut ex prædictis locis ad ſaturitatem liquet.

6 Rationibus ſuprà adductis ſuppetias ferunt exemplaria relata à Lepaig. *in Biblioth.Præmonſ. lib.*1. *cap.* 4. *ſect.* 18. & Pennot. *ſup. lib.*2. *cap.* 72. quæ rem iſtam indubitabilem faciunt, dum tot ſunt, ut affirmari tuto poſsit ex praxi, & conſuetudine, Canicos Regulares Dignitates, & Canonicatus obtinere poſſe ſeculares; quod pluries à Sede Apoſtolica illis collata fuiſſent, ut teſtantur præcitati AA. & ſignanter aſſerunt Dominum Che-

ru-

rubim Eriminenſem Regularem Lateranenſis Congregationis Archidiaconum fuiſſe Eccleſiæ Alexandriæ. D. Franciſcum Juſtinianum ejuſdem congregationis obtinuiſſe Præbendam in Eccleſia Cathedrali Juſtinopolit. & tempore ipſius Pennot. Don Emilius Caraciolo (quem ipſe Pennot. agnovit) obtinuit *ann.* 1616. Canonicatum in Eccleſia Caprienſi, diſcuſo prius à Summo Pontifice Paulo V. dubio, an poſſet prædictum Canonicatum obtinere? quod exemplar licet ſolum eſſet, ex ejus circunſtantiis ſufficere poſſet ad ſtabiliendam noſtram aſſertionem juxta Sanch. *in præcept. Decalog. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 7. ibi: *Non eſt levis momenti, ſed magni potius, ut aliquid Romæ contigiſſe credamus, id virum pium aſſerere*, Chriſtof. de S. Joſeph. *rect. opin.* 2. *p. tom.* 1. *Bull. Cruciat. dub.* 2. *n.* 13. Trullenq. *in expoſit. Bull.* §. 7. *dub.* 9. *n.* 11. & D. Michael Aguirre Regalis Cœnobii S. Iſidori Legionenſis Canonicus in Eccleſia Cathedrali ejuſdem Civitatis Canonicatum poſſedit, & defunctus fuit *ann.* 1663. ut teſtatur Can. *ubi ſup.* §. 6. *n.* 26. *in fin.* Unde cum ex rationibus, praxi, & exemplaribus pluribus noſtra aſſertio comprobetur, de illius magna probabilitate dubitari nequit, vel maxime cum ejus opinionis ſint AA. ſuprà citati, qui ex profeſsione Canonicorum Regularium fuerunt, qui magis ſcire debent ad quid extendi valeat eorum inſtitutum juxta Ariſtot. 1. *topic. cap.* 1. *ante medium*, ibi: *Probalia ſunt, quę videntur omnibus, aut plurimis, aut ſapientibus, & his, vel plurimis maxime familiaribus, & cognitis*, P. M. Tirſ. Gonzal. *de rect. uſ. opinion. diſertat.* 10. §. 4. *n.* 98. Quibus poſitis de capacitate in communi Canonicorum Regularium, ad obtinenda Beneficia ſecularia, manu ducimur ad fundamenta jacienda erga habilitatem Religioſorum Militarium ſimilia Beneficia obtinendi; ut manifeſtum fiat ex utroque concepto prædictis Militaribus facultatem ex jure competere ad obtinendum Beneficia ſecularia juxta tutiorem, probabilioremque ſententiam.

7 Eam propugnant D. Ocampo *in reſponſ. ad hanc. queſt.* D. Joſeph. de Barr. Salg. *in ſupplicat. ad magn. Philippum* D. Didac. Ibañez de la Madr. *in alleg. jur. pro Benef. de Cumillas*, D. D. Ludovic. Can. *in diſquiſit. ſchola ſt. moral. & canonic. circa capacit. noſtr. per totam*, & *præcipue à num.* 15. §. 4. Rodr. *tom.* 1. *quæſt. Regular. q.* 34. *art.* 5. *circa fin.* juncta intelligentia P. Mendo *de Ordin. Militar. diſquiſit.* 11. *q.* 4. §. 3. *n.* 77. *in fin.* & ſi aliquis præfatos AA. quia plures ex eis Ordinis noſtri exiſtunt, eos ſuſpectos habeat, rationes inſpiciat, quibus nituntur, ut aſſertionem probent, & ſcrupulum certè amobebit. Prę terquamquod ex hoc ipſo, ut præcedenti numero comprobavimus Authoribus his, utpote domeſticis, & familiaribus major in re iſta fides adhiberi debet: quia amplius inſtructi adſunt erga modum vivendi, Regulam, & municipales conſtitutiones Ordinis noſtri, quam extranei, qui forte ex communi, & generali Regularium ratione ducti, ſpecialem horum Ordinum rationem minime calentes, obiter de hujuſmodi materia tractantes adverſam opinionem ſubſtinuerunt, ita ut ſi quiſquam paulatim in hac materia verſatus ſit, cum nihil propicium in mentem erga Ordines hos occurrerit eructabit tantum, quod illis ex Metaphyſicis illationibus adverſari videtur. Ad rem igitur noſtram maxime conſpirat Bulla à Sanctiſsimo Pio V. expedita die 20. *Decembris ann.* 1567. (quæ ſervatur in Archiv. Convent. Uclenſ.) & citatur in Bullar. *fol.* 136. ubi præter facultatem teſtandi Canonicis Divi Jacobi conceſſam, ſequentia verba edicuntur, ibi: *Alii vero Clerici Ordinis, & Militiæ hujuſmodi, qui in dictis Conventibus profeſsionem emiſerunt, & extra eoſdem Conventus*

*jo-*

*ſolent reſidere , inſerviendo Canonicatibus , & Præbendis , ac aliis Beneficiis , aut Hoſpitalibus , vel Monaſteriis , & aliis locis ejuſdem Militiæ , ac forsàn extra illam , per eos poſſeſsis , aut etiam dicto Philippo Regi , vel aliis Dominis eccleſiaſticis , & temporalibus bona propria ex eorum redditibus Eccleſiaſticis , ac ſalariis eis aſsignatis , ac aliàs adquiſitis habeant , & poſsideant , & tam primo , quam ſecundo dicti Clerici , in profeſsione per eos , pro tempore emiſſa , non votum paupertatis , ſed vivere ſine proprio profiteantur ; dictique Clerici extra eorum Conventus viventes , de eorum Priorum licentia , quæ certo anni tempore , juxta formam , & conſtitutiones Ordinis hujuſmodi eis concedi ſolet , ac etiam juxta facultatem eis aliàs ad ſupplicationem clariſsimi Caroli V. Romanorum Imperatoris , & Hiſpaniarum Regis , ac dictæ Militiæ Adminiſtratoris , dum viveret , per litteras fœlicis recordationis Clementis VII. & Pauli III. ac forsàn aliorum Romanorum Pontificum , prædeceſſorum noſtrorum conceſſam , de eorum rebus , pecuniis , ac nobis quibuſcumque , tam ratione Beneficiorum Eccleſiaſticorum , per eos pro tempore obtentorum , ac penſionum annuarum eis reſervatarum , quam aliàs quomodocumque , aut qualitercumque licite adquiſitis.*

8 Idem confirmatum fuit per Bullam Greg. XIII. editam 6. *Octobris anno* 1576. quæ manet collocata *in Bullar. Ordin. Alcantar. in fin. diffinit. fol.* 177. Ubi loquendo de Clericis fratribus Ordinum Militarium D. Jacobi, Alcantaræ, & Calatravæ, eiſdem verbis, eorum capacitatem ſupponit Greg. XIII. ad obtinendum quaſcumque Dignitates, Canonicatus, & Beneficia ſecularia, dum eis in utraque Bulla de eorum fructibus teſtandi indulgetur poteſtas; aliàs enim fruſtra iſta concederetur, ſi prædicti Clerici Fratres inhabiles eſſent ad obtinendas prædictas Dignitates, Canonicatus, & Beneficia: quod dici nequaquam valet, inſpectis prædictis conſtitutionibus apoſtolicis, quæ nunquam edun-

tur, quin præcedat diligens diſquiſitio, & matura deliberatio ad earum expeditionem. Idque ipſum ſuadet apperta juris ratio, cum notum ſit, eum, qui vult conſequens, neceſſario velle antecedens, ex quo immediatè illud pendet, *juxta l. ad rem mobile, & ibi gloſſ. ff. de Procurat. l. legatum eod. cap. cum in firmitas de pœnit. & remiſſ.* Cavalcan. *de brach. Regio p. 1. n. 232. cum pluribus ab eo congeſtis*, Barboſ. *cum pluribus, axiomate* 64. *n.* 1. Deinde; nam ſi aliomodo dictæ Bullæ intelligerentur, ex eis abſurdum inferri poſſet adverſus Sedem Apoſtolicam, quod nefas eſt, & cum abſurdum in omni diſpoſitione ſemper ſit vitandum, *leg. nam abſurd. ff. de bon. libert. leg. 39. eodem cap. in geneſi de elect.* taliter, quod licitum eſt recedere à propria ſignificatione verborum ſtatuti, ſeu conſtitutionis; quamvis verba improprientur, etiam ſi conſtitutio excludat omnem interpretationem verborum, ut tradit Barboſ. cum pluribus *axiom.* 2. Nec etiam dici valet prædictas Bullas intelligi poſſe de Dignitatibus, aut Canonicatibus à Fratribus eorumdem Ordinum, vi diſpenſationis Apoſtolicæ obtentis: hoc enim eſſet privilegium unum concedere dependens ex aſſecutione contingibili, & fortuita alterius; quod veroſimile nullatenus eſt: unde neceſſario fateri debet in dictis Bullis manifeſtè ſupponi generalem capacitatem obtinendi Dignitates, & quæcumque Beneficia ſecularia: nam licet in dictis Bullis privilegium contineatur, & privilegium ſit lex privata, hoc tamen intelligi debet circa ipſum privilegium, non vero circa cauſam motivam ejus conceſsionis; nec circa id, quod ſupponitur à concedente abſolutè jam obtentum ab eo, cui privilegium indulgetur: cum diſpoſitio quælibet procedat juxta id, quod frequenter contingit *gloſſ. in regul.* 45. *de regul. jur. lib.* 6. Crabet. *de antiqit. tempor. p.* 4. *ſect.* 1. *ſingul. num.* 118. ibi

Om-

*Omnia frequentiora sunt, vel similiora.* Bordon. *tom. 5. prax. crimin. cap. 75. n. 12.* ibi: *Illud dicitur verosimile, quod plerumque, seù quod communiter fieri solet.* Idem Crabet. *consil. 40. n. 30.* Unde negari non valet, quod cum à prędictis Bullis, Fratribus Ordinum Militarium conceſſa ſit facultas teſtandi de fructibus, & redditibus quoruncumque Beneficiorum, Dignitatum, ſeu Canonicatuum, conſequenter abſolute ſupponi eos capaces eſſe obtinendi jure communi, & abſque ſpeciali diſpenſatione Apoſtolica quaſcumque Dignitates, Canonicatus, & Beneficia: nec aliud aſſeri abſque legali prorſus improprietate valet.

9 Quod etiam evincitur ex quadam declaratione ſacræ Congreg. Concil. edita Romæ *die 10. Novembris anno 1600.* tradita à Garc. *in addit. ad 1. p. de Benef. cap. 4. n. 24.* & Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. p. 3. alleg. 57. num. 74.* quę diffinit Milites Regulares Militiæ S. Jacobi de Spata, alioſque hujuſmodi non emmitentes omnia tria vota ſubſtantialia, videlicet paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ, non eſſe incapaces Beneficiorum ſecularium, ſivè ſimplicium, ſive curatorum, nec etiam penſionum; quę deciſio eſt tam apperta, ut rem noſtram pœnitus definiat, nec tergiverſari valet ex eo, quod videatur alicui Ariſtarcho, eam intelligendam non eſſe de Clericis, Fratribus ejuſdem Militiæ, ſed tantum de illius Equitibus: quia verbum *Miles* reſpondet idiomate noſtro verbo *Eques*: nam cavillus hic manifeſte enervatur *ex deciſſ. Sacr. Rot. coram D. Oran. die 29. Aprilis anno 1596.* tradita ab eodem Garc. *de Benef. p. 11. cap. 5. n. 181.* ibi: *Joannes Morales impetraverat Theſaurariam Eccleſiæ Seguntinæ, ſub eo prætextu vacantis, quod Rodericus de Lorenzana, Miles Ordinis S. Jacobi de Spata illam poſsidens Prioratum Militiæ S. Jacobi Monaſterii Regularis S. Marci Legionenſis, ad triennium in gubernium, ſive adminiſtrationem concedi ſolitum, fuiſſet aſſecutus: introducto autem coram me in gradu appellationis judicio, dubitavi, an per aſſecutionem dicti Prioratus vacaſſet Theſauraria Seguntina in caſu, & ad effectum, de quo agitur: Domini unanimi ſuffragio concluſerunt, nullum inductum fuiſſe vacationis modum.* Hæc ſunt deciſionis verba, ex quibus manifeſtè elicitur in Romana Curia, per verbum *Milites* in Ordinibus Militaribus non tantum intelligi Equites, verum etiam Clericos Fratres eorundem Ordinum: nam certum eſt Rodericum de Lorenzana Fratrem fuiſſe profeſſum ejuſdem Monaſterii S. Marci Legionenſis, ut patet *ex lib. profeſsion.* ejuſdem Monaſterii, quem teſtor me vidiſſe, & in eo profeſsionem prædicti Roderici. Nec aliud excogitari poteſt, aliàs enim in Priorem ejus eligi minimè potuiſſet, juxta prędicti Monaſterii praxim: unde inter ejus filios numeratur prædictus Rodericus à D. Can. *ubi ſup. §. 6. n. 26.*

10 Quod deinde probatur: quia verbum *Milites Regulares* appoſitum in prędicta deciſione Sacræ Congregationis Concilii comprehendit Clericos Fratres: nam præter rationes eleganter adductas à D. Can. *ubi ſup. §. 4. à num. 18.* inſtitutum noſtrum non ſolum dirigitur ad curam, & regimen animarum Equitum Ordinis, ſed etiam ad militandum pro defenſione, & exaltatione nominis Jeſu Chriſti, ut teſtatur noſter Mota, *de modo prætend. habitum Ord. D. Jacob. n. 123.* ubi aſſerit, quod duo brachia Equitum, & Clericorum ſimul concurrerunt ad reſtaurationem terrarum à Mauris uſurpatarum, & ad fundationem, & gubernationem Eccleſiarum: & poſtea *n. 139.* ait: intelligatur jam, iſtum Ordinem Militiæ D. Jacob. inſtitutum eſſe ad obſequium Sanctæ Matris Eccleſię, & animarum profectum, utque ejus Profeſſores Equites, & Clerici ſuas vitas exponant in illius defenſionem, & Rad. de Andrad. *Hiſtor. Ordin. Calatrav. cap. 3. fol. 7.* ait: quod antiquitus, tam Clerici, quam

quam Laici cum Mauris præliabantur: qua propter in Ordine D. Jacob. tempore, quo ejus habitus præſtatur, quæritur tum Clericis, tum, Equitibus utrum parati exiſtant ad defenſandam januam, Portus, & Mauros, juxta ſtabilimenta legum Ordinis, ut conſtat *ex ſtabilim. Ord. D. Jacobi tit.* 4. §. *Mandamos, & ex lib. reformat. factę pro Conventibus ejuſdem cp.* 66. & roboratur *ex cap.* 25. *Regulæ Ordin. D. Jacob.* ibi: *La intencion eſpiritual de todos los Freiles, ha de ſer eſta ſola: conviene à ſaber, para defender con todas ſus fuerzas la Igleſia de Dios, y poner ſus animas por el enſalzamiento del nombre de Chriſto, y contradecir continuamente à la crueldad de los Moros.* Ex quibus verbis notandum eſt illud *todos los Freiles*, appoſitum fuiſſe, ut comprehenderentur Seculares, & Eccleſiaſtici in ejus univerſalitate, quod reſtrictionem in jure non admittit, *l.* 1. §. *cum verbum ff. de offic. Præfect. urb. l. Jullian. ff. delegat.* 3. *cap.* 3. *ſolitæ de majorit. & obed.* Grac. *tom. diſceptacion. forens. cap.* 568. *n.* 34. *& cap.* 585. *n.* 20. Surd. *conſil.* 453. *n.* 4. Barboſ. *axiom.* 168. *cum pluribus*, unde infertur, quod, inſpecto attente noſtro inſtituto, per verbum Milites Regulares, in Bullis Pontificiis appoſitum comprehendi Clericos Fratres: quia ſunt vere Chriſti Milites Religioſi, ideoque non tantum adſtricti, ipſum in Divinis officiis laudare, & animas regere, ſed etiam vitas exponere pro ejus Sancti nominis defenſione, ſponſæque ſuæ Sanctę Eccleſię exaltatione.

11 Et hoc ipſum ſuadetur ex P. Mend. *in expoſit. Bull. Cruc. diſp.* 18. *cap.* 3. *per tot. & præcipue n.* 16. ubi de prohibitione lacticiniorum agens, ita ſcribit, ibi: *Sed, hoc non obſtante, cenſeo poſſe virtute Bullæ omnes Regulares utriuſque ſexus Ordinum Militarium ovis, & lacticiniis veſci in quadrageſimalibus diebus: probatur ex verbis relatis Bullæ latinę, quæ clariſsima ſunt; dum enim aſſerit omnes cujuſvis Militiæ Regularis poſſe frui illo privilegio, nullam Regularem excipit, atque ubi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, maxime cum de Equitibus Militaribus non adeo extra litem ſit, an ſint Regulares, ſicut extra dubium eſt, cæteros Militares eſſe Regulares, & ſaltim hi ſtrictius hoc nomine gaudeant.* Et poſtea citat P. Baſil. Legion. & ait *ſibi teſtatum fuiſſe de praxi veſcendi ovis, & lacticiniis in Conventibus, & Collegiis Militaribus*, de qua praxi etiam nos teſtamur, cum hæc talis ſit, ut etiam in feria ſexta majoris hebdomadæ obſervetur; & cum communis praxis, & obſervatio ſit, maximæ authoritatis eſt in jure, ut teſtantur Garc. *de nobilit. gloſſ.* 1. *n.* 6. *fol.* 17. §. *facit, column.* 2. ibi: *Hanc partem tenet uſus, qui in re admodum dificili jus conſtituere poſsit* Fagnan. *in cap. cum dilectus de Religioſ. Domib.* ibi: *Quæ omnia multo clariora fiunt ex obſervantia ſubſecuta* Caſtill. *de tertiis cap.* 12. *per tot.* Carol. Eſcriban. *in inſtit. polit. Chriſt. ex ſent.* Filion. *cap.* 5. *fol.* 71. ibi: *Inveterata conſuetudo plerumque tantum poteſt, quantum natura, ita ut graviſsima quæque reddat tollerata facilia.* Unde infertur privilegium hujuſmodi veſcendi lacticiniis conceſſum alumnis Ordinum Militarium, per verbum etiam *Milites Regulares*, ita ab AA. & praxi interpretatum, ut non tantum Equites, ſed etiam Clericos Fratres, & Sorores eorundem Ordinum comprehendant: ex quo eadem interpretatione intelligenda eſt Bulla, tum S. Pii V. tum Gregor. XIII. teſtandi facultatem Militibus Regularibus dictorum Ordinum ex proventibus Beneficiorũ, Dignitatũ, aut Canonicatuum, indulgẽt: ut rectè tandem agnovit Garc. *de Benef. in addit. ad p.* 1. *cap.* 4. *n.* 24. ubi, cum prius docuiſſet Canonicos Regulares Beatæ Mariæ *del Burgo bondo*, eſſe incapaces Beneficiorum ſecularium, quamvis ex ſtatuto confirmato à Leon. X. poſſent diſponere de quibuſcumque bonis, quomodolibet licitè adquiſitis, ita parte Eccleſiæ *del*

*Bur-*

*Burgo* legata, poſtea tamen authoritate præſſus deciſſ. Sacræ congregationis Concilii ſuprà relatæ, ſuam opinionem retractat *dict. n. 24. ſeq. verb.* ibi : *Poſt hæc tamen vidi quandam declarationem Sacræ Congregationis 10. Novembris 1600* & ea relata ad litteram proſequitur, ibi : *Quæ declaratio videtur eſſe juxta votum Illuſtriſsimi Cardinalis Panfilii, & ex ea ceſſat, quod dixeram præcedenti n. 22. & 23. & confirmatur Conſilio Juris peritorum, de quo num. præcedent. circa Canonicos Eccleſiæ del Burgo.* Ex quo videtur, apud Garc. non tantum dubium non fuiſſe ſub verbo, *Milites Regulares*, comprehendi Fratres Clericos Ordinis D. Jacobi, verum ex eo adverſus ſuam opinionem intuliſſe capacitatem Canonicorum *del Burgo*, ad obtinenda Beneficia ſecularia; licet in iſtis ratio tam potens non militet ad hunc effectum, ut in Fratribus Clericis Militaribus, cum hi profiteantur laxiorem adhuc Regulam, quam cœteri Canonici Regulares. Ex quibus omnibus dubitari nequit ſub verbo *Milites Regulares* comprehendi Fratres Clericos Ordinum Militarium, ut præter ſuperius dicta, ni moleſtiam effugere in voto eſſet, facili negotio usq; ad nauxeã comprobari, poſſet adductis ad litteram plurimis privilegiis Apoſtolicis, quæ in Ordinis Divi Jacobi Archivo cuſtodiuntur in Conventu de Ucles; ita ut ſi aliquis forsàn, ex Fratribus ſupra dictis, vel nimis ſcrupuloſus, vel ad cavendum impetrationis periculum, ex diſpenſatione obtinuerit Beneficium ſeculare, aut Canonicatum, dubium non eſt diſpenſationem expeditam fuiſſe ſub communi, & aſſueto verbo, *Militis Regularis*, cum poſt profeſsionẽ idẽ judicetur de Eccleſiaſtico, ac ſeculari, erga rationem componẽdæ.

12 Ad principale vero noſtræ aſſertionis aſſumptum reflectendo in ejus comprobationem, mirè faciunt conſultationes duæ per Capitulum generale congregatum *anno* 1573. factæ D. Regi Philipp. II. ex quibus in una ſuplex libellus eidem porrectus fuit, ut ex Fratribus Ordinis D. Jacobi, duos præſentaret Epiſcopos; unum in nova Hiſpania, ſeu Regno Mexicano; & alium in Pervano ad effectum, ut ſi aliqui Fratres prædicti Ordinis obtinerent Præbendas, aut Dignitates in Cathedralibus illarum partium, haberent illic Prælatos, qui eos corrigere valerent : in altera autem per ſuplices præces dicto Regi petitum fuit in eodem Capitulo, ut provideret aliquos Fratres ejuſdem Ordinis de Præbendis, & Dignitatibus, in Cathedralibus Regni utriuſque Siciliæ, & nominaret aliquos Epiſcopos ex prædictis Fratribus, ut ab eis viſitari poſſent Equites Ordinis reſidentes in prædicto Regno utriuſque Siciliæ. Primæ conſultationi decrevit Philipp. II. quod ſuper ea præberetur memorialis libellus, quo facto, provideret : ſecundæ autem dixit, quod annuebat, ut Equites viſitarentur, & quoad cœtera petita curavit providere, ut conſtat utrumque *ex ſtabilim. Ord. noviſſ. in fin. tit. conſultas fol.* 209. ex quibus Regis decretis evidenter ſuadetur nullam incapacitatem ex jure habere Clericos Fratres ad obtinendum Dignitates, Canonicatus, & Beneficia ſecularia, cum in primo indulgeatur ſupplicationi; in ſecundo vero minime negetur : quod minime contingeret, ſi tam certa non foret, ut abſoluta eſt, capacitas Fratrum Ordinis D. Jacobi ad obtinendas Dignitates, & Canonicatus, apud Philippum II. qui valde ſapiens fuit, & tali integritate decreta Sancti Concilii Tridentini ubique ſervari curavit in omnibus Regnis ſnæ ditioni ſubjectis, ut non dubitaverit ſe exponere periculo amittendi Flandriæ Provincias, ob hujuſmodi obſervantiam decretorum, ut teſtantur illius temporis Hiſtorici. Quare credi non valet, eundem Philippum II. ſupplicationem Ordinis admiſurum ullomodo, ſi dubita-

tionem aliquam probabilem haberet, Clericos Fratres incapaces esse ex Sancto Concilio ad obtinendum Dignitates, Canonicatus, & Beneficia secularia; sed potius præjactam supplicationem pœnitus reppelleret, ut adversam, vel parum conformem ejusdem Concilii Sanctionibus. Vidimus hucusque specialia Ordinis D. Jacobi privilegia, & ex eis collegimus rectè, (ni fallimur) capacitatem Fratrum ejusdem Militiæ ad obtinenda quæcumque Beneficia secularia. Nunc vero peculiares rationes apperiemus, id ipsum suadentes, desumptas ex prædicti Ordinis instituto, speciali reflexione perspecto, ut ex omni parte, nostra assertio illustrata pateat.

13 Firmavimus *ex cap. quod Dei timorem de stat. Monachor.* Canonicos Regulares, ex eo, quod laxiorem profitentur Regulam, capaces esse obtinendi Beneficia secularia, & ex eodem conceptu idem judicandum esse erga Clericos Fratres Ordinum Militarium: unde à majoritate rationis infertur, quod cum laxitudine Canonicorum Regularium alia latitudo superaddita sit Ordini D. Jacobi, ex unione Equitum ejusdem Ordinis facta Canonicis Regularibus *de Loyo*, probabiliorem esse nostram assertionem tantummodo loquentem de Clericis Fratribus prædicti Ordinis, ut docet D. Can. *ubi sup.* §. 1. *n.* 3. ibi: Licet Canonici jam uniti (loquitur de Canonicis *de Loyo*) cum Militibus unam, & eamdem Jacobæam Religionem integre componentes institutum suum non amisserint, nec in substantialibus immutabilem Apostolicam Regulam, quam antea profitebãtur, aliqua nova statuta fuerũt illis superaddita conducentia, conformiaque novæ Militiæ, cui operam dare spondebant; ex quibus multa, utpote ad perfectionem vitæ activè ordinata non compatiebantur, cum Cœnobitica abstractione, fuit necessarium, ut Ordo ipse Canonicorum aliquam majorem laxitatem pateretur supra ante habitam, quam in Cœnobio clausi pertingere non poterant, fine de novo inspecto propugnationis scilicet, fidei, propugnationisque illius hostium corporalibus armis, cujus Sancta executio licet magis proprie, & immediate ab Equitibus Laicis respiceretur, non minori cura intenta erat à Canonicis; tum arma pro temporum occurrentia induendo, (ut infrà dicemus): tum in spiritualibus administrãdo, ut in confirmationis Bulla, quæ majorem Regulę partẽ claudit, disponitur. Quibus verbis favent alia præfatæ Bullæ confirmatoriæ Ordinis D. Jacobi, ibi: *Clerici præterea vestri Ordinis per Villas, & Oppida simul maneant, & Prioris, qui super eos fuerit ordinatus, obedientes existant*; quibus respondent alia verba Regulę ejusdem Ordinis *cap.* 33. ibi: *Los Freiles Clerigos, assi en los Castillos, como en las Villas de la Orden vivan juntamente so la obediencia del Prior, que sobre ellos fuere ordenado, los quales provean à las Iglesias, como vieren que es menester.* Tradit noster Ramir. *in expos. prædict. Bull. confirm. cap.* 21. *n.* 1.

14 Rursus uniformitas etiam habitus existens inter Ecclesiasticos Seculares, & Fratres Ordinum Militarium suadet etiam assertionem nostram; cum enim disparitas habitus sit una ex eficatioribus rationibus, quibus nititur prohibitio Regularium ad obtinenda Beneficia, consequens est, ut ex defectu istius rationis cesset prohibitio erga Clericos Fratres Militares, ut aperte probat Mend. *de Ord. Militar. q.* 2. *n.* 48. ubi agens de Canonicis Jacobæis sequentia profert verba, ibi: *Non adeo strictam paupertatem profitentur, ac alii Religiosi, disponunt de suis bonis, tum viventes, ut asserimus disquisit.* 4. *tum decedentes eomodo, quo dicemus disquis.* 15. *gaudent redditibus Beneficiorum Ordinum: ad plura, per se secularia evehuntur: degunt extra communitatem Ecclesiis addicti, secularibus immisti victitant, & secularia negotia*

Trac-

*Transtantes*, desidentq̃ *solum in exteriori specie, per Tesseram, à Reliquis Clericis secularibus*: hæc sunt verba tanti Authoris exprofesso, & adamusim de Ordinibus Militaribus agentis,& me Hercle certissima: nam ex Ordinis confirmatione constans est hujusmodi uniformitatis habitum existere, non tantum in communi ejus gestatione, verum etiam in proprio ad residendum in Ecclesiis, ut apparet ex prædicta Bulla confirmationis, ibi: *Induantur autem Superpelliceis*. Tenet noster Ramirez *ubi sup. cap.* 23. *n.* 1. eademque uniformitas in palliis sacris observatur sine aliqua distinctione præter additionem Tesseræ in pectore, ut tradit noster Can. *ubi sup.* §. 32. *n.* 7. in medio; & etiam cum Canonicis Secularibus conveniunt, dum Prælatorum benedictionem stantes accipiunt, ut patet ex inconcusa praxi Conventuum Militarium Ordinum, desumpta ex Canonicis Regularibus,ex quibus apud seculares eadem fuit introducta.

15 Præterea, tametsi capacitas Clericorum Militarium tale, tantumque fomentum à jure non haberet ad obtinenda Beneficia secularia, rationi admodum congruebat, opinionem eis magis propitiam defensare,ex eo, quod alumni existant hujus egregii Ordinis, qui tantum possunt ad Sanctæ Fidei Catholicæ exaltationem, Agarenorumque ex nostra Hispania omnimodam expulsionem, cum notum admodum sit, terras ferè omnes, ubi sedent Ecclesiæ nostræ Hispaniæ,adquisitas fuisse, magna ex parte, per fortitudinem, & terribilem impetum invicti gladii D. Jacobi, ejusque Ordinis, ut apertum est, ex celeberrimis admodumque miris pugnis, *del Clavijo, de las Navas de Tolosa, & de Peñacadel*, in quibus, ut patet ex historicis nostris, apparuit fortissimus Dux, faustissimusque noster semper invictus Patronus D. Jacobus, ad roborandum exercitum nostrum, & Maumetanorum expugnandum: unde manifestum est, qualia, & quanta Beneficia, honorem, & gloriam Hispania tota, & Sancta Ecclesia debeat D. Jacobo, ejusque Ordini, cœterisque Militaribus: ita ut tanti habiti sint apud Reges nostros Militares Ordines, ut fœliciter pœnitusque ex terminatis Hismaelitis à Regno nostro per Catholicum illum, licet, semper, nunquam tamen satis laudatum Regem Ferdinandum V. dispositum fuit victricia vexilla Militarium Ordinum ad Africam mittere, ut eorum ardenti zelo, & invicta fortitudine exaltaretur per illam bastam Regionem glorioſum Christi D.N.nomen illiusque Sanctę Ecclesiæ. Unde evincitur, quod etsi dubium esset, an capaces existerent, vel non Fratres Ordinis D. Jacobi ad obtinenda Beneficia secularia? pro ejus capacitate judicari deberet,&maxime cum manifestum,sit, quod id ipsũ in Indiis Occidentalibus permissum fuit, & merito,Regularibus strictioris Regulæ, veluti Mendicantibus, & aliis, ex eo, quod in illis remotis Regionibus fuerunt primi, qui sacrum Evangelium prædicarunt, illasque barbaras nationes in christiana Doctrina imbuerunt. Unde cum ab initio recuperationis nostri Regni è Maometica Tyrannide, tantum egerint in Hispanię Ecclesia, totiusque profectum,viri Jacobęi, ex justitia illis debetur, quencumque fructum, & tantum semen,ex tanto labore percipere, ut apposite probatur, *ex cap. nullus dist.* 61. ibi: *Habet unusquisque fructum suæ Militię in Ecclesia, in qua suæ per omnia officia transegit ętatem, in alienа stipendia minime alteri obrrepat.*

16 Qua propter Hispanię Reges, eorumque sapientes Consiliarii, & prudentes confessarii providerunt sępe Dignitates, Canonicatusque Regii Patronatus Fratribus Ordinis D. Jacobi, qui omnia ea obtinuerunt absque aliqua dispensatione, ut suo loco notabimus: alii autem ejusdem Ordinis similes gratias à Summis Pontificibus eodem modo impetrarunt; ex qui-

quibus illos, quos certo ſcimus, nominaremus, ſignate, ut quiſque, ſi libuerit, iſta, & alia exemplaria indagare valeat. Ex filiis Monaſterii D. Marci Legionenſis manifeſtum eſt D. Joan. de Leon Protonotarium Innocentii VIII. Decanum fuiſſe Eccleſiæ Seguntinæ, eandemque Dignitatem poſtmodum obtinuiſſe in Primate Toletana, in qua obiit *ann.* 1500. ut tradit noſter Can. *ubi ſup.* §. 6. *n.* 26. D. Joan. de Lagun. Cardinalatum obtinuiſſe in Metropolitana Eccleſia Compoſtellana, D. D. Ferdinand. Cerecedo, & D. Barth. de la Maza, Canonicatum in Eccleſia Legionenſi, & dictus D. Barth. ad eum fuit receptus *ann.* 1626. Doct. D. Joann. Ramirez, Canonicatum, & Scholaſtriam in Metropolitana Burgenſi, tradit Mend. *de Ordin. Milit. diſq.* 9. *q.* 11. *n.* 110. D. Ferdinandum Acebedo, Canonicatum in Legionenſi, & Toletana, idem Mend. *ubi nuper* D. Hieronym. Benero, Dignitatem Abbatis de Laſeu in Eccleſia Conchenſi, Mend. ibidem: & conſtat ex vita ejuſdem Benero, *in princip. ſui oper. de exam. Epiſcop.* D. Anton. de Morales Molina, Dignitatem, ac Canonicatum in Eccleſia Cordubenſi, Mend. *ubi ſup.* D. Didac. de la Fuente, Canonicatum in Metropolitana Hiſpalenſi, ad quem fuit admiſſus 27. *Martii ann.* 1638. & obiit *ann.* 1646. D. Gaſpar. Martinez Pardo, Abbatiam Scalonenſem, & Theſaurariam in Eccleſia Giennenſi, ad quam fuit receptus *ann.* 1608. D. Didac. Fernandez de Caſtro, Canonicatum in Metropolitana Burgenſi, *ann.* 1638. D. Didac. de Saabedra, Canonicatum in Eccleſia Conchenſi, D. Roderic. Lorenzana, Theſaurariam in Eccleſia Seguntina, refert Garc. *de Benef. p.* 11. *cap.* 5. *num.* 181. D. Joann. Montero Villalobos, Canonicatum in eadem Eccleſia, *ann.* 1658. tradit Can. *ubi ſup.* §. 6. *n.* 26. D. Franciſcum de Zuñiga Giron, Canonicatum, & Archiadiaconatum titularem in Eccleſia Valliſoletana, D. Didacum del Ribero, Canonicatum in Eccleſia Legionenſi, obiit *ann.* 1655. Ex Conventu Uclēſi, D. Joannes de Orea obtinuit Abbatiam de Tuñon Dignitatem in Eccleſia Obetenſi, & omnes hi Canonicatus, & Dignitates ſuprà dictas obtinuerunt ex proviſione Pontificia, vel Ordinaria: alii autem plures ex præſentatione Regia, & abſque aliqua diſpenſatione Canonicatus, & Dignitates obtinuerunt in diverſis Eccleſiis, veluti D. Petrus Marquez, in Metropolitana Sanctæ Fidei, in novo Regno Granatenſi, D. Joann. Cortes, Canonicatum in eadem Eccleſia, tradit Ocampo *in tract. Militiæ Jacobeæ cap.* 1. §. 2. *n.* 17. D. Alphonſ. Negrete, Archidiaconatum in Metropolitana Megicana *ann.* 1575. D. Didac. Ibañez, Decanatum in Eccleſia Lucherenſi, in Regno Neapolitano, D. D. Petrus Gonzalez Toraño, Abbatiam Cobadongæ, Dignitatem in Eccleſia Obetenſi, D. Thoriv. de Zienfueg. Abbatiam Regiá S. Mariæ de Arvas, & D. Joſeph. de Fuét. eandē, D. Emman. & D. Laurent. Gaſco Cappellanias Regias Toletanas Regum novorum, D. Didacus de Sotomayor, Cappellaniam Dominę noſtræ de los Reyes, Sacelli Regii in Eccleſia Hiſpalenſi, D. Joſeph. de Barros Salgado, Abbatiam Regiam Sancti Clodii, in Regno Galeciæ *ann.* 1669. D. Joſeph. de Tapia, & Pizaño, Canonicatum Doctoralem in Eccleſia Accitana *ann.* 1710 D. D. Benedictus Creſpo hodie Epiſcopus Angelopolitanus Decanatum in Eccleſia Guajachenſe *ann.* 1713.

17 Omnes iſti, qui Dignitates præjactas, & Canonicatus obtinuerunt patronatus Regii, proviſi fuerunt in eis, præcedente conſultatione Supremi Senatus Regii Camerę Caſtellæ, Supremæque Indiarum, & Regii Senatus Italici; conſultationes hujuſmodi revidentibus Illuſtriſſimis, & Reverendiſſimis Confeſſariis Regis. Cumque iſti præjactique Senatus tali polleant ſapientia, & prudentia, ut

merito eorum Consilio fere in omnibus Hispania gubernetur; nec credibile, nec possibile est, à talibus, tantisque viris toties propositos fore Regibus nostris Fratres Clericos Jacobæos ad Dignitates, & Canonicatus, si aliquam incapacitatem juridicam haberent eos obtinendi. Qua propter si quisquam inflexibilis adhuc in contraria opinione persistat, necesse est, ut unum de duobus maximis absurdis fateri teneatur, scilicet, vel tantos Consiliarios, & Regios Confessarios malæ fidei, & pravæ conscientiæ arguere, ex sacrilega provisione hujusmodi Dignitatum, & Canonicatuum in personas ex juris dispositione incapaces eorum obtentionis, quod nefas est; vel incapacitatem Fratrum Clericorum Ordinis D. Jacobi ignorasse ad obtinendas Dignitates, Canonicatus, & alia Beneficia secularia, quod dementiam sapit: & maxime postquam D. Thoriv. de Cienfuegos colata fuit, ex Regia præsentatione, illustris Abbatia Sanctæ Mariæ de Arbas, præcedente speciali hujus articuli discusione; ideo facta ex machinatione plurium Candidatorum, qui hujusmodi dignitatem obtinere ambiebant, ut refert D. Can. *ubi suprà* §. 6. *n.* 26. ibi: *In confirmationem hujus non reticeam, quod ann.* 1685. *me præsente, fuit actum: nam cum plurimi Clerici Seculares Abbatiam de Arbas anxiè desiderantes, & aliàs authoritatem, sufficientiam, & specialem aptitudinem D. Thoriv. de Cienfuegos noviſſent, timentes, ne, ut evenit, ad illam eveheretur, ipsis post positis non modicè illius regularem statum ad Dominorum Senatorum Castellæ Cameræ, & Illustris D. Carbonel, tunc temporis Regiæ conscientiæ moderatoris aures vociferarunt (quasi aliquid novum, & occultum proferentes) sed Candidatorum cura non pœnitus eventu caruit: nam re cum maturitate inspecta, diligenterque examinata, capax inventus est, & Abbas creatur: signum evidens nullam juris incapacitatem in Jacobeis inveniri.* Ex quibus verbis adjuncta tanti Senatus decisione, tametsi extra judiciali, planum est Fratres Clericos Ordinum Militarium, & maximè D. Jacobi, capaces esse absolutè obtinendi quæcumque Beneficia secularia, eo modo, quo probatum reliquimus in nostra assertione: *argum. text. in leg. filius* 14. *ff. ad leg. Cornel. de falſ.* ibi: *Sic enim inveni Senatum censuisse, cum vulgatis.*

*Juris Regula statuens*, Beneficia Regularia Regularibus, & Secularia Secularibus conferri debere, *minimè comprehendit Fratres Ordinum Militarium, speciatim Divi Jacobi.*

## SUMMARIUM.

*Commune proloquium, videlicet, quod* Beneficia Regularia Regularibus conferantur, *non habet locum in Canonicis Regularibus ex rationibus hic traditis. num.* 1.

*Ratio decisiva Brochardici antecedentis, in eo consistit, scilicet ne occasione beneficiorum Regulares exeant è clausſtro: hæc ratio non comprehendit Militares; immo secundum Regulas, & constitutiones per Villas, & Oppida debent semper manere: ergo illa decisiva ratio illos non comprehendit. n.* 2.

*Ex alio capite non potest comprehendere Regula generalis jam relata Militares: quia dispares non sunt in habitu, & professione à Clericis, seu Canonicis Secularibus, & ita inter hos refertur insignis ille vir Doct. Benedictus Arias Montano, in nostro Regali Domo D. Marci Legionensis professus. n.* 3.

*Respondetur objectioni, quæ potest fieri ex voto paupertatis, quod emittunt Militares, in quo videntur discrepare à Secularibus: nam laxitudo Regulæ Militarium, & dispensatio in eo voto (quatenus possunt disponere de suis bonis modo dicto latè in* 1. *p.) facit, ut fere cum Secularibus Clericis comparentur; qui*

*antiquitus etiam non poterant disponere de suis bonis, licet hodierna consuetudine aliud sit receptum. n.4.*

*Paritas cum Clericis Secularibus probatur ex praxi, & consuetudine, quæ servatur in Diœcesi Giennensi, ubi Dignitates, & Parochias obtinentes tenentur præstare Episcopis Lucluosam in recognitionem facultatis testandi, quam illis olim solebant præstare. n.5.*

*Asseritur in Ordine Jacobæo fieri collationem perpetuam Beneficiorum Ordinis ex speciali constitutione contra P. Mendo. n.6.*

*Deciditur votum obedientiæ non opponi capacitati Militarium ad obtinenda Beneficia Secularia, cum decisione Rotæ: nec votum castitatis absolutæ, quod emittunt, dispares eos facit à Clericis Secularibus. n.7.*

*Laudatur Consilium, quod assumpsit à tot Sapientissimis viris hujus universitatis Salmantinæ noster Doct. Cano in hac materia, quam ex asse tractavit, ut ex eorum mente prolata posset deduci probabilior sua sententia, & nostra. num.8.*

*Probatur efficacissimis rationibus Regulam prædictam* Regularia, Regularibus, & Secularia Secularibus, *non comprehendere Religiosos Militares, utpote odiosam. n.9.*

*A paritate arguitur in comprobationem capacitatis Militarium ex eo, quod major prohibitio est statuta in jure erga Regulares, qui se immiscent in negotiis Secularibus; quam ea, quæ supponitur ex Concil. Trident. circa capacitatem obtinendi Beneficia Secularia; & tamen Militares possunt se immiscere in negotiis Secularibus, ut ait P. Mendo: ergo, &c. n.10.*

*Referuntur plura exemplaria Militarium primæ notæ, qui se immiscuerunt in negotiis Secularibus, ut puta in Quæsitores fidei, & Vicarios generales Episcoporum, & alia munera pure temporalia, quorum Cathalogus brevis fit, pro Jacobæis tantum, pluribus aliis relictis cæterorum Ordinum, ne in vanum tempus impendamus. n.11.*

*Prosequitur Cathalogus virorum insignium Jacobeorum, qui in variis muneribus functionum secularium negotia secularia tractarunt. n.12.*

*Denique probatur Regulam generalem prohibitivam obtinendi Beneficia Secularia Regularibus, non comprehendere Militares ex Doctrina Rodriguez, juncta expositione P. Mend. in hoc loco citatorum. n.13.*

## *ASSERTIO II.*

1 REgulam istam deducunt AA. *ex cap. in nova 16. q. 7. cap. quorundam dist. 74. cap. Monachi cap. cum ad Monasterium de stat. Monach. cap. cum singula §. prohibemus, cap. cum de Benef. de Prebend. lib. 6. Trident. sess. 14. de reformat. cap. 10. & Regula 42. Chancellariæ*, tradit Gonzal. *in Regul. 8. gloss. 8. n.8.* & licet prædicta jura, & Regulam affirmare possemus in casibus loqui satis diversis à nostro, ut intelligit noster Can. *ubi sup. §.7. n.29.* cum vero prædicta Regula, licet prout jacet, tantum inveniatur in prædicta Chancellariæ Regula, utpote existente in ea, & elicita ex citatis juribus, negare non possumus vim juris positivi Ecclesiastici obtinere: itaque ea, ut juris est, venerata, nostri muneris erit inquirere, utrum sub ea comprehendantur Clerici Militares eo modo, quo ab aliquibus AA. asseritur? quorum nomenclaturam patefaciemus cum eorum fundamentis, ut eisdem, eorum opinionem convincere curavimus. Regulam fatemur; verum eam aliquam limitationem pati asserimus; quæ judicio nostro locum obtinet in Fratribus Militaribus, & præcipuè in Jacobæis, tum ex rationibus, & authoritatibus, quæ expensæ manent in prima assertione, tum ex aliis, quæ nunc apperiemus. Exceptio igitur præcitatę Regulę, seù ejus limitatio ex jure Pontificio oritur, & præscripta invenitur *in cap. quod Dei timorem 5. de stat. Monach.* ubi Magn. & Doctissim.

In-

Innoc. III. ex prohibitione facta in Concilio generali Lateranenſi *in cap. Monachi* 2. *eod. tit.* ad hoc, ut Regulares Beneficia obtineant curata, manifeſtè excipit Canonicos Regulares, eleganti ratione prętita hujus exceptionis, aut declarationis: ea nempè, quod in præcitata prohibitione Concilii generalis expreſſa mentio minime facta fuit Canonicorum Regularium; unde cum prętera iſti laxiorem Regulam profiteantur cœteris Regularibus, locum non habere prohibitionem iſtis factam in Canonicis Regularibus, ideoque iſtos Beneficia poſſe curata obtinere. Quod etiam evincitur ex deciſsiva ratione prædictæ prohibitionis quæ maxime attendi debet ad interpretationem cujuſcumque deciſsionis. Ratio ergo prętatę Regulæ ea eſt, quę inſignuatur *in cap. ſuper eo* 9. *de Regular. cap. cum ſingula* 32. *de Præbend. lib.* 6. *ne videlicet prætextu onerum Beneficiis annexorum Monachi, & Regulares contra eorum inſtitutum vagentur per Civitates, & Villas.*

2 Sed iſta prædictorum jurium deciſsiva ratio minime militat in Canonicis Regularibus, ut conſtat *ex dict. cap.* 5. *de ſtat. Monach.* ubi ſupponitur eos extra Conventus morari poſſe: quia laxiori Regulæ inſerviunt. Et in Canonicis Jacobæis hoc appertè aſſerit præcitata Bulla confirmationis iſtius Ordinis ab Alexand. III. expedita, ibi: *Clerici prætera veſtri Ordinis per Villas, & Oppida ſimul maneant.* Idemque habetur in Regula ejuſdem Ordinis *cap.* 33. & notat noſter Ramir. *ubi ſup. n.* 1. quod neceſſe fuit ita conſtituere; aliter enim minime poterat inſtitutum prædicti Ordinis perfecte adimpleri: nam cum ejus finis ſit, ut patet ex Bulla, & Regulis ſuprà dictis, dirigere Ordinis Equites ſeculares, & in ſpiritualibus paſcere, eoſque in ſacris Ordinum conſtitutionibus inſtruere, deficeret certè præcipuus Ordinis finis, ſi Fratres Clerici in Conventuum clauſtris continuo degerent ex eo, quod Seculares Equites Ordinis vivunt admodum diſperſi in diverſis Provinciis, non tantum Hiſpaniæ, verum etiam in omnibus aliis Hiſpaniarum imperio ſubjectis. Qua propter tam procul abeſt, ut deciſsiva ratio prædictorum jurium Jacobæi Ordinis inſtituto opponatur, quod potius, ſi in ea ſiſtendum eſſet, manifeſtè Ordinis Regula, ejuſque præcipua obligatio frangeretur; ideoquè mirè convenit juxta Regulam dicti Ordinis Clericos Fratres diviſos habitare, ut ita melius aſsiſtere poſsint Ordinis Equitibus, qui diſperſi commorantur. Quod agnovit quidam novæ Hiſpaniæ Pro Rex D. Philippo II. conſulens, ut aliquos Fratres Ordinis iſtius provideret de Dignitatibus, & Canonicatibus in illo remoto Regno, ut in eo dirigere poſſent plures Equites ibidem commorantes in Regula ab eis profeſſa, quam ſervare cupiebant, ut conſtat *ex ſtabilim. Ordin. noviter edit. fol.* 206. quare cum certum ſit Ordinem D. Jacobi non in omnibus Provinciis Regni redditus poſsidere, unde alere poſsit ejus alumnos, ita ex Regula, ejuſque fine diviſos; infertur, quod cum media magis opportuna ad eorum ſubſtentationem ſint redditus Eccleſiaſtici, valdè rationi congruere, quod ut Clerici Fratres adamuſim Regulam ſuam adimpleant, & Equites Seculares eorum pabulo non careant (adverſus mentem Sedis Apoſtolicę in confirmatione Regulę manifeſtatam, quę errare nequit, ut patet *ex Concil. general. Conſtant. ſeſſ.* 13. *in princip.* 4. *tom. Concilior. pag.* 301. *cap. major. de Bapt. cap. fides* 24. *q.* 1. docet Ramir. *ubi ſup. cap.* 6. *n.* 6.) ut prædictorum Fratrum capacitas adſtruatur ad obtinendum Dignitates, & quęvis Eccleſiaſtica Beneficia.

3 Alia ratio ſolet etiam adduci deciſsiva Regulę generalis præjactæ in hujuſmodi aſſertionis initio, quæ conſiſtit in diſparitate habitus, & profe-

feſsionis,& evincitur *ex cap. in nova actione* 16. *q.*7. verum cum eodem textu facilè reſpondetur, quod profeſsio Fratrum ejuſdem Ordinis non eſt diſtincta à profeſsione Canonicorum, & Clericorum, cum Summi Pontifices in diverſis Bullis prædictos Fratres ſæpe Canonicos, & Clericos appellent. Et idem docet D. Thom. 2. 2. *q.* 189. *art.*8. *ad* 2. & ſuadetur *ex cap. duo ſunt genera* 12. *q.* 1. ex quo elicitur diverſitatem profeſsionis eam tantum appellare, quæ intercedit inter Clericos, & Laicos. Unde cum diſparitas non adſit in profeſsione, nec etiam in habitu, ut precedenti aſſertione comprobavimus, nequit ratio aliqua afferi, ut ſub præjacta Regula generali prohibitiva Fratres Ordinum Militarium, & maxime Jacobæi comprehendantur. Quod magis confirmatur ex ſequenti reflexione, nempè quia nullo caſu, nec tempore amplior ſervata fuit habitus, & profeſsionis diſtinctio, quam in ſacro Concilio Tridentino; ſed in illo D. Benedictus Arias Montano Ordinis D. Jacobi profeſſus in Regio noſtro Monaſterio Sancti Marci Legionenſis ſedit collocatus inter Doctores Clericos Seculares: ergo neceſſè infertur, quod à tanto Concilio iſtorum numero aſdcriptus fuit; alias enim Regularium albo inſtalatus fuiſſet, perindeque rationes deciſivę, quibus nititur præjacta generalis Regula prohibitiva minime viget in Clericis Jacobæis; eaque deficiente, neceſſe eſt, ut ceſſet, & deficiat Regula in prędictis rationibus innixa,ut communiter docent AA. *ex leg. addigere* 6. *ff. de jur. Patron. leg.* 32. *ff. de pact. leg.* 18. *C. de teſtam. Milit. cap. cum ceſſante de appellat.* Amaya *lib.* 1. *obſervat. cap.*17. *n.* 6. Petr. Barboſ. *l.*1. *ff. de ſolut. matrim.* 1. *p. n.*85.

4 Nec in contrarium urget, quod prædicti Fratres Militares tria ſubſtantialia Religionis emittant vota: quia paupertatis votum habuiſſe emiſſum, noſtræ aſſertioni minimè refragatur; cum Summi Pontifices ita illud relaxarunt, ut tantum, quod ſubſtantiale fuit, reliquerunt, eidem paupertatis voto omnia accidentalia detrahendo; eique nomen tribuendo, *vivendi ſine proprio*, ut patet *ex Bull. Clement. VII. & Pauli III. anno* 1534. *& Sancti Pii V. ann.* 1567. *& ſtabilim. tit.* 5. *cap.* 5. & inſuper indulgendo, ut omnes Fratres Jacobæi extra Monaſteria habitantes, bona, & reddditus poſsidentes, de eis teſtari valerent; dummodo quintam partem bonorum Conventui relinquant, & omnibus annis inventarium bonorum ſuorum Prelato Monaſterii, ubi profeſsi fuerunt, mittant, & ab eo teſtandi facultatem quolibet trienio obtineant. Quibus conditionibus, & maxime illa, inventarium mittendi, adimpletur votum vivendi ſine proprio, bonaque poſsidendi ad ſuperioris arbitrium, & facultas ea expendendi in uſus licitos, & honeſtos. Unde patet, quanta ſit Regulæ iſtius laxitudo erga paupertatis votum, & conſequenter minime ex hoc capite incapacitatem argui in prædictis Fratribus ad obtinenda Beneficia Secularia, Dignitates, & Canonicatus; cum tantum per præjactum votum eis adimatur abſoluta proprietas, bonorumque liberum dominium.Quod idem jure Canonico ſtatutum fuit erga ClericosFratresSeculares,quibus inhibetur proprietatem obtinere: eis tantum permiſſo bonorum uſu, ut liquet *ex cap. duo ſunt genera* 12. *q.* 1. ibi: *Nullam inter ſe proprietatem habentes*, & docet Spin. *de teſtam. gloſſ. rubric. p.* 14. *n.*14 *& à n.* 2. *uſque ad* 13. quod in tantum proceſsit, ut ſi fructus in uſus verterent profanos, ſeu eos in ditandis conſanguineis conſumerent, ad eorum reſtitutionem teneantur,in ſent.P.Sot. *p.*2. *de inſtruct.Sacerd.lect.*3.Trullench. *tom.*2. *in Decalog. lib.* 7. *cap.* 2. *dub.* 6. *n.*9. cujus ratio eſt: quia quod eis ſuperſt poſt congruam ſubſtentatio-

nem

nem pauperum proprium exiſtit, ut patet *ex cap. glor. Epiſcop.* 12. *q.* 2. *cap. in ſumma* 42. *diſt.* & ex Apoſtol. *ad Thimoth.* 1. *cap.* 6. ibi: *Habentes autem alimenta ex quibus tegamur contẽti ſimus* quare teſtari non poterant de redditibus Eccleſiaſticis ex dominii defectu, licet hodie contrarium ex conſuetudine generali ſit introductum, ut tradit cum pluribus Spin. *ubi ſup. n.* 1. & 12. *in fin.* & probatur *ex extravaganti ſuſcepti regiminis de elect. cap. cum tibi de verb. ſignif.*

5 Quod ſuadetur ex praxi Diœceſis Giennenſis, ex qua conſtat Dignitates, & Prioratus obtinentes teſtari non poſſe abſque facultate Epiſcoporum: unde ſæpè iſti abinteſtato ſuccedunt Dignitates, & Parochias obtinentibus, vel quia teſtamentum abſque eorum indulto condiderunt, vel quia revera abſque teſtamento fuerunt defuncti: unde provenit, quod in hoc etiam, ſervatis ſervandis, Militares Clerici conveniunt cum Clericis Secularibus, & cum illis maximè, qui Dignitates, & Parochias obtinent in dicta Diœceſi: quia in eorum favorem militat conſuetudo, quæ vim privilegii, ſeu legis habet *cap. novit de Judic. cap. cum contingat de foro competent. cap. cum Eccleſia ſutrina de cauſ. poſſ.* pro Militaribus vero faciunt præcitata reſcripta Pontificia: etſi in dicta Diœceſi Dignitas Epiſcopalis facultatem ad teſtandum præſtat Clericis; Jacobæis etiam Prelati ſui facultatem, ſeu licentiam concedunt, addita tantum inventarii oſtenſione, & admodum quo Jacobei Fratres tenentur bonorum quintum ſuo Monaſterio conferre, ita in dicta Diœceſi Epiſcopi eligere valent ex mobilibus Clerici defuncti, rem, quæ eis libuerit ex jure, quod appellatur *luctuoſa*, & à jure procedit ejus electio. Unde cum magis, & minus ſpeciem non mutent *leg.* 12. *ff. de fund. inſtruct. legat. cum vulgat.* confidenter aſſeri valet paritatem magnam inveniri, quoad hanc partem inter Clericos Jacobæos, & Seculares: ex quo evidenter emanat, quod paupertatis votum in profeſsione emiſſum à Fratribus Militaribus, juxta tenorem ſupra traditum, dominium ab eis non abdicat in fructibus, & redditibus ab eis poſſeſsis, licet dependéter illud obtineant à dominio ſuperiori, & abſoluto in eorum Prelato remanenti: qua propter hujuſmodi votum minime obſiſtit, ut prædictis Fratribus fieri queat collatio perpetua Beneficii Eccleſiaſtici, Secularis, aut alterius Dignitatis: ex collatione enim iſta, quod tribuitur, eſt jus ad fructus Dignitatis, aut Beneficii percipiendos, quod recte compatitur cum modo vivendi ſine proprio à prædictis Fratribus Clericis profeſſio, ut docent Azor. *lib.* 13. *inſtit. moral. cap.* 3. *verſic.* 2. *quæritur*, & Can. *ubi ſup.* §. 1. *n.* 6.

6 Ex dictis in præcedenti numero deſcendit, Clericis Jacobæis collationem perpetuam fieri Cappellaniarum, & Beneficiorum in Ordinis territorio exiſtentium, Mend. *de Ordin. diſq.* 11. *q.* 3. §. 2. *à n.* 29. licet minus rectè aſſerat in prædictis proviſionibus, & cœteris Prioratuum, & Parochialium Clericis Militaribus non conferri titulum perpetuum, ſed amobilem, in quo manifeſte ſeducitur, ſi in dicto aſſerto voluit comprehendere Jacobæos, quibus *ex ſtabiliment. tit.* 16. *cap.* 1. 4. 15. & *ſeq.* aperte patet eis collationem perpetuam fieri omnium Beneficiorum Ordinis, exceptis Beneficiis *Villabraz*, & *Villaviciel*: quia hæc aſsignata ſunt menſæ priorali Sancti Marci Legionenſis, qua propter in praxi obſervatur collationes Beneficiorum territorii Ordinis à Priore fieri, intra cujus Provinciam Beneficium exiſtit, & eorum, quæ ſunt extra Ordinis ditionem, collationes fiunt per Ordinarios reſpectivè, in quorum Diœceſi Beneficia ſiſtuit, ut docte advertit Rodrig. *tom.* 1. *quæſt.*

*queſt. Regul. queſt.* 34. *art.* 2. *in fin.* Mendo autem contra opinatus occaſionem aſſumpſit ex Bullis Julii II. & Innoc. VIII. Ordini Calatravę conceſsis, & ex generalibus principiis erga regulares ſtatutis, quę minime adaptantur Jacobęis ex diverſitate conſtitutionum Ordinis ſui: ex quo in refellendo Mendi opinionem amplius non hæremus, contenti manifeſtatione ſuæ equivocationis ex legib. & ſtabilim. Ordin. Jacob. & progredimur ad id, quod proprius ad aſſumptum noſtrum ſpectat, erga quod ſtatuendum, ut certum eſt, tum *ex Trident. ſeſſ.* 14. *de reformat.* tum *ex cap. in nova actione* 16. *q.* 7. Quod Beneficia Regularia provideri non poſſunt aliis, quam ejuſdem Religionis profeſsis, ita ut Clerici Seculares, ut ſervitores ſint Beneficiorum Ordinis D. Joann. neceſſe habent, habitum ejuſdem Ordinis prius accipere, & in eo profeſsionem emittere. In Ordine vero Jacobæo aliud ſervatur: nam ſi Beneficium aliquod Ordinis confertur Clerico Seculari, is, ut ei ſerviat, nec habitum Ordinis ſuſcipit, nec in eo profeſsionem emittit: ergo quia ſpecialis ratio invenitur in Beneficiis Ordinis D. Jacobi, quæ in cæteris Regularibus non militat: & ſi Beneficiis dicti Ordinis qualitatem Regularium omnino non adimit, iſtam tamen irritat; conſequenterque cum hujuſmodi Beneficia Ordinis ex collatione perpetua poſsint obtineri Jacobęi, ideo facile infertur, eis quæcumque alia Beneficia Secularia in titulum perpetuum poſſe conferri.

7 Nec amplius aſſertioni noſtræ contradicit obedientiæ votum, hoc enim in Militaribus Fratribus incompatibile minimè eſt cum obtentione Beneficiorum Secularium, ut aperte deciſſum eſt à Sacra Rota *in una Lucana plebis die* 22. *Junii ann.* 1579 ibi: *Poteſt, ſi Sanctiſsimo D. noſtro placet, indultum dictæ poſſeſsionis, ſibi concedi, eo magis: quia votum obedientiæ non videtur incompatibile cum Beneficiis Secularibus*, tradit Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. allegat.* 57. *n.* 173. & deinde probatur ex eo, quia cum neceſsaria ſit ſuperioris annuentia ad obtinendum prędicta Beneficia Secularia, eo ipſo per illorum obtentionem remanent Regulares juri communi ſubditi Diæceſano ordinario Beneficiorum; admodum, quo ei ſubſunt cæteri Clerici Seculares Beneficia poſsidentes. Idemque procedit in Dignitates, & Prębendas obtinentibus, ut docte cum pluribus aſſerit Exim. D. Suar. *de Relig. tom.* 4. *lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 19. quapropter ex acceptatione Beneficii, renuntiata judicantur eſsemptorum privilegia, maximè in omnibus annexis, & dependentibus immediatè à Beneficio, ſeù Officio. Nec etiam refragatur noſtræ aſſertioni caſtitatis votum: quoad hoc enim, utpotè annexum majoribus Ordinibus, omnino congruit cum Regulari Eccleſiaſticus ſtatus ſecularis: unde colligitur nihil ex jure Canonico opponi valere, quod capacitatem Fratrum Militarium enerbet ad obtinendum quæcumque Beneficia Secularia: ideoque illam apertè comprobarunt octo doctiſsima Collegia Regularium, undecimque famoſi Doctores, & Magiſtri in Sacra Theolog. de utroque jure primariique Cathedratici magnæ Salmaticenſis Academiæ: quorum authoritas, licet ſola adeſſe, tanta eſt, ut abſdubio ſufficiens ſit ad conſtituendam noſtram aſſertionem in gradu probabiliori. Prætereaque eam latè, & doctè, ut aſſolet, defendit D. D. Petr. Gonz. Toraño, ipſius inſignis Academiæ Cathedraticus, Regius Abbas Cobadong. & Conſiliarius tandem Regiæ Gazæ, Ordiniſque Jacobæi illuſtre ornamentum, quas reſolutiones tradit Can. *ubi ſup. à fol.* 39. *uſque ad* 67. *in fin. oper.*

8 Tot tantique fuerunt Conſiliarii, quorum opinione noſter Cano ſuam reſolutionem ſapientem unde-

de quaque omnino reddidit juxta illud *proberb.* 13. 10. ibi : *Qui agunt omnia cum Consilio reguntur sapientia, & eod.* 12. 15. *qui sapiens est, audit consilia*: hi sunt Docti viri proprię Provinciæ, à quibus judicium expectavit, in quo veritas secura invenitur: *cap. de quibus dist.* 20. ibi : *Si hujus quæstionis qualitas non lucida investigatur, seniores Provinciæ congrega, & eos interroga, facilius namque invenitur, quod à pluribus senioribus quæritur, & ibi gloss. littera* 1. *verb. seniores, id est, sapientes.* Et difficile certe alios quęrere posset magis doctos, quorum prudentię rem tantam commiteret *Genes.* 41. 38. ibi : *Nunquid sapientiorem habere potero ?* cum eorum sapientia ita publicè in universo orbe celebretur, ut ex ea omnino descendat summa probabilitas nostræ assertionis; maximè cum eam prædicti sapientes late ex profundo examine materiam istam discuserint, priusquam sententiam suam in illa profferrent Teril. *de conscient. probabilit. q.* 5. *assert.* 12. *n.* 31. *& seqq. in fin.* ibi : *Quod plures periti, & probi post diligentem discusionem absque passione animi tradunt, esse probabile, est certo tale : & posita hujusmodi discusione (de qua mihi serio constat) indubium est*, opinionem prędictorum sapientium magnum ponderis habere, magisque æstimari debere, quam contrariam aliorum AA. qui rem istam minus accurate tractarunt, quod multum confert ad metiendam probabilitatem extrinsecam opinionum AA. Namque, qui plures res in unico tractatu congregant, & aliquas ex illis obiter tractant, parum reputantur, ut contingit in casu nostro, cum perpauci sint, qui eam ex asse investigaverint, ut postea videbimus. Qua propter amplius roboratur probabilitas extrinseca nostræ assertionis calculo tantorum virorum innixa, accuratè præstito; cum credibile non sit facile, tales, & tantos sapientes seductos fuisse taliter, ut in unum votum convenerint D. Thom. *in Caten. Math.* 2. ibi: *Creditur multitudinis authoritati, & litteratis*, faciunt. *dist. cap. de quib. & cap. ad audient. de offic. deleg.* Conspirare enim plures sapientes in unum, effectus est Imperii veritatis occultæ, quare doctrina illa, ut sana, & salutaris habetur, quæ multorum Consilio probatur *proberb.* 11. 12. *ibi salus autem ubi multa Consilia*: sic tractavit rem istam noster Can. ut radicitus indagaret certitudinem suæ opinionis; nolluitque ideo de se ipso confidere, & quęritavit propterea sapientiores viros doctiores Atheneos, ut sensum suum in re tanta illi aperirent. Alii primitus ipsam pertigerant, ut jura defenderent, quæ controvertebant. Prædictus autem Can. scripsit pręssus duntaxat pondere, quod ei faciebant, suæ sententiæ fundamenta; & quia dè facto experiebatur Fratres Militares Jacobæos excludi ab oppositionibus Præbendarum Ecclesiasticarum Secularium, eos confundendo cum cœteris Regularibus; parum inspectis specialibus rationibus hujus instituti, quę eos à cœteris Regularibus maximè discernunt.

9 Alia etiam ratione satis efficaci nostrum assumptum comprobatur, quæ consistit in eo: nam Fratres Jacobæi, licet Regulares existant, in his tamen, quę odiosa sunt, pœnaliaque à jure communi exorbitantia, minime comprehenduntur, nec ut Regulares æstimantur, ut plures docent AA. quorum opinio comprobatur *à Sacr. Congregat. Concil. decis. coram Cardin. Alciat.* apud Barbos. *ibid. in declarat. Rot. die* 10. *Octob. ann.* 1570. Portell. *dub. Regul. verb. Religiosus n.* 2. Quarant. & Arag. apud nostr. Ocampo *ubi sup. n.* 3. Farinac. *decis. volum. n.* 4. *frequenter*, ubi alias refert decisiones. Rodrig. *lib.* 1. *quæst. Regul. q.* 11. *art.* 6. *pag.* 95. Lezan. *tom.* 1. *quæst. Regular. cap.* 5. *n.* 42. & 43. Ubi firmata conclusione, quod

Be-

Beneficia vacant per profeſſionem Religioſorum, excipit Militares per ſequentia ſpecioſiſsima verba: *non videtur intelligendum de hujuſmodi Militibus, qui, etſi, ut dictum eſt, Religioſi ſint, modum tamen Religioſorum non ſervant, & propterea à ſimilibus odiis eximuntur; tum quia non comprehenduntur in deciſsis expectantibus ad Regulares; tum quia etſi Religioſi ſint, modum tamen Religioſorum non tenent, cum non omnino mutent ſtatum, & redditus quaſi proprios obtineant.* Quod idem contingit erga Canonicos Regulares, ut enim comprehenderentur in prohibitione munus advocatorum exercendi, neceſſe fuit, ut ſpecialiter illis inhiberetur: quia comprehenſi non judicabantur in generali prohibitione Regularibus antea facta hujuſmodi munus exercendi, ut aſſerit D. Gonzal. *in cap. ex parte de poſtul. n.* 3. Tambur. *de jur. Abbat. tom.* 3. *diſp.* 9. *n.* 13. Caſtr. Pal. *tract.* 16. *diſp.* 1. *punct.* 12. §. 1. *num.* 6. Pelliz. *tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 4. *n.* 4. Lezan. *ubi ſup.* Hieronym. Garc. *tom.* 1. *tract.* 1. *diffinit.* 5. *dub.* 4. *n.* 17. admodum, quo, ut Ordines Militares comprehenſi intelligerentur in conſtitutione Gregoriana publicationis reſignationum, neceſſe fuit eos exprimere, Gonzal. *in Regul.* 8. *Chancellariæ gloſſ.* 8. *n.* 59. ibi: *Item conſtitutio Gregoriana de publicandis reſignationibus volens comprehendere Beneficia Ordinum Militarium expreſsit ſpecifice*, ibi: *Quorumvis Ordinum etiam Militarium*: itaque cum Sanctum Concilium Tridentinum voluit comprehendere Fratres iſtorum Ordinum, illos ſpecialiter nominavit, ut apparet *ex ſeſſ.* 25. *de reformat. Regular. cap.* 21. quapropter notabiliter docet idem Gonzal. *ubi ſup. n.* 73. Beneficia Ordinum Militarium non comprehendi in Regula generali Chancellariæ: quia lex generalis non afficit caſus ſpeciales, & privilegiatos, in quorum numero adſcribit iſtorum Ordinum Beneficia, ibi: *Admitto tamen, quod fortaſsè reſervatio noſtræ Regulæ in ſua generalitate non ſe ſtendat ad Præpoſituras, & Prioratus Ordinum Militarium, qui, & quæ per dictam Regulam tertiam non reſervantur, ſed exceptuantur, ne in generali reſervatione veniat, quod in ſpeciali non comprehenditur, leg. obligat. gener. 6. ff. de pignor. leg.* 5. *tit.* 15. *p.* 5. item nec generalis lex comprehendit caſum ſpecialē, & privilegiatum *contra gloſſ.* 1. *in l. ultim. C. de ſilent. lib.* 12. Cum ergo Regula, quæ inhibet Regulares obtinere Beneficia Secularia, odioſa ſit, & exorbitans, patet ſub ea comprehendi non poſſe Fratres Militares. Quod odioſa ſit, docet cum Rodrig. Mend. *de Ordin. diſquiſit.* 11. *q.* 4. §. 3. *n.* 79. ibi: *Secundò nam etſi maximè varientur AA. in explicando quænam dicenda ſint odioſa, quænam favorabilia in legibus, & diſpoſitionibus, in id inclinat* Emman. Rodr. *tom.* 1. *quæſt. Regular. quæſt.* 11. *art.* 6. *eas dicendas eſſe odioſas, quæ privant aliqua re (eſto plurimi ab hac expoſitione diſſideant) juxta quem dicendi modum diſpoſitiones, & jura privantia Religioſos facultate obtinendi Beneficia Secularia, odioſa ſunt cenſenda: quo ſuppoſito Religioſos Militares non comprehendi ſub eis conſtitutionibus ex eo, quod non comprehenduntur in odioſis, quæ ad Religioſos expectant, defendi probabiliter valet: quippè illos in odioſis non contineri variæ deciſsiones, declaratationes, & AA. pronuntiant, & id eſt principium generale, quod omnibus debet caſibus aptari.* Ex quibus verbis utrumque probatur aperte, Regulam ſcilicet præjactam odioſam eſſe ſub eaque minime comprehendi Fratres Militares: confirmaturque conſequenter aſſertio noſtra.

10 Quod etiam ſimiliter comprobatur ex eo, quia fortior eſt prohibitio, quæ ſtatuit Regulares Secularibus negotiis, & forenſibus jurgiis non immiſceri, quam ea per quam Regulares jubetur Beneficia Secularia non obtinere: nam prima prohibitio ponit præceptum cenſurarum contra ejuſdem tranſgreſſores: in ſecunda

vero dubitari valet, utrum præceptum an Conſilium contineat? & tametſi demus præceptivam eſſe, attamen certum eſt in illa tantum imponi temporalem pœnam nullitatis proviſionis; ſed Fratres Militares pluries obtinuerunt Judicum miniſterium, tum munus exercendo Inquiſitorum fidei, tum Vicariorum generalium diverſarum Diœceſum, tum quod amplius eſt Senatorum in prætoriis, & Conſiliis Regis: ergo facilius poterunt obtinere Dignitates, & quævis alia Beneficia Eccleſiaſtica, cum non tantum inconveniens exiſtat in obentione Beneficiorum, in quibus omne, quod tractatur, ſpirituale eſt, quam in prædictis officiis, & muneribus, in quibus temporale, quidquid agitur, exiſtit; diſcrimenque magnum notum fuit inter Fratres Militares, & cœteros Regulares, ut ex hujuſmodi conſideratione acutè advertit Mend. *ubi ſup. §. 1. num. 61.* ibi: *poſſet adhuc probari prefatum aſſertum affirmativum reſpectu omnium Fratrum Clericorum Militarium, ex eo, quod eſto Religioſi ſint, tamen quoad munia exequenda, pro ſecularibus recenſentur; hinc elliguntur In Queſitores, & Fiſcales Tribunalium fidei, in Senatores omnium Senatuum Regiorum, in Viſitatores, & Præſides eorundem, & in Judices Eccleſiaſticos, & Seculares, quorum plures retulimus diſquiſ. 9. q. 11. hæc autem munera alii Religioſi non Militares exercere nequeunt, ergo diſcrimen circa hæc inter eos eſt conſtituendum; & quidem nunquam diſpenſatio Pontificia, ad hujuſmodi munera eſt deſiderata, ſed duntaxat Ordinum licentia, ut ſubjectio oſtendatur, cum nihil poſſint de ſe ipſis Regulares diſponere, abſque Prælatorum conſenſu, & aliqua ex dictis in his muneribus infringatur: indeque conſtare videtur Fratres Militares velut alios Clericos reputari: ac ſæpe hoc nomine Clericorum eos Pontifices nuncupant in ſuis Bullis, & conſtitutionibus, quaſi nulla habita ratione diſcriminis.* Ex quibus Mend. verbis apprime evincitur Clericos Militares à Summis Pontificibus ita ſæpe æſtimari, velut Clericos Seculares: unde infertur manifeſtè minime Militares comprehendi ſub prohibitione Regularibus indicta ad obtinendum Beneficia Secularia.

11 Per plura exemplaria referre facile poſſemus perſonarum Fratrum Ordinum Militarium, qui munera diverſa ex relatis in præcedenti numero obtinuerunt; ſed ne nimii ſimus aliqua tantum ex Ordine Jacobæo in medium producemus, de quibus omnino certi ſummus. Et ex iſtis D. D. Joan. Lopez de la Quadra, Magiſter fuit Sereniſsimæ Mariæ Auſtriacæ Caroli V. Sororis, D.D. Didac. Balcarce ſtitit Vicarius generalis Hiſpalenſis Diœc. D. Hieronym. Montaño idem munus exercuit in Diœceſ. Valliſolet. D. D. Joan. Ramir. primarium ſacrorum Canonum anteceſſor, in Academia Salmantina, Inquiſit. Locron. D. Bernard. Alvarez de Mirand. Vicar. gener. Lucenſ. D. Didac. de Apont. & Quiñones, Viſitat. Ordinum Militar. Conſilii, & Epiſcop. Ovetenſis, D. Hieronym. Romero, Inquiſit. Barchinonenſis, & Conchenſis, D. D. Joan. Arguelles, Inquiſit. Valliſolet. D. Joan. Baptiſ. Ramirez, Vicarius gener. Corduvenſ. D. Didac. de la Fuente Peredo, Canonicus Legion. Inquiſitor Hiſpalenſ. & Granat. D. Petrus Marquez Decan. Eccleſiæ Sanctę Fidei, & Inquiſitor. Tribunalis novi Regni Granatenſ. D. Laurent. de Sotom. Fiſcalis, & Inquiſitor Compoſtellan. Toletan. & Suprem. Sanctæ Inquiſit. Conſiliarius, ac Viſit. Regii Conſil. Regni Navarrę.

12 D. Franc. Eſtephan. del Bado, fuit Inquiſit. Conchenſ. Tolet., & Supremæ Inquiſit. Conſil. D. Petr. Romer. Aparicio Fiſcalis, & Inquiſit. Conchenſ. D. Petr. de Eslav. & Zayas, Inquiſit. Locron. Murciæ, Llerenenſ. D. Thomas de Coſio Rubin. de Celis, Vicar. gener. Salmantin. Inquiſitor Panormitan. Valentin. &

Granatenſ. D. Gabriel de Benita, Vicar. gener. & Gubernator Diœceſ. Abulenſ. Inquiſitor Conchenſ. D. Auguſt. de los Coboſ. Inquiſitor Barchinonenſ. D. D. Petr. Gonzal. Toraño, Abbas Regiæ Abbatiæ de Cobadong. & Regiæ Gazæ Conſiliarius D.D. Petrus Nuñez Florez, primariæ ſacrorum Canonum interpres in Academia Salmantina, Judex Scholaſticus, & Vice-Chancellarius ipſius Academiæ. D. Nicol. Fernand. de la Reguera, Vicarius gener. Tudenſ. Inquiſitor Panormit. & Cordubenſ. D. Joſeph. de Tapia, Vicar. gener. & Canonic. Doctoral. Accitan. D. Joſeph. Gutierrez de Zeballos, Inquiſitor Carthaginenſ. & Limenſis, Epiſcopus Corduvenſ. de Tucuman, & nunc Archiepiſcop. Limenſ. D. Franciſ. de la Mota, Vicarius gener. Truxill. Regni Pervan. qui habitum Fratriſcanũ Diſcalceatorũ adipiſcens in præfato Regno, in Provinciale fuit evectus, Illuſtr. D. Ferdinan. de Acebed. Canonic. Legion. & Toletan. Inquiſitor Hiſpalenſ. Epiſcop. Oxomenſis, Archiepiſcop. Burgenſ. & Supremi Caſtellæ Senatus Præſes, D. Balthaſar de Villarej. Ramirez, Inquiſitor Barchinonenſ. D. Joann. Balthaſar de Loaiſa & Chaves Inſularum Fortunatarum Fiſcalis, & Inquiſitor poſtea Llerenenſ. & ad Præſens Corduvenſ. & Canonicus Eccleſiæ Segovienſ. & ad altiora benemeritus, cum aliis, quos ex profeſſo omittimus, ne faſtidio lectorem afficiamus, horum relatione contenti, cum ſuperſint ad noſtrum aſſumptum validiſsime ſtabiliendum.

13 Et ut ultimam manum huic aſſertioni apponamus, palam proferemus doctrinam Rodrig. *tom. 1. quæſt. Regul. q. 34.* cum expoſitione ei præſtita à Mend. *de Ordin. dict. diſquiſit. 11. q. 4. §. 3. n. 77.* verba Rodrig. ſunt ſequentia, ibi: *Notandum etiam, quod Fratribus Sancti Joannis Hieroſolymitani, & Sancti Jacobi de Spata, Militarium, & Religioſis Ordinis Beatæ Mariæ Theutonicorum, & Canonicis Sancti Antonii Viennenſis Diœceſis, & membrorum ejuſdem Ordinis Sancti Auguſtini, nec datur diſpenſatio ad obtinendum Beneficium.* Hæc verba ita interpetratur Mend. *ubi ſup.* ibi: *Et quamvis prima fronte videatur aſſerere, quod diſpenſatio aliis dari ſolita, prædictis negatur: attamen id nequit ita intelligi: nam non eſt cur eis negaretur diſpenſatio, potius quam aliis. Quare ego eum ita capio, ut ſignificet non dari diſpenſationem: quia neceſſaria illis non eſt juxta ſtyllum Curiæ, & ſi aliter intendatur, eum fore capiendum: non reperio, quomodo poſsit veritas verborum adſtrui.* Ex quâ interpretatione, quæ veriſsima eſt, & generali praxi probata, manifeſtè liquet, Fratres Militares minimè comprehendi ſub communi prohibitione Regularibus à jure canonico adſcripta ad obtinendum Beneficia Eccleſiaſtica Secularia; quin contrarium aliquomodo ſuaderi valeat quorundam authorum opinio, ita aſſerentium, quibus in ſequenti aſſertione, eorum fundamentis faciemus ſatis.

*Deciſsiones ſacræ Congregationis Concilii Epiſcoporum, & Regularium, & Rotæ adductæ adverſus præcedentem aſſertionem minime eis refragantur; & cætera fundamenta Authorum contra Fratres Militares ſcribentium omnino enerbantur.*

## SUMMARIUM.

*Reſpondetur concludenter deciſsioni Sacræ Congregationis Concil. quam trahit Hieronym. Gonz. cum Doctiſsimo Pignatel. & ſimiliter reſpondetur cum exemplari facto à D. Carolo Borromæo ann. 1584. tribus tranſactis, à tempore datæ conſtitutionis Gregorianę, quam ignorare incredibile eſt Prædictum Sanctum Archiepiſcopum Mediolanen. n. 1.*

*Refutantur AA. contrarii, nempè Quaran. & P. Thom. Sanch. qui ducti præ-*

*prædicta conſtitutione Gregoriana, adverſantur; & licet Sanch. addat aliam Bullam Pauli IV. ann. 1558. reſpondetur cum alia Bulla Pii IV. expedita ann. 1560. ſimul etiam oſtenditur retractatio Garciæ, & intelligitur Rebuf. n. 2.*

*Deciſsio Sacræ Congregationis data ann. 1598. coram Seraphino, quam trahit Garcia, & alia Epiſcoporum, & Regularium ann. 1603. adductæ à Barboſ. in contrarium aſſertionis noſtræ, expenduntur, & intelliguntur validiſsimis fundamentis, ut videre eſt. n. 3.*

*Tres deciſsiones, quæ afferuntur à Pignatel. prima ann. 1630. ſecunda ann 1652. & tertia ann. 1655. prout contrariæ capacitati Canonicorum Regularium, & Militarium Luſitanorum, elucidantur, & intelliguntur in ſuo vero ſenſu. n. 4.*

*Aſſertum P. Mendo contra capacitatem Clericorum Militarium, quod deſummit ex conſultationibus factis à Capitulo generali noſtri Ordinis, evaneſcit ex doctrina noſtri Doct. Can. cujus verba tranſcribuntur. n. 5.*

*Roboratur Doctrina antecedens D. Can. aliis conſiderationibus, quæ oriuntur ex facto, & jure. n. 6.*

*Noſter Illuſtriſsimus Ocampo vindicatur à nota impoſsita à R. P. Andrea Mendo, in eo, quod aſſeruit poſſe dari compoſsibile dominium dependens à voluntate Prælati in Fratribus Clericis Militaribus cum voto vivendi ſine proprio, ſuppoſita diſpenſatione Apoſtolica. num. 7.*

*Alia invectio P. Mendo notatur, contra prædictum Ocampo; ſed ex illius verbis oſtenditur quædam inconſequentia. n. 8.*

*Ex verbis P. Mendo adductis num. antecedenti excuſat Author. D. Ocampo à ſeparatione, quam judicat facere Ocampo Jacobæorum à cæteris Militaribus, & detegit aliquam implicantiam pati P. Mendo, cum negat capacitatem Beneficiorum Secularium, & concedit poſſe ſe immiſcere negotiis Secularibus. n. 9.*

*Abſurdum, quod deducit contra Ocampo P. Mendo, in eo, quod ille aſſeruit prohibitionem non obtinendi Beneficia Secularia Regularibus non comprehendere Militares, detegitur, & explicatur intelligendo propriè verba D. Ocampo, non ut ſua, ſed ut plurium AA. qui illud idem ſenſerunt, quin Militaribus attribueretur uſque tunc velle ſe eximere ab omni lege Eccleſiaſtica, ut inquit Mend. n. 10.*

*A ratione probatur, neutiquam poſſe comprehendere prædictam prohibitionem Clericos Militares. n. 11.*

*Quod teſtatur Mendo de conſuetudine non obtinendi Beneficia Secularia ſine diſpenſatione, falſificatur cum atteſtatione Secretarii Capituli Eccleſiæ Ovetenſis, & ſic de aliis proviſsionibus Regiis factis Militaribus in aliis Eccleſiis Cathedralibus: & impugnationi Mendo adverſus Ocampo reſpondetur remiſsivè. n. 12.*

*Appingitur alia ratio, qua nititur capacitas Militarium, nempè Beneficia ſua obtinere Seculares, quin neceſſe ſit habitu ſuorum Ordinum ſe induere, & licet hoc attribuat Mendo conſenſui Ordinis, impugnatur ejus ſententia. n. 13.*

## *ASSERTIO III.*

1 UT materia aliqua ex profeſſo agitetur, neceſſe eſt pœnitus dificultates omnes indagare, quæ erga illam verſari poſſunt, ut ait Quintill. *lib. 5. inſtit. Orator. cap. 13.* ibi: *Ridiculum eſt ergo in exercitationibus, quæ foro præparantur, prius cogitare quid reſpondere, quam quid ex adverſo dici poſsit.* Cum igitur quæſtionem, & materiam propoſitam ex aſſe reſolvere in animo ſit, argumenta adverſus aſſertionem noſtram hucuſque excogitata, in aliam proferre opere pretium decrevimus, ut ex eorum refutatione ſolidior, lucidiorque noſtra aſſertio maneat. Jaculum ergo primum, quod adverſus noſtram principalem aſſertionem contorqueri ſolet, ex quadam procedit *deciſsione Sacræ Congregat. Concil.* apud Quarant. *in ſum-*

*ſumm. Bullar. verb. Canonici Regulares*, & Gonzal. *in Regul.* 8. *Chancell. gloſſ.* 7. *n.* 53. quæ ita ait, ibi : *Sanctiſ. D. noſter Gregor. XIII. nolluit licere Canonicis Regularibus Congregat. Lateranenſis, etiam de licentia ſui Generalis, abſque permiſſu Summi Pontificis aſſumere curam animarum, etiam ad tempus, multoque minus Beneficium curatum ad tempus.* Verum huic deciſsioni multipliciter reſpondetur: primo, quod præjacta conſtitutio Gregor. XIII. non invenitur inter cæteras ejuſdem Pontificis conſtitutiones, ut aperte aſſerit modernus, & doctus Pignateli advocatus in Curia Romana verſatiſsimus *tom.* 1. *conſultat.* 44. *n.* 2. Secundo dicimus, quod licet talis conſtitutio edita fuiſſet à prædicto Gregor. XIII. cum tamen ad legis authoritatem traducta non fuerit: ſui conditoris obitu, ipſa conſtitutio ceſſavit, ut manifeſte probatur *ex cap. ſi gratioſi de reſcriptis*, & probat Gonzal. *ubi ſup. poſt num.* 55. Præterea: illa conſtitutio, veluti pœnalis, & juris communis correctiva, utpote inhabiles reddens Canonicos Regulares ad obtinendum id, quod jure communi illis permititur adipiſci, ut in præcedenti aſſertione fundavimus, ſtricte admodum interpretari debet, ut tantum Canonicis Lateranenſibus noceat; cum de illis tantum loquatur cæteris autem Canonicis Regularibus nihil præjudicii inferat, juxta juris regulam *in authent. quas actiones C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Quod autem præfata conſtitutio nunquam fuiſſet edita, aperte liquet ex ipſo Gonzal. *in ultim. impreſſ. ſui oper. ubi ſup.* qui *à n.* 55. ſe retractat ab opinione ab eò propoſita *ubi ſup. dict. n.* 53. adverſus capacitatem Canonicorum Regularium, in d. conſtitut. Gregoriana nixus: idemque contingere ait erga relatam deciſsionem ſacri Concilii: quia nec de ea conſtat authenticè, vel quia publicata non fuit, vel quia non recepta, aſſerunt Pennot. *in tripart. Canonic. Regul. lib.* 2. *cap.* 72. *n.* 7. Dubald. *p.* 2. *quæſt. moral. q.* 7. *difficult.* 16. Tambur *de jur. Abbat. tom.* 3. *diſp.* 9. *q.* 8. quorum aſſertio indubitabilis redditur, ex eo, quia citata deciſsio fuit prolata *ann.* 1581. Unde ſi certa eſſet, minime magnum illud Prælatorum exemplar Emmin. Sanct. Carolus Borromæus convocaſſet, & admiſiſſet *ann.* 1584. (tribuſque annis tranſactis tantum poſt dictam deciſsionem) Canonicos Regulares ad concurſum Beneficiorum curatorum Secularium, multoque minus tantus Præſul hujuſmodi claſsi Beneficium tum contuliſſet, ut de facto contulit cuidam Canonico Regulari, ut teſtatur idem Pennot. *ubi nuper*: ex quo credi non valet talem deciſsionem expeditam fuiſſe, vel ſaltim non publicatam, ne fateri cogamur iſtum obſervantiſsimum Præſulem eam illicò tranſgreſſum fuiſſe: & idem, ex hoc ipſo facto D. Caroli, aſſerendum eſt indubiè erga conſtitutionem Gregor. XIII. Nam ſi certa eſſet, eam minime peſundaſſet D. Carolus, qui illam ignoraſſe dici non valet, cum contemporaneus foret Gregor. XIII. ut conſtat ex Tambur. *tom.* 3. *de jur. Abbat. diſp.* 9. *q.* 8. *n.* 11. Lezan. *tom.* 1. *quæſtion. Regular. p.* 2. *cap.* 3. *n.* 16. Lepaig. *in Biblioth. Præmonſtr. lib.* 1. *cap.* 4. *ſect.* 18. Sed tametſi abſque veritatis præjudicio demus deciſsionem illam certam eſſe, nihil noſtræ aſſertioni obeſt, cum aperte correcta ſit per aliam poſteriorem editam *anno* 1602. & à nobis relatam *in* 1. *aſſert. n.* 3. cui ut noviſsimè omnino ſtari debet, *leg.* 26. *ff. de legib.* ibi : *Non eſt novum, ut priores leges ad poſteriores trahantur l.* 27. *eod.* ibi: *Quia antiquiores leges ad poſteriores trahi uſitatum eſt, ex leg.* 28. ibi : *Sed poſteriores leges ad priores pertinent, niſi contrariæ ſint*, Idque multis argumentis probatur, *leg. ult. ff. de conſtit.* ibi : *Conſtitutiones tempore poſteriores potiores ſunt his, quæ ipſas præceſſerunt.* Unde liquido evincitur, nihil ex præjacta deciſsione, & conſtitutione aſſeri poſſe adverſus capacitatem Canonicorum Regularium, nec

minus Fratrum Militarium ad obtinendum quęcumque Beneficia Secularia.

2 Unde convincitur de falsa opinio Quarantæ *ubi sup.* veluti nullo alio fundamento consistens, nisi in præjacta constitutione Gregor. XIII. & decisione Sacræ Congregationis. In eisdemque nititur Sanch. ut idem opinetur *in præcept. Decal. lib. 7. cap. 29. n.* 71. licet enim quandam Bullam adducit editam à Paul. IV. *ann.* 1558. in idem conspirantem; hæc tamen derogata fuit, & reducta ad juris communi Chancellos ex alia Bulla Pii IV. expedita *ann.* 1560. Quapropter idem Sanchez istud agnoscens, suam opinionem fundat *in suprà citat. deciss.* apud Quarant. quare alia responsione non eget ejus sententia, quàm præstita numero præcedenti, ad confutandam opinionem Quarantæ. In ipsa decisione, & alia ejusdem Congregationis Sancti Concilii struit suam sententiam Garc. *de Benef. 7. part. cap.* 10. *num.* 31. ubi verba decisionis refert, quæ ita sunt, ibi: *Regulares sunt incapaces Beneficii simplicis, etiamsi essent Canonici Regulares, non autem Beneficii curati*, juxta dispositionem *cap. quod Dei timorem* 5. *de stat. Monach.* licet non hodie: cum obstet Concilium Lateranense ad concordata. Verum huic decisioni facilè respondetur, quod idem Garc. consscius alius posterioris contrariæ, quam tradimus *in* 1. *assert. num.* 9. opinionem suam retractavit *in addit. oper. sui* 1. *part. cap.* 4. *num.* 24. Præterquamquod ex abundanti responderi valet, prædictam decisionem referri ad Concilium Lateranense non simpliciter, & absolutè, sed in concordatis inter Leon. X. Summum Pontificem, & Francis. I. Galiæ Regem; inquibus pactum fuit, ne Ordinarii, vel Apostolica Sedes providere possent Beneficia Secularia Regularibus, nec econverso, ut asserit Rebuf. *suprà concordat. tit. de collat.* §. 1. Unde cum pactum istud tantum initum sit cum Galiæ Rege: ibi tantum vim ligandi obtinet, in aliàsque Provincias extendi non valet, ex sent. Barthol. *in leg. legavi*, & *leg. Aurelius* §. *si stichus ff. de liberat. legat.* quapropter destructo fundamento constitutionis Lateranensis quidquàm non obstat decisio Sacræ Congregationis, nec doctrina Garc. ex ea elicita; quia deficiente ratione legis, cessat ipsa lex, ut *ex leg. addigere*, *ff. de jur. Patron.* & *cap. cum cessante de appellat.* docet Amay. *lib.* 1. *observat. cap.* 17. *n.* 6. & *passim AA.*

3 Alia decisio affertur ejusdem Sacræ Congregationis prolata 6. *Martii anno* 1598. coram D. Seraphin. Decan. in una Papiensi juris Patronatus ab eodem Garcia *ubi sup. num* 29. cujus verba sunt hæc, ibi: *Beneficium Seculare non posse conferri Canonico Regulari sine apostolica dispensatione, nisi sit Parochiale.* Altera autem decisio Sacrę Congregationis Episcoporum, & Regularium 1. *Septembr. ann.* 1603. affertur à Barbos. *de jur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 80. cujus verba ita procedunt, ibi: *Canonici Regulares non obstante cap. quod Dei timorem, non admituntur ad Curam Parochialium Ecclesiarum, absque Sedis Apostolicæ dispensatione.* Sed his decisionibus facili negotio respondemus. Primæ scilicet adductę à Garc. eam correctam fuisse per suprà traditam posteriorem 1. *Novembris ann.* 1600. quam adduximus *in assert.* 1. *n.* 11. unde huic posteriori standum esse latè ex jure probatum reliquimus *in calce n.* 1. *hujus assert.* Alterę autem allatæ à Barbos. facimus satis dicendo, illam authenticam non esse, vel saltim verosimilem non videri eam promulgatam, cum ex Pennot. *ubi sup. lib.* 2. *cap.* 72. *num.* 12. ocular teste pateat, ut jam diximus à Paul. V. *ann.* 1616. examinari jussum hujusmodi articulum capacitatis Canonicorum Regularium, post diligens examen provisum fuisse quendam Canonicum Regularem,

de Beneficio Seculari, Canonicatu ſcilicet Eccleſiæ Secularis, ut teſtatur ipſe Pennot. qui mentionem ullam non facit hujus deciſionis à Barboſ. adductę, quod maximè indicat, eam publicatam non fuiſſe; aliàs enim credibile non eſt Pennot. qui in Romana Curia ſcripſit tredecim annis tantum, poſt dictam deciſionem, eam ignoraſſe: nec etiam eodem anno poſt diligentem diſcuſionem (quę fuſtra adhiberetur, ſi prejacta deciſio nota eſſet) à Paul. V. Canonicatus Eccleſiæ ſecularis collatus fuiſſet Canonico Regulari. Unde liquet, prędictam deciſionem à Barboſ. adductam authenticam non fuiſſe, proindeque vim legis non obtinuiſſe, nec obtinere debere: nam ut eam poteſtatem obtineant præjactę deciſiones, & declarationes, neceſſe eſt, ut exibeantur ſubſcriptæ ab Emminentiſsimo Cardinale Præfecto Sacræ Congregat. & per Secretarium exiſtentem tempore earum datę. nec aliter adductæ quidquam probant, ut docet Salgad. *de ſupplicat. ad Sanctiſ. 2. p. cap. 30 §. 5. per tot. & precipue n. 4.* & poſtea ſtatutum eſt ab Urban. VIII. per reſcriptum ſpeciale, publicatum Romę *2. Auguſti ann. 1631.* quod apud nos manifeſtum fuit, juſſu Supremi Conſilii Sanctæ Inquiſitionis.

4 Alię præterea deciſiones adducuntur à Pinnatel. *tom. 1. conſultat. 44. n. 25. Una Cremonenſ. 1. Septembr. altera Taurinenſ. 27. Octobr. 1630* quibus deciſſum fuit, quod nullus Canonicus Regularis degere poſsit extra Monaſterium in habitu Præsbyteri Secularis, ſub prætextu obtinendi Beneficium Seculare: ſed his deciſionibus facilius reſpondetur: nam in illis tantum inhibetur Canonicis Regularibus extra Clauſtrum habitare, & Secularem habitum geſtare, non autem Beneficia Secularia obtinere, cum potius in eiſdem deciſionibus, eorum capaces ſupponantur; quare prædictę deciſiones intelligendæ ſunt, ut loquantur de Canonicis illis Regularibus, qui ex ſpecialibus conſtitutionibus clauſtralem vitam agebant, in habituque Monachali incedebant, prout contingit in Prę monſtratenſibus; & eodem modo interpretanda eſt alia ſimilis deciſio 5. *Maii 1655.* congeſta ab eod. Pinnatel. Non autem loquuntur prædictę deciſiones de Canonicis illis Regularibus, quorum habitus, & vivendi modus conformis eſt, ſeu parum diſtinctus à Clericis Secularibus: propter quod juxta Regulam ſuam habitare poſſunt extra Monaſteria; ut advertit idem Pinnatel. ibidem. Major autem difficultas exoritur ex alia deciſione *15. Junii 1652. in una Portugalenſis*, quam adducit ipſe Pinnatel. *tom. 1. conſultat. 254.* in qua aſſeritur, Sacerdotes profeſſos Ordinum Militarium Chriſti, D. Jacobi, & Avis in capaces eſſe Beneficiorum ſimplicium, & Canonicatuum abſque diſpenſatione Sedis Apoſtolicæ. Hæc vero deciſio, quæ amplius, cœteris, noſtram aſſertionem videtur evertere, facile eluditur. Primo: nam ut limitata ad Fratres Militares Regni Luſitani, illico infertur, limitatum producere effectum *ut ex leg. in agris 16. ff. de adquir. rer. dom.* probat Caſtill. cum pluribus *lib. 4. controverſ. cap. 45.* Carlev. *de judiciis tit. 1. diſp. 2. n. 993. & diſp. 4. num. 7.* Licet enim Fratres Jacobæi uni ipſæ Regulę ſerviant, diverſas tamen conſtitutiones habent Luſitani, & Caſtellani, ita ut etiam in habitu diſtinguantur. Luſitani enim in Teſera filum argenteum circulatum portant. Caſtellani autem ſerico rubro illam ornant; qua propter illa ſpecialis conſtitutio cum Luſitanis loquens, eos tantum comprehendere debet, quin ſtendatur ad cœteros alterius Regni: & præterea dicta deciſio, prout privat Fratres illos Militares capacitate, aliàs per illos habita, eſt diſpoſitio odioſa, & pœnalis, Caſtill. *ubi ſup. cap. 41. n. 97.* ibi: *Omnis etiam materia excluſionis odioſa dicitur*; ideoque dicta deciſio ad alios extendi non poteſt, quam in ea expreſ-

ſos, licet eadem Militet ratio, *ut ex cap. 1. de tempor. ordin. lib. 6.* docet Suar. cum pluribus *de legib. lib. 6. cap. 1. n. 21.* Deinde ut ex dicta deciſione convinci poſſet incapacitates Canonicorum Regularium, neceſſe erat, ut in ea expreſsè derogaretur diſpoſitio Conciliaris, qua fundatur eorum capacitas, ut contingit in aliis ſacris deciſionibus; aliterque vim ligandi non obtinent, ut probatur *ex cap. 3. de Cappell. Monach. cap. nonnulli de reſcriptis,* Cobarr. *lib. 4. variar. cap. 16. num. 13.* Sanch. *de matrim. lib. 4. diſp. 26. n. 6.* Gonzal. *in Regul. 8. Chancellar. gloſſ. 18. n. 103.* Garc. *de Benef. p. 4. cap. 5.* & Barboſ. *cum plurib. in Concil. Trident. ſeſſ. 1. cap. 1.*

5 Aliud argumentum inſurgit noſtræ aſſertioni oppoſitum à Mend. *de Ordin diſquiſit. 1. q. 4. n. 64.* deſſumptum *ex quadam conſultatione Ordin. D. Jacobi in Capitulo generali conglobati, Regi facta ann. 1600. & repetita ann. 1652.* quæ invenitur *in ſtabiliment. Ordin. pag. 213.* cujus verba ſunt, ibi: *Suplicòſe à ſu Mageſtad ſe ſirvieſſe de pedir diſpenſacion general, ò por via de declaracion, para que los Freiles Clerigos de eſta Orden pudiſſen obtener Dignidades, Prebendas, penſiones, y Beneficios Seculares*; ex quibus verbis ita conſtituitur argumentum. Diſpenſatio eſt juris relaxatio, Segur. *2. p. direct. cap. 16. n. 17.* Sanch. *lib. 8. de matrim. diſp. 1. n. 1.* ſed Ordo D. Jacobi diſpenſationem petit: ergo agnoſcit prohibitos eſſe ejus alumnos, Præbendas, & Beneficia ſecularia obtinere. Huic tamen argumento reſponſum præbemus, cum noſtr. Can. §. *6. ubi ſup. num. 28.* ejuſdem verbis relatis, ibi: *Sanè non alia impugnatione refutanda erat hæc objectio quam anteriorem paginam ſtatutorum, Sapientiſsimo* P. relegendo in qua duę conſultationes ſupra relatę, *inveniuntur, ex quibus apperte conſtat Ordinem nullatenus neceſſariam judicaſſe diſpenſationem, nec declarationem Pontificiam ad conſcientiæ ſecuritatem, cum abſolutè petierit ſuis individuis Canonicatus, Prębendas, & Dignitates Eccleſiarum Cathedralium. ſupponendo in illis capacitatem juris ad omnia illa: circa quod videantur verba Bullæ Sanctitatis Pii V. relata n. 17. circa fin. nunc vero diſtingues tempora, & concordabis jura. Nam cum ad Canonicatus Cathedralium, qui vulgo vocantur* de Officio, *exercitia litteraria, & oppoſitio præcedant, Capitulumque ad oppoſitionem admittat; videns Ordo; quod ſi Jacobęus Clericus ad oppoſitionẽ exire conaretur, nunquam deficiebat aliquis Eccleſię Cathedralis Canonicus, qui vulgari innixus proloquio, ſeu Regula cõmuni* Regularia, Regularibus, Secularia Secularibus; cõferri debẽt (*de quo infrà*) *illũ ab oppoſitione excludere tentaret, quod ſufficiebat ad illum diutius in moleſta lite irretiendum, & interim Præbenda vacans providebatur: prudenter advertens Ordo, quod ſi attente fundamenta oppoſitæ ſentẽtiæ, quæcumque illa ſint, perpendantur, ſimiliter in Equitibus ejuſdem Ordinis, ac in Clericis currebant, cum in duplici voto paupertatis, ſcilicet, & obedientiæ, unde obex ad prædicta Beneficia pervenire poteſt, omnimodam habeant conformitatem, ſolumque in modo profitendi caſtitatem differant: quæ differentia, quantum ad præſentem difficultatem, non eſt ad rem, illoſque non ſemel eandem facti repugnantiam fuiſſe expertos, ideoque eorum aliquos, qui in Cathedralibus Eccleſiis Canonicatus, aut Præbendas aliàs obtinebant, profeſsionẽ ſolemnem, & explicitũ emittere diutius omittebant, cõtra ſtatuta, & decreta ejuſdem Ordinis, & videns hoc facti impedimentum complanari aliunde non poſſe, quam ex Pontificia diſpenſatione, aut declaratione, ſic petiit à Rege, ut illam à Sede Apoſtolica impetraret, & dummodo impedimentum facti tolleretur, quod in nullo alio conſiſtere videbatur, quam in reſiſtentia extrinſeca aliquorum Canonicorum Eccleſiarum Cathedralium, parum curavit, an eſſet per declarationem, aut diſpenſationem Apoſtolicæ Sedis. Fallitur enim, qui exiſtimat, Ordinem hoc feciſſe ad conſcientiæ ſecuritatem: nam ſecu-*

*curiſsimus erat in utroque foro de legitimo ſuorum jure ad illa, & omnia alia Beneficia.*

6 Ex prædictis verbis Cano, ita oppoſito argumento ſuperiori ſatisfit, ut neceſſe non videatur quidquam ei addere : ut autem, nec motus ſcrupuli alicujus relinquatur, & dici non valeat, quod ſi cauſa impulſiva prædictæ conſultationis fuit occurrere vexationibus, quas de facto experiri ſolebant Fratres Jacobæi in oppoſitionibus Præbendarum *de officio*, ſatis erat, ut Ordinis petitio comprehenderet declarationem ad iſtas obtinendas, ideoque ſuperfluam videri generalem ſupplicationem ad obtinendas Dignitates, Præbendas, & quæcumque Beneficia aſſerimus : quod ratio hujuſmodi generalis petitionis non tantum fuit illa quam adducit Can. *ubi ſup.* ſed ea etiam, ut de cœtero periculum vitaretur moleſtiarum, & litium, quæ etiam oriebantur, ſeu oriri poterant eiſdem Fratribus in proviſionibus Ordinariis, & Pontificiis, & recurſu impetrationis. Quod autem ex defectu ſecuritatis in foro interno præjacta ſupplicatio Ordinis non proceſsit, manifeſtum fit, ex eo, quia in dicta ſupplicatione minime petitur, quod in proviſionibus Patronatus Regii obtineatur diſpenſatio, nec in Eccleſiis prædicti Patronatus unquam Fratribus Militaribus in Dignitatibus, & Canonicatibus earum proviſis obex Regularitatis oppoſitus fuit, ut earum poſſeſsio illis retardaretur. Quod certè non contingeret, ſi capacitas prædictorum Fratrum ad ea obtinenda omnino certa non eſſet, ut fundatum manet, cum iſta capacitas ita neceſſaria ſit in Dignitatibus, & Beneficiis Patronatus Regii, ut in cœteris aliis proviſionis Ordinarię, ſeù Pontificię, ut ait Garc. *de Benef. p. 7. cap. 10. num. 14.* Navarr. *commentar. 3. de Regular. cap. nullum n. 2.* & Rodr. *quæſtion. Regular. tom. 2. q. 123. artic. 4.* Unde infertur, quod cum plures viri ſuprà adducti virtute, & litteris pollentes obtinuerint Dignitates, & Prębendas Patronatus Regii ſine diſpenſatione aliqua, ut Ordini notum erat, manifeſtum redditur ſupplicationem Ordinis non proceſsiſſe ex conſcientiæ timore, ſed ex tatione adducta à noſtro Can. *ubi ſup.* junćto periculo impetrationum. Etſi aliquis ex dictis Fratribus proviſis à Summo Pontifice, vel Ordinario diſpenſationem petierit, de quo certi non ſumus, veroſimile exiſtit ex eiſdem cauſis proveniſſe ; conſequenterque ex eorum facto nullum prejudicium juri generali Ordinis fieri potuiſſe : ut omiſsis pluribus rationibus, quę cumulari poterant, docet Can. *ubi ſup. §. 8. n. 39.* ibi : *Et ſi forte eorum, quos ibi numeravimus cum Secularibus Beneficiis, aliquis Pontificiam diſpenſationem petierit, quod mihi compertum non eſt*, non credam, *hoc feciſſe ad juris prohibitionem auferendam, ſeu ad habilitationem perſonę, ſed ad extrinſecum impedimentum in facto conſiſtens complanandum, qualis eſt oppoſitio aliorum fundata in generali proloquio, de quo n. 36. 37. & 38. ſufficienter diximus, quod quidem cum factum ſingulare ſit, aut ſingularis perſonæ, dato quod ita evenerit, non poteſt inficere totius Ordinis jus, nec illud obnubilare.*

7 Ex hucuſque dictis ſatis convicta falſitatis videtur ſententia Mendo *ubi ſup. n. 185.* in quantum aſſerit præjactam conſultationem ab Ordine Jacobæo factam fuiſſe, ut ſedaretur conſcientiæ ſcrupulus, & ſimiliter in quantum conſuetudinem negat, obtinendi Præbendas, & Dignitates ſine diſpenſatione, dicti Ordinis individuis. Sed in ejus doctrinam incidentes indagare conabimur fundamenta, quibus motus fuit, ut opponeretur ſententię noſtri Illuſtriſsimi Ocampo aſſerentis capacitatem Militarium Fratrum ad obtinenda Beneficia ſine diſpenſatione. Primum fundamentum propoſitum ab Ocampo ad noſtram capacitatem aſſerendam, nititur in eo,

quod

quod teſtari poſſumus ſub conditionibus ſuprà expreſsis, & quod bonorum dominium retinemus, licet dependenter à dominio ſuperiori in Prelato reſidenti, quam ſententiam prius docuit M. Baſil. Ponz. *de matrim. lib. 7. cap. 10. n. 9. & cap. 13. n. 8. 9. & 10.* P. Bazq. *in opuſc. de reddit. cap. 3. dub. 3.* Spin. *de teſtam. gloſſ. rubric. q. 6. n. 2.* & alii plures apud Garc. *de Benef. p. 7. cap. 11. n. 62.* non ergo ejus inventor fuit Ocampo, ut videtur intelligere Mendo *ubi ſup. diſq. 4.* ex confidentia, qua eum arguit, negans in primis dominium: & deinde *diſquiſ. 11 q. 4. n. 47.* cum non intelligere fateatur quomodo ex antecedenti probante Fratres Militares bonorum dominium habere, inferri valeat conſequens, quod poſsint obtinere Beneficia Secularia: verum ſi Mendo adverteret, quod capacitas obtinendi Beneficia provenit ex Regulæ laxitudine *ex cap. 5. de ſtat. Monach. Trident. in ſeſſ. 14. de reformat. cap. 11.* inveniret, quod licet non omnimodo, ſaltem partialiter ex illo antecedenti infertur conſequens illud, ut probatur ex ſequenti arguendi modo. Regularis ſtatus proprium eſt bona dominii affectu non habere, nec de eis diſponere poſſe ſine Prelati facultate, *cap. 2. de teſtam. cap. final. de ſucceſſ. abinteſt. cap. quia ingredient. quæſt. ult. authent. C. de Sacroſ. Eccleſ. cap. porrectum cap. ex parte de Regular. leg. 16. tit. 1. part. 6.* Cobarr. *in cap. 2. de teſtam.* P. Soto *de juſt. & jur. lib. 10. q. 5. art. 7.* ſed Fratres Jacobæi ex privilegiis Apoſtolicis poſſunt obtinere bona, & de eis diſponere forma ſuprà tradita: ergo quoad hanc partem laxiorem Regulam profitentur cœteris Regularibus: tum ſic, qui laxiorem Regulam profitentur, poſſunt ex jure Beneficia obtinere ſecularia: ergo Fratres Jacobæi illa poſſunt obtinere, ſuppoſita habitus conformitate cum ſecularibus, nullaque diſparitate in profeſsione, necnon, quod obligati non exiſtunt, ut vitam clauſtralem peragant, ut omnia iſta ſuppoſuit noſter Ocampo. Proſequitur Mendo aſſerens, quod in tantum poterat aſſumi principium illud deſcendens ex bonorum dominio, quantum ex eo evinceretur, illud obtinentes propriè Religioſos non eſſe, & ut Seculares reputari debere, conſequenterque Beneficiorum Regularium capaces: ſed nullus affirmare poteſt Jacobæos Fratres perfectè Religioſos non eſſe: videtur ergo principium illud dominii nihil ad rem facere, ut Beneficia poſſint obtinere Secularia. Sed huic argumento reſpondemus, ſyllogiſmum in majori falſum ſupponere, in quantum ſupponit Beneficium Seculare compatibile non eſſe cum ſtatu Regulari, quod falſum eſt, ut patet ex rationibus, juribus, authoritatibus, deciſionibus, & Bullis Pontificiis, quas adduximus in prima aſſertione. Cum ergo compati poſsit, quod Regularis maneat, qui dominium bonorum habet, & capax Beneficii Secularis exiſtat, tam procul habeſt, ut ratio à Mendo tradita aliquid ad rem conferat, quod potius ex ea cum aliis habilitas, & capacitas Beneficia obtinendi Secularia valde comprobatur.

8 Ex dictis, & ex eo, quod aſſerit Ocampo Jacobæos Fratres appellatione Regularium in odioſis non comprehendi; proindeque idem militare in prohibitione Regularibus ſtatuta, Beneficia obtinendi Secularia, inſurgit graviter Mend. adverſus Ocampo ſententiam, & ut videtur motus ex eo, quod Ocampo aſſeruit tantum capacitatem Jacobæorum, non vero cœterorum Fratrum Militarium: nam ex ejus ſententia recognoſci poteſt omnibus Militaribus in communi tribuere, quod prius adimere voluit ſolis Jacobæis, loquendo enim de iſtis *dict. diſquiſit. 11. q. 4. §. 1. n. 47.* ſequentia verba profert, ibi: *Idque præoculis habendum, non debere conjungi duo incompoſsibilia juxta varietatem eventuum. Etenim ſi agatur de exemptionibus*

de

*de foro, & pluribus aliis mordicis: curatur à pluribus defendi, non ſolum Clericos Fratres, verum, & Equites Militiarum eſſe propriè Religioſos, & emittere tria vota ſubſtantialia conſtituentia rigoroſe Religionem, cum autem pervenitur ad caſus, in quibus ratio Religioſorum obſtat, aut obſtare videtur, confugitur ad laxitatem Religionis, ad paupertatem, quæ non excludit bonorum dominium, & alia ſimilia, indeque hujuſmodi conjungi curantur omnia favorabilia Religioſorum ſimul, & Secularium, & excutiuntur omnia Religioſorum annexa.* Quę verba mirum eſt certe tantum virum protuliſſe adverſus tales, totque perſonas; verum ejus in conſequentia facile proſpicitur ex aliis ejus verbis, *ubi ſup. n.* 48. quæ ad litteram ſunt ſequentia, ibi: *Sed ait ille Author* (loquendo de Ocampo) *ſecundo, Fratres Clericos Jacobæos non venire, nec comprehendi in odioſis ſub nomine Religioſorum, atque adeo Beneficia Secularia prohibita Religioſis, eis non eſſe prohibita. In primis id non minus militat reſpectu Jacobæorum, quam Fratrum Calatravæ, Alcantaræ, Avis, Monteſæ, & Chriſti; nam omnes hi non adeo ſtrictam paupertatem profitentur, ac alii Religioſi: diſponunt de ſuis bonis, tum viventes, ut aſſeruimus diſquiſ.* 4. *tum decedentes eomodo, quo dicemus diſq.* 15. *gaudent redditibus Beneficiorum Ordinum, ad plura munera ex ſe ſecularia evehuntur: degunt extra communitatem Eccleſiis addicti, Secularibus immixti vicitant, & Secularia negotia tractantes, deſidentque ſolum exteriori ſpecie per theſeram à reliquis Clericis Secularibus. Quid igitur in Jacobæis reperitur ratione cujus non cõprehendantur ſub nomine Religioſorum in odioſis, quod in cæteris non inveniatur?*

9 Ex quibus verbis inſpicitur Mendi aliqua acrimonia adverſus noſtrum Ocamp. materiam iſtam tractaſſe, ex eo tantum, quod *num. præcedent.* indicavimus, ſed advertere debuit nihil præjudicii ab Ocampo Ordinibus Calatravæ, & Alcantaræ illatum fuiſſe, ex eo, quod de eorum jure nihil tractaverit, & pro viribus egerit de Jacobæo, cum præterquod Jacobæi Ordinis alumnus erat, in iſto etiam ſpecialis ratio invenitur ex privilegiis ipſius Ordinis, voti, ſcilicet *vivendi ſine proprio*; & cum gradus paupertatis, qui profiteri ex voto debet, extendi amplius poſsit, potuerunt rectè Summi Pontifices ei tribuere laxitudinem, quæ experitur, quin ei aufferrent voti ſubſtantiam, indulgendo ſimul in Ordine Jacobæo ejus alumnis dominium inferius rerum dependenter à ſuperiori, quod in Prælato reſidet, id vero aliis non præſtarent. Deinde rectè poſſunt Ordines hi, Militares eſſe æquales in inſtituto, diverſi autem in conſtitutionibus, ut certè ſunt; & etiam in Regula: nam Jacobęus Ordo Canonicorum Regularium exiſtit, Ordines autem Calatravæ, & Alcantaræ Monachalem Regulam profitentur, licet Militari inſtituto conformem. Proptereaque non intelligimus, ad quid notavit Mendo diſtinctionem Ordinum factam ab Ocampo, ſi aſſerturus erat eandem in capacitatem in omnibus exiſtere ad obtinendum Beneficia Secularia. Calore autem argumenti ductum fuiſſe ſuſpicor? nam in ejus verbis concedendo Fratribus Militaribus, quod eſt plus, eis competere negavit, quod eſt minus: aſſerit enim in ſuprà relatis verbis Fratres Militares teſtari poſſe: ergo dominium rerum habent: nemo enim, qui illud non habeat in actu, ſaltim in potentia teſtari valet Ulpian. *in fragm. tit. de teſtam. §. filiusfamilias leg. hæreditas ff. de petit. hæredit. gloſſ. in authent. ingreſſi C. de ſacroſanct. Eccleſ,* Spin. *de teſtam. gloſſ. rubric. p.* 6. *n.* 2. proſequitur, & ait, *Fratres Militares immixtos cum Secularibus incedere negotia Secularia tractantes; ſed major prohibitio Regularibus facta eſt, ne negotiis Secularibus miſceantur, quam ut Be-*

*neficia Secularia non obtineant*, ut patet *ex tot. tit. nec Clerici, vel Monachi cap. ex part. de poſtuland.* & ibi Gonzal. cum cœteris repetentibus: ergo cum primum concedatur à Mendo; in conſequenter ſecundum negatur. Quod facile probatur: nam immiſcere ſe negotiis ſæcularibus, cum negativa anteriori, & ſub cenſuræ pœna Regularibus prohibetur: Beneficia autem obtinere ſub Conſilio, eis jubetur; & quanto magis prohibitio velit extendi, ſemper remanet in termnis ſimplicis præcepti abſque aliqua pœna, & quod negari non valet majorem prohibitionem illam eſſe, quam iſtam. Nec mirum: nam obtinere Beneficia nullam indecentiam continet, miſceri autem Regulares in negotiis Secularibus magnum dedecus affert; cum hæc negotia ſint valde aliena ab eorum profeſsione, omnino extracta à curis temporalibus: ergo, ſi in Mend. ſententia prohibitio tractandi negotia Secularia Fratres Militares non comprehendit, potiori ratione fateri debebat, nec illos contineri in prohibitione obtinendi Beneficia Secularia; hoc negat, & illud indulget: ergo ſibi ipſi implicatur.

10 Aſſerit præterea Mendo adverſus Ocampo propugnantem, Militares non comprehendi in prohibitionibus odioſis factis Regularibus: quod ſi omnes illæ res, quæ ex jure canonico prohibentur Regularibus (ut illis inhibetur obtinere Beneficia Secularia inter quam prohibitionem, & cœteras nullum diſcrimen exiſtit) odioſæ eſſent, in illiſque Fratres Clerici Militares non comprehenderentur; contingeret ut fere nulla lex, ſeu diſpoſitio Eccleſiaſtica eos ligaret: leges enim, quę aliquid Secularibus inhibent, ut Secularibus, eos non afficiunt: quia aſſerunt ſe Religioſos, & exemptos: & ex alia parte contendunt leges illas, quæ aliquid Regularibus prohibent eos non comprehendere: quia odioſæ ſunt, & in odioſis ipſi Regularium nomine non continentur. Unde ex ipſa parte libertatem intendunt ab omni Eccleſiaſtica lege, onus aliquod inferente; ex quo aliquas illationes deduxit parum oportunas, quas omittere potuit noſque omiſſas facimus conſulto, ne forsàn prædicto viro quidquam amaritudinis reſpondere cogamur. Qua propter, ut ejus argumentum evertamus, dicimus injuriam argumenti ſtare in falſo ſuppoſito, quo in argumento utitur; non aſſerunt Fratres Militares eos abſolutè non comprehendi ſub omnibus legibus Eccleſiaſticis, quæ aliquid Regularibus interdicunt, ſed tantum propugnant res illas omnes, quę compatibiles ſunt cum ſtatu Regulari, inſpecta eorum Regulæ amplitudine eis debere permitti, licet Regularibus communi jure ſint prohibitæ: & hoc contendunt non ſolum, quia ita aſſertum ab Ocampo, ſed quia ante eum ſic aſſeruerunt alii graves AA. veluti Navarr. Mandoſ. Rodrig. Gambar. Gonzal. Lambert. Azor. apud Sanch. *tom. 2. ſummæ lib. 7. cap. 29. n.* 103. Villalob. *in ſumm. tom. 2. tract. 35 difficult. 10. num.* 14. & Lezan. *tom.* 4. *queſt. Regul. cap. 5. n.* 42. Quod comprobatur ex Concil. Trident. quod dum voluit Fratres Militares comprehendere ſub aliqua prohibitione generali Regularibus facta, eos ſemper nominatim expreſsit, ut conſtat *ex ſeſſ.* 25. *de reformat. Regular. cp.* 21. *& ſeſſ.* 23. *de reformat. cap.* 18. *& ſeſſ.* 25. *de Regular. cap.* 15. *& ita deciſſ. Rot. in una Tiraſon.* 11. *Octob.* 1570. coram Seraph. *in* 1. *p. diverſ.* tradit Gonzal. *in Regul.* 8. *Chancell. gloſſ.* 8. *à n.* 52. *ad* 60. ergo hoc propoſito principio, falſitas infertur doctrinæ à Mendo ſuprà propoſitæ. Quod deinde confirmatur: nam contendere Fratres Militares non contineri ſub conſtitutionibus prohibitis earum rerum, quę incompoſsibiles non ſunt cum ſtatu Regulari, neque indecentibus juxta inſtitutum Militarium, non eſt idem, quod intendere ſe abſolutos ab omni eo, quod onus Regulare importat. Primum concedimus, ſe-

ſecundum negamus: non enim conamur nos Regulares non eſſe, neque abſolutè non adſtrictos, oneribus illis Regularibus annexis, eidem ſtatui, ejuſque decentiæ, cum noſtroque inſtituto, & peculiarisRegulę amplitudine compoſsibilibus, ſed à cœteris tantum illeſum ſtatum Regularem relinquendo, noſtra laxitudine non conformentur. Unde cum permiſsio obtinendi Beneficia rectè compaciatur cum ſtatu Regulari, eumque minime deſtruat, & vivendi modo Fratrum Militarium juxta eorum inſtitutum, & regulæ laxitudinem ſit conformis, ideo aſſerimus ſub prohibitione hujus juris Regularibus generaliter ſtatuta, Militares minime comprehendi; ex quo minime abſurdum ſequitur, quod voluntariè excogitavit dictus Mendo, potiuſque ex adductis infertur ejus opinionem eſſe ſatis abſurdam.

11 Quod amplius comprobatur: nam ſi ex aliqua ratione comprehenderenturMilitares ſub prohibitione obtinendi Beneficia, certe eſſet; quia Regulares ſunt; ſed id non obeſt, dum invenitur talis Regulæ laxitudo, quæ compoſsibile faciat non comprehendi ſub hac prohibitione, cum exiſtentia Regularitatis: igitur non comprehenduntur Fratres Militares ſub prędicta prohibitione. Major conſtat ex doctrina dicti Mend. *ubi ſup.* §. 2. *q.* 4. *n.* 47. *& ſeqq.* Minor autem ex eodem Authore patet *ubi nuper* §. 2. *n.* 68. *cum aliis ab eo congeſtis*, aſſerente, Equites Ordinis D. Joan. capaces eſſe obtinendi Beneficia Secularia, & Penſiones: atqui Equites D. Joannis ſunt vere Regulares, quia emittunt tria vota ſubſtantialia Religionis ſine diſpenſatione, nec laxitudine, ut teſtatur Scaño, *in propugnacl. Hieroſolym.* ergo fateri debet ipſe Mend. minime oppoſitum eſſe ſtatui Religioſo Militari poſſe obtinere Beneficia Secularia, & Fratres conſequeuter Militares neutiquam comprehendi ſub communi prohibitione Regularium ad obtinendaBeneficiaSecularia. Quod ulterius evincitur ex eo: nam prædicta prohibitio non ideo tantum Regularibus fuit facta, quia Regulares ſunt, ſed ſpeciali ratione, obquam eorum ſtatum non decet Secularia obtinere Beneficia, quæ utique non viget in Militaribus, ideoque ſub dicta prohibitione comprehendi non debent. Rurſus Regularibus etiam abſolutè prohibetur Advocatorum, Judicumque munera in Judiciis exercere propter magnam improprietatem, & incompatibilitatem, quę hujuſmodi munera habent cum ſtatu Regulari; quæ incompatibilitas major in dubio eſt, quam illa obtinendi Beneficia, cum plus à comtemplatione cœleſtium diſtrahat jurgiorum, & judiciorum diſquiſitio; quam Beneficii Eccleſiaſtici ſpiritualis moderatio, ut omnibus patet: ſed Fratres Militares non comprehenduntur ſub prohibitione judicia Tractandi: ergo à fortiori comprehendi non debēt ſub prohibitione obtinendi Beneficia: minor, in qua eſt difficultas, patet ex numeroſis exemplaribus, quæ ſuprà produximus Fratrum Militarium, qui abſque aliqua diſpenſatione connibentibus, & annuentibus Hiſpaniarum Prælatis, Apoſtoliciſque Nuntiis, præjacta munera frequenter egerunt: unde conſequens negari non valet.

12 Hujus argumenti pondus agnovit Mend. utque ab eo ſcuteretur, recurrere coactus fuit ad authoritatem conſuetudinis, quę, talem eſſe dicit, ut illud poſſet inducere. Conſuetudinem autem negat adeſſe in Fratribus Militaribus ad obtinenda Beneficia Secularia ſine diſpenſatione. Verum etiam in aſſerto iſto prædictus Author ſeductus fuit: nam certum, & conſtans eſt, Fratres Militares proviſſos in Dignitatibus, Prębendis, & Beneficiis Regii Patronatus, nunquam diſpenſationem petiiſſe, neque adeptos fuiſſe, ut ſimilia Beneficia, & Dignitates obtinerent: quod nobis patet, ex teſtimonio D. Joann. Marr. Sierra,

Ca-

Canonici Jubilati Sanctæ Eccleſiæ Ovetenſis (quę eſt ſtatuti) dato 30, *Octobris ann.* 1714. in quo teſtatur *D. D. Petrum Gonzalez Toraño*, admiſſum fuiſſe ad Abbatiam Regiam Covadongæ, Dignitatem illius Eccleſiæ. 24. *Martii ann.* 1687. precedente dictamine Canonici Doctoralis, qui tunc erat Illuſtriſsimus Dominus Barthol. de Cernuda, poſtea Epiſcopus Placentinus, qui Capitulum conſuluit prędictum D. Petr. nullam incapacitatem juris habere ad obtinendam præjactam Dignitatem, nec diſpenſatione aliqua indigere. Quapropter ſine illa poſſeſsionem dictæ Dignitatis accepit, 8. *Aprilis ejuſdem anni*, quin Ordinis prejudicio inferri valeat, quod aliquis individuus, ejus diſpenſationem petierit, nec etiam Ordinibus refragari valet curię ſtylus: hic enim, ut ait Hoſtienſ. *in præmio ſummæ column.* 4. Lap. *allegat.* 52. Gomez. *in Regula de Triennal. q.* 53. *cap. ult.* & Mandoſ. *in Regul.* 33. *Chancell. q.* 8. *n.* 5. quandoque albus, quandoque niger reperitur, unde ex his conſuetudo adverſus Ordines Militares nequit induci: nam facta privata impugnare non valent, neque immutare jus commune. Aliud fundamentum deductum ab Ocampo *ex Sacr. Congregat. Concil.* 10. *Novembris* 1600. & impugnatum à Mend. ita roboratum relinquimus in prima aſſertione, ut ex rationibus ibi adductis abunde enerbata maneat Mendi impugnatio: qua propter, ut faſtidium vitemus, lectorem ad ibi dicta remittimus.

13 Aſſerit etiam Ocampo capacitatem Ordinis Jacobæi aperte elici ex eo, quod in defectum Fratrum ejuſdem Ordinis, Beneficia Clericis Secularibus conferuntur: unde cum à Sancto Concil. Trident. *ſeſſ.* 14. *de reformat. cap.* 10. ſtatuatur, eum, qui obtinet Beneficium Regulare, debere prius ejuſdem Ordinis habitum induere, & in eo profeſsionem emittere, cujus Ordinis fuerit Beneficium, aſſerit *Rot. coram Burat. in Carpentan. Prioratus* 19. *Aprilis* 1619. Gonzal. *in Regul.* 8. *Chancell. gloſſ.* 8. *num.* 77. Piaſec. *in praxi Epiſcopal. p.* 2. *cap.* 5. *n.* 24. Sanch. *lib.* 7. *ſumm. cap.* 4. *n.* 14. & Hieron. Rod. *in compend. quæſt. Regul. reſol.* 15. *n.* 4. & ex eo quod Clerici Seculares poſsint ſervire Beneficiis Ordinis Jacobęi, quin in eo profiteantur, manifeſtè infertur prejacta Beneficia non ut Regularia, ſed ut Secularia haberi. Hanc difficultatem prævidit Mend. eamque ſolvere conatur, aſſerens, iſtud procedere ex Ordinis conſenſu præſtito, eoque à Sede Apoſtolica approbato: idemque non contingere in obtentione Beneficiorum Secularium erga Fratres Militares, cui Epiſcopi non conſentiunt, ſed potius illud reſiſtunt, ita dictus Author. *ubi ſup. n.* 59. Sed voluntarie admodum; licet enim accuratè inveſtigaverimus Ordinum privilegia, nunquam in eis invenire potuimus ſimilem facultatem eis tributam. Deinde quia etſi eam haberent, neceſſe erat, ut caput illud Sancti Concilii expreſsè derogaretur, ut dicta facultate Ordines uti valerent, ut probat Gonzal. *in Regul.* 8. *Chancell. gloſſ.* 18. *n.* 103. Cobarr. *lib.* 4. *variar. cap.* 16. *n.* 13. Sanch. *de matrim. lib.* 4. *diſp.* 26. *n.* 6. & Garc. *de Benef.* 4. *p. n.* 5. *cap.* 25. Unde non propter rationem à Mendo præſtitam id contingit, ſed quia cum habitus Clericorum Secularium conformis eſt cum habitu Jacobæorum, & cœterorum Fratrum, & horum Ordinum Beneficia ſint perpetuæ collationis, plerũque ſimilitudinem habent cum cœteris Secularibus Beneficiis. Ceſſat utique ratio, qua moti fuerunt Patres Concilii, ut obligationem imponerent Clericis Secularibus profitendi ſtatum Regularem Ordinis illius, cujus Beneficia obtinere vellent, in Beneficiis Ordinis Jacobæi, & aliorum, ut voluit; licet non ita explicuit de Jacobæis noſter Ocampo. Proſequitur ultra Mendo *ubi ſup.* §. 30. *à n.* 76. *& precipuè*

*n.* 81. juraque, & authoritates adducit, noſtram ſententiam impugnantes, & in eo ſubſiſtit, quod aſſertio noſtra ſpeculativè probabilis eſt, non autem practicè: quia Curiæ ſtylus adverſus exiſtit, idem facile arguere poſſit quicumque Præbendam aliquam impetraſſet à MilitariFratre obtentam; iſte autem opinandi modus accutè admodum refutatur à noſtro Can. *dict. diſquiſit.* §. 9. *n. ult.* ubi allegat Dianam, Sanchez, Sanctum Thomam, Ferre, & Joannem Sanctium, qui apud eum videri poterunt, ne inutiliter immoremur.

*Statutum Eccleſiæ excludens omnem profeſſum in Religione Monachali non comprehendit Ordinum Militarium profeſſos, & præcipuè Jacobæos.*

## SUMMARIUM.

*Supponitur ſtatuta omnia ex natura ſua eſſe odioſa, ſtrictèque interpretanda: quia in proprio, & rigoroſo ſenſu intelligi debent, & loquentia de aliquibus perſonis non poſſunt extendi ad alias, etiam ſimiles. n.* 1.

*Ulterius ſupponitur cum aliquibus AA. admittentibus non omnia ſtatuta eſſe odioſa, ſed tantum juris correctoria; cætera vero, quæ conformia ſunt juri communi, eſſe extenſibilia ad alios caſus, & perſonas ſimiles; ſed ipſo non obſtanti aſſeritur ſtatutum probibens Monachum profeſſum non poſſe obtinere Beneficia Secularia, non comprehendere Militares, & præcipuè Canonicos Regulares Jacobæos. num.* 2.

*Probatur AA. gravioris notæ, Canonicos Regulares non comprehendi ſub appellatione Monachalium, neque etiam Militares, etſi profiteantur Regulam Monachalem, ex diverſo inſtituto, & fine. n.* 3.

*Appingitur celebris doctrina Lagmet. in Reg. S. Auguſt. cap.* 4. *n.* 10. *quivaldè increpat contra eos, qui defendebant unum idemque eſſe inſtitutum Canonicorum Regularium, & Monachorum. n.* 4.

*A majori ad minus arguitur: nam verbum Regulare laxius eſt, quam Monachale; ſed in illo non comprehenduntur in odioſis Militares; ergo multo minus in iſto: major patet: quia verbum Regulare omnes profeſſos in Religione comprehendit; Monachale vero rigoroſe aſſumptum ſolum comprehendit Monachales: in illis non comprehenduntur Militares ex ſententia plurium hic citatorum: ergo multo fortius in iſtis. n.* 5.

*Supponitur ſententia quorundam, qui diſtinguunt inter Equites Militares, & Clericos eorundem Ordinum; ſed rejicitur. ibid.*

*Fulcitur amplius reſponſio data AA. qui diſtinctionem deduxerunt inter Equites, & Clericos Fratres, aliis rationibus, quę hic videri poſſunt. n.* 6.

*Obſtenduntur omnes rationes, quas habere potuerunt Eccleſiæ Cathedrales ad conficiendum tale ſtatutum, & quæ moverunt animos Summorum Pontificum ad illud confirmandum, & docetur nullam ex illis convenire Militaribus Clericis. num.* 7.

*Poſtremo allegatur ſententia Panorm. & tranſcribuntur ejus verba in comprobationem hujus aſſertionis, & graviter invehitur adverſus eos, qui confundunt Monachos cum Canonicis Regularibus, & notatur opinio Valenſ. num.* 8.

## *ASSERTIO IV.*

1 UT articulus iſte rectè perpendatur, primo ſuponimus ſtatuta ex natura ſua odioſa eſſe, ideoque ſtrictè interpretanda, eorumque clauſulas reſtringendas, ut non prætergrediantur terminos, nec caſus, in quibus ſpecificè loquuntur *leg.* 1. §. 19. *verſic. in re igitur ff. de exercit. act. l.* 1. §. 4. *ff. de fund. inſtr. leg. non autem* 69. *ff. de legat.* 3. *l.* 15. *ff. de lib. & poſtum. l.* 3. §. 3. *ff. de negot. geſt.* Grac. *deciſſ.*

*deciſſ.* 45. *n.* 14. Surd. *deciſſ.* 61. *n.* 6. Burg. de Paz. *in leg.* 1. *Taur. n.* 584. Scob. *de purit.* 1. *p. q.* 3. §. 2. *à n.* 1. *cum aliis pluribus.* Ita ut cum verba ſtatuti non conveniunt in ſignificatione cum eo, quod comprehendere volunt, id non comprehenditur ſub ejus diſpoſitione, *leg.* 4. §. 6. *ff. de damn. infect. l.* 19. *C. de collat. gloſſ. in l. ſervit.* 6. *ff. de fugitiv.* Mexia *in leg. collect.* 2. *p. fundament* 1. *n.* 11. quod ideo procedit : quia ſtatuta propriè debent intelligi : quare non extenduntur, ut comprehendant impropriam, latamque verborum ſignificationem. Lar. *de Cappellan. lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 40. *& ſeqq.* Valenz. *conſil.* 90. *n.* 203. *& conſil.* 91. *à n.* 4. *cum ſeqq.* Barboſ. *de poteſtat Epiſcop.* 1. *p. tit.* 2. *gloſſ.* 17. *n.* 29. Scobar. *ubi ſup. tit.* 11. Unde caſus omiſſus in verbis ſtatuti, omiſſus judicatur in verbi diſpoſitione *leg.* 6. *ff. de condit. cauſ. dat. leg.* 64. §. *de viro ff. ſolut. matrim.* Barboſ. *cum plurib. axiom.* 39. *n.* 2. Et ratio eſt illa communiter tradita, veluti, quod ſi ſtatutum illud comprehendere vellet, id exprimeret, ideoque dum non expreſſit, præſumitur nolluiſſe continere, quod explicite, non nominavit, aut retulit. Valenz. *dict. conſil.* 91. *n.* 11. Barboſ. *axiom.* 236. *n.* 5. *& ſeqq.* Armend. *in proem. leg. Navarr. num.* 15. unde certe inferri valet, quod ſi ſtatutum loquitur de aliquo perſonarum genere, extendi non valeat ad perſonas alterius, nec ſimilis generis : intelligendumque eſt de illis tantum, quæ propriè tales ſint, & non ſecundum quid *leg.* 15. §. 1. *ff. de leg. Jul. de adult. leg.* 207. *ff. de verb. ſignif.* Scobar. *cum plurib. ubi ſup. n.* 13. *&* 15. textus omnes, qui erga rem hanc agunt, de legibus loquuntur, non autem de ſtatutis: verum cum eadem ratio in illis, quam in iſtis procedat, ut docet Everard. *in loc. legal. loc. à nat. leg. ſtrict. & à rat. leg. larg. n.* 45. *& ſeqq.* 55. *&* 63. ideo AA. ſtatutorum materiam tractantes rectè ſententiam ſuam fulxerunt ex ponderatis deciſionibus.

2 Supponimus etiam alios AA. exiſtere, qui hujuſmodi doctrinam ita abſolutè non admittunt, ſed in ſtatutis tantum procedere ajunt juris communis correctoriis : in illis vero ſtatutis, quæ juri ſunt conformia, aſſerunt extendenda eſſe ad caſus, & perſonas, quibus eadem ratio congruat, etiam in lata ſignificatione verborum. Idemque aſſerunt erga ſtatuta correctoria, dummodo edita ſint propter publicam utilitatem, & extendi non conentur ad perſonas, aut caſus diverſi generis, aut ſpeciei. Scobar. *ubi ſup.* §. 2. *q.* 3. *à n.* 1. *per tot. & præcipuè* §. 3. *n.* 3. Unde evidenter infertur, quod licet fateamur ſtatutum Eccleſiæ introductum fuiſſe in odium, vel in favorem Monachorum, dum probetur Militares Fratres Regulares eſſe alterius ſpeciei, & ſingulariter Jacobæos; patebit conſequens iſtos comprehendi non debere ſub ſtatuto Monachis generaliter interdicente Præbendas, aut Dignitates obtinere. Hoc autem probatur ex Gracian. *inſcript. cap. quando* 86. *diſt.* ibi : *Et conſequenter appellatione Monachi non venit Canonicus Regularis, plus quam alius Clericus.* Idem docet, etſi expeditius, Navarr. *tom.* 1. *coment. de Regular.* 3. *n.* 40. ibi : *Conſequens eſt, quod non ſolum lex pœnalis, ꝛc. exorvitans diſponens de Monacho non comprehendit Canonicum Regularem, ſed neque alia non pœnalis, neque exorvitans pluſquam alios Clericos, cum neque ex proprietate verbi, nec communi modo loquendi, neque ex lata ſignificatione Canonici comprehendantur appellatione Monachi* : & dictum Panormit. non ſolum eſt verum, ſed etiam ampliandum ad leges non pœnales, ſed exorvitantes; quidquid dixerit Jaſon rem frigide tractans in authentica ingreſſi: idemque patet *ex cap.* 5. *de ſtat. Monach.* Ubi Innocent. III. apperiens Concilii Lateranenſis diſpoſitionem *in cap.* 2. *dict. tit.* in quo generaliter Monachis inhibitum fuit Beneficia Secularia obtinere, ſtatuit in illa prohibitione

Canonicos Regulares non comprehendi ex eorum Regulæ ampliori laxitudine, & diſtantia eorum inſtituti à Monachali; idemque ſuadetur *ex cap. placuit cap. pervenit cap. interdicimus*, & *cap. juxta* 16. *q.* 1. *cum aliis*, quibus Monachis prohibetur munus prædicationis, Sacramentorum adminiſtratio, & Parochiarum gubernatio, quod omne Canonicis Regularibus aperte indulgetur *in dict. cap.* 5. *de ſtat. Monach.*

3 Tamque certum eſt, & communiter receptum Canonicos Regulares ſub Monachorum nomine in juris diſpoſitionibus odioſis, & exorvitantibus non comprehendi, ut fere ab omnibus AA. ita probetur. Dian. *reſolut. moral. p.* 9. *reſolut.* 32. *tract.* 6. curſ. Salmant. *moral. tract.* 15. *cap.* 1. *punct.* 4. *n.* 67. Navarr. *in man. cap.* 27. *n.* 139. Lagmet. *in Regul. Sanct. Auguſt. cap.* 4. *n.* 10. Pennot. *lib.* 2. *hiſtor. tripart. Canonicorum Regul. cap.* 2. *num.* 9. Mend. *de Ordin. Militar. diſquiſit.* 4. *n.* 80. Et ratio eſt: quia Canonici eſſentialiter Clerici ſunt, ut fundavimus in prima aſſertione, ideoque nequeunt nomine Monachorum contineri: iſti enim ſtrictè ſumpti Clerici non ſunt, nec ita appellantur *cap. ſi Clericatus*, *cap. Monachos*, *cap. alia*, *cap. Monachis* 16. *q.* 1. Div. Thom. 2. 2. *quæſt.* 189. *artic.* 8. *ad* 2. licet hodie tales ſint, quia in ſuo primo inſtituto Clerici non fuerunt. D. Thom. *opuſc.* 19. *p.* 2. *cap.* 2. ibi: *Dato quod Monacho docere non liceat (ſcilicet per ſe, & doctrina prædicationis) non ſequitur, quod Canonicis Regularibus non liceat docere, cum Canonici Regulares inter Clericos computentur juxta Auguſt. in ſerm. de communi vita Clericor.* Suar. *tom.* 1. *lib.* 1. *de Relig. cap.* 7. *n.* 6. Et ideo in generali prohibitione Regularibus facta, ut munus advocationis non exercerent, neceſſe fuit, ut in ea Canonici Regulares continerentur, Innocent. III. illos ſpecificè nominaſſet, ut docet Gonzal. *in cap. ex part. de poſtuland. n.* 3. Valenſ. *in parat. jur. canon. tit.* 31. *de Regular.* §. 1. *n.* 3. & §. 2. *n.* 6. *in fin.* Lezan. *tom.* 1. *quæſt. Regular. cap.* 5. *de jur. & obligat. Regular. Militar. n.* 42. & 43. Tambur. *de jur. Abbat. tom.* 3. *diſp.* 9. *num.* 13. Pellizar. *tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 4. *n.* 4. Hierony. Garc. *tom.* 1. *diffinit.* 5. *dub.* 4. *num.* 17. Caſtr. Pal. *tract.* 16. *diſp.* 1. *punct.* 12. §. 1. *num.* 6. & *in clement. in agro* §. *quia vero de ſtat. Monach.* Monachis ſub excommunicatione prohibetur arma ſine ſuperioris aſſenſu habere: *ait gloſſ.* ſub hac prohibitione Canonicos Regulares non comprehendi: quia eorum cauſa, & officium ſunt diverſa ab officiis Monachorum, ſicuti ex diverſo fine, cum diſtinctiſque inſtitutis una Religio fundata fuerit, quam alia: Monachorum enim fuit inſtituta ad meditationem, auſteritatem, & pœnitentiam; Canonicorum autem Regularium, ut laudes Deo in choro canerent, fideleſque inſtruerent in chriſtiana diſciplina, prædicatione, & Sacrorum adminiſtratione. D. Bernard. *Epiſt.* 3. & Suar. *tom.* 4. *de Relig. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 4. *ut ſup. advertimus.*

4 Ideoque Lagmet. *in Regul. S. Auguſt. cap.* 4. *n.* 10. poſtquam propugnavit capacitatem Canonicorum Regularium ad obtinenda Beneficia Secularia, reprehendit illos, qui confundunt Monachos cum Canonicis Regularibus, & ait: *Dubium iſtud à quibuſdam ſciolis, qui diſtinguere neſciunt inter utrorumque inſtituta: quia forsàn apud D. Hieronym. legerunt, vel fortuito audierunt Monachi officium eſſe plorare, non docere, ideoque cogitantes juris corpus ſe in cordis ſcrinio habere, ſtatim prorrumpunt in dicterium illud, ſeù proloquium, docens Monachos ſtare debere ſuis Monaſteriis clauſos, ſua, & aliena peccata gementes, & inde Canonicos Regulares arcendos eſſe ab omni animarum cura.* Et proſequitur idem A. aſſerens: *Ita ſentientes propitios ſuæ ſententiæ, ſeu errore habere, damnatiſt. Petillian. qui eodem modo confundebant Canonicos Regulares cum Monachis, contra quos Sanct.*

*Auguſt. Parens noſter.* Hoc aſſerit iſte doctus Magiſter, qui arcana rectè calebat unius, & alterius inſtituti, & unius ex illis profeſſor; ejuſque doctrina, & conſilio uti poſſumus ad defendendam propoſitam aſſertionem adverſus eos, qui teſtimonium dictarunt relati ſtatuti, ſi Ordinem Jacobæum intellectum cenſuerunt in prohibitione Monachali Ordini facta, unum ad alterum involvendo, prout ſi diverſis non forent in pluribus; cum conveniant tantum in eſſentia Religioſitatis.

5 Fulcitur deinde noſtrum aſſumptum ſequenti ratiocinio omnino convincenti: nam dubitari nequit, quod verbum, *Regular*, magis generale eſt, quam verbum *Monachal*: illud enim comprehendit omnem profeſſum in qualibet approbata Religione, omneſque tria vota ſubſtantialia emittentes: iſtud vero tantum continet proprie Monachos, impropriè vero, & largè Mendicantes, qui illius generis judicantur ſpecies; & aliæ Religiones exiſtunt, veluti Canonicales, Clericales, & Militares: ſed iſtę in odioſis non comprehenduntur ſub prohibitione communiter Regularibus indita *ex deciſſ. Rot. 11. Decembris anno 1570. & Congregat. Concil. coram Cardin. Alciat.* Portell. *in dub. Regular. verb. Religioſos num. 2.* Quarant. & Arag. relati apud Ocamp. Rodr. *tom. 1. quæſt. Regular. q. 1. artic. 6.* Farinac. *in ſeſſ. 1. Trident. frequenter volum. 4.* & Barboſ. *in declarat. ad Concil.* Mend. *de Ordin. Militar. diſquiſit. 11. q. 4. n. 80. §. 3.* Multo ergo minus comprehendentur, dum in diſpoſitione agitur tantum de excludenda Religione Monachali. Verum quia forsàn contra iſtud opponi poterit doctrina Salmant. *curſ. moral. tract. 5. cap. 1. punct. 3. n. 67.* Azor. *lib. 13. inſtitut. moral. cap. 4. verſic. 4. quæritur*, Silveſt. *in ſumm. verb. Relig. 2. verſic. 3. Hoſpitalarii.* Qui aſſerunt Equites tantum, qui profitentur caſtitatem abſolutam, ſeu conjugalem, contineri ſub appellatione Regularium in favorabilibus, non autem in odioſis, & pœnalibus. Ex qua doctrina infertur Fratres Clericos Militares ſub dicto nomine etiam in odioſis comprehendi. Sed tantorum Patrum venia, eorum doctrinam ventilabimus, ut noſtra probatio illibata maneat; & ut id compleamus, pro conſtanti habemus Canonicos, & Equites unum Religionis miſticum corpus conſtituere, eandem Regulam profitentes, eiſdemque ſtatutis gubernatos, uniuſque Prælati obedientiæ inſervientes, magni ſcilicet Ordinis Magiſtri, in caſtitatiſque votum tantum diſcrepantes; atqui doctiſimi dicti PP. ab hac differentia prę ſcindentes, aſſerunt Equites non comprehendi ſub Regularium nomine in odioſis; idem ergo aſſeri debet de Canonicis. Major conſtat apertè *ex Bulla confirm. Ordin. edit. ab Alexand. III. ex cap. Regulæ*, in ejuſque expoſitione Ramir. *cap. 5. num. 4. prolog. Regul.* Minor patens eſt, & conſequentia apertius infertur: nam ſi æqualiter Equites, & Canononici non comprehenderentur, diformitas induceretur in membris corporis hujus Religionis, quod dici non valet, quin magna incõvenientia intercedant. Favor ergo Equitibus indultus, Clericis Fratribus intelligi debet conceſſus, cum nulla incongruentiæ ratio exhibeatur, ut iſtis non concedatur, quod illis donatur, niſi ea, quę aſſerit principale Equitum inſtitutum eſſe militare, Clericorum autem Fratrum eis ad iſtum finem coadjubare, ut quidem, licet procul à veritate aſſeruerunt, prout ſuprà probavimus.

6 Licet autem indulgeamus id certum eſſe, non ideo ſufficere credimus, ut diſtinctio adhibeatur inter Equites, & Fratres erga participationem favorabilium, negationemque, ut in odioſis comprehendantur: quod evidens fit ſequenti exemplo. Inſtitutum enim Clericorum Regularium Societatis Jeſu directè, & immediatè ten-

tendit in miſsiones, & auxilia conferenda fidelibus ſpirituali pabulo, quod munus eſt Sacerdotum ejuſdem Religionis, Laicique, qui communiter coadjutores nominantur, in aliis miniſteriis occupantur prædictum finem concernentibus, in quantum Sacerdotes exonerant ab aliis officiis: quæ, ſi coadjutores non eſſent, qui illa exercerent, Sacerdotibus ejuſdem Religionis incumberent, eoſque ſæpe deviarent à primævis ſui inſtituti: ſed nemo invenietur, qui aſſerere audeat exemptiones, privilegia, cœteraque conceſſa Religioni Societatis Jeſu, æquè non competere coadjutoribus, ut Sacerdotibus: ergo licet certum exiſteret (quod falſum eſt) Clericos Fratres Militiarum ex ſuo primævo inſtituto eſſe tantum coadjutores Equitum in ſpiritualibus, non autem militare; non ideò ullatenus poterant non eſſe participes privilegiorum omnium Ordini, ut Militari conceſſorum: cum enim præcipuus Militarium Ordinis finis ſit corporaliter militare; iſteque adipiſci non valeat ſine prævia, & idonea diſpoſitione in ſpiritualibus, ut conſtat *ex prolog. Regul. Jacob.* & docet Suar. *tom. 4. de Relig. tract. 9. lib. 1. cap. 3. num. 11.* cum Fratres Clerici ad hunc finem ſint inſtituti, ad eundem tendunt, ac Equites, etſi præjacta diſtinctio Equitum, & Canonicorum adſtruatur in eo, quod Equites Religioſi non exiſtunt. Videat, qui velit ſatis ſapere, noſtrum Mot. *de init. Ordin. lib. 2. per tot.* & Mend. *de Ordin. Milit. diſquiſit. 2. quæſt. 2. §. 2.* qui pluſquam ſeptuaginta AA. referunt aſſerentes Equites Religioſos eſſe: Mot. que ſententiæ viginti duo D.D. ſubcribunt ex ſapientioribus illius temporis, licet Mendo indeciſſum dubium relinquat. Sed iterum rogo videat excellentiſsimum dominum Fratrem Iñigum à Cruce Comitem de Aguilar in toto ſuo opere de Religioſitate Equitum Ordin. Militar. ubi ex profeſſo id probat, & contrariam opinionem prò viribus, reprobat: cui ſubſcribunt emminentiſsimi viri Academici, Cardinales, Prælati graviſsimi, ac Cathedratici Univerſitatum priorum noſtræ Hiſpaniæ: non ergo ex iſta cauſa nomine Regularium comprehendi Equites deſinunt, neque eam ad ſuam ſententiam adducunt Doctiſsimi Salmanticenſ. *ubi ſup.* Cum ergo Equites, ut notum eſt, nullum ſpeciale privilegium obtineant, cum eis tantum loquens; nec in Regula Ordinis quidquam inveniatur eis favorabile, quod æque non indulgeatur Fratribus Clericis, illicò fluit idem de unis, quam de alteris judicari debere, conſequenterque aſſerentes Equites in odio ſis, Regularium nomine non comprehendi: idem de Fratribus Clericis à ſeverare tenentur.

7 Ex alia etiam ratione efficaciæ que non minoris, noſtrum aſſumptum confirmatur: nam id, quod conditores ſtatuti ad id confitendum impellere potuit, Summique Pontifices habuerunt, qui illud confirmarunt, minimè viget in Clericis profeſsis in Ordinibus Militaribus: quia cauſa motiva prædicti ſtatuti officit, habitus profeſsioniſque diſparitas, ac proinde quòd Præbendæ illius Eccleſiæ occaſionem non præberent Monachis, ne à ſuo inſtituto deficerent, eorumque abſtractione à Religione deflecterent: hæc ratio profecto minimè in Militaribus reperitur; ideoque illos comprehendere non debet hujuſmodi ſtatutum, ejus ratione deficiente, argumento *text. in cap. ceſſante de appellat. cum vulgat.* major verò ſimilis exiſtit: nam ſtatuta Eccleſiaſtica fundata ſemper intelliguntur in ratione canonica, ſed nullæ rationes ad id ſtatuendum in jure, neque per AA. aſsignantur; quam propoſitæ: ergo neceſſe eſt præjactum ſtatutum in aliqua ex eis conſiſtere. Minor probatur ex latè traditis in prima aſſertione, ubi aſſeruimus Fratres Militares nec in habitu, nec in profeſsione à Canonicis Secularibus diſtingui, cum à tempore con-

confirmationis Regulæ tranſacto novitiatus anno, in Monaſteriis habitare non teneantur, neque eorum vivendi modus, nec vota per eos emiſſa incompatibilia ſint cum adeptione Beneficiorum Secularium, evidenterque colligitur ſtatutum Eccleſiæ cujuſque prohibens ad ejus dignitates, ſeù Canonicatus admitti, quoſvis in Religione aliqua Monachali profeſſos, Fratres Militares minimè comprehendi, attenta præjacti ſtatuti ratione, ſeù cauſa impulſiva, ut patet ex Eximio Suar. *tom.* 4. *de Religion. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 10. ibi: *Tandem ex his differentiis, quę ad rem aliquomodo expectant, orta eſt in hominibus diverſitas: nam nomen Monachorum juxta frequentiorem uſum, non tribuitur Clericis Regularibus, & conſequenter, nec nomen Fratrum, quod vulgò Monachis acomodatum eſt: quia ſecundum primævum jus, & inſtitutionem Monachi à Clericis condiſtinguebantur* 16. *q.* 1. *cap. multa capita, & ideo ubi jura præſertim odioſa comprehendere volunt omnes Religioſos, vel non loquuntur de Monachis, aut Clericis, vel Canonicis Regularibus; ſed ſimpliciter de Regularibus.* Ex quibus verbis manifeſtum eſt, Monachorum verbo Militares non comprehendi: quodque licèt non dubitetur Eccleſiam ex juſta ratione motam fuiſſe ad prædictum ſtatutum conficiendum, certum tamen, eſt ſub eo, neque ejus ratione Militares contineri.

8 Pluries aſſeveravimus Fratres Jacobæos Canonicos eſſe Regulares, eo que conceptu comprehendi non poſſe ſub verbo Monachorum: ut verò hujuſmodi aſſertum aurea clavi intercluſum remaneat, in medium producimus Doctiſſimi Panormitani ſpecioſa verba *in cap.* 5. *de ſtat. Monach. n.* 2. ibi: *Item nota, quod licèt duo equiparenter in multis, tamen in exorbitantibus diſpoſitio in unum non extenditur ad reliquum: ita videtur probari ex litterâ, & facit, quod in odioſis appellatio Monachorum non comprehendit Canonicos Regulares.* Quæ verba noſtram aſſertionem evidenter affirmant, & illuſtrant: unde ſi Jacobæi, ut Canonici Regulares in ſtatuto non comprehenduntur, minus certe comprehendentur, ut Militares: nam ut ait noſter Can. *ubi ſup.* §. 1. *n.* 6. poſtquam Regulam Jacobæam acceperunt Canonici noſtri, reputari debent, prout tranſacti ex choro ad caſtra, laxata iſto tranſitu priori Canonicorum Regula ab eis profeſſa. Velle ergo excludere Fratres Jacobæos à Dignitatibus, & Canonicatibus Eccleſiæ prætextu ſtatuti excludentis Monachos quoslibet idem eſſet, quod ttanſmutare nominis propriam ſignificationem, litteramque ſtatuti involvere, & pervertere in Jacobæorum Ordinem adverſus juris regulas docentes, quod lex non dicit, nec nos dicere debemus, *leg. ſi ſervus,* §. *non dixit Prætor ff. de adquirend. hæredit.* & quod dum ratio legis in caſu non viget, de quo agitur, ejus diſpoſitio locum non obtinet, *leg.* 4. §. *toties ff. de damn. infect. leg.* 1. §. *loquitur ff. de aqua quotid.* Nam ſi lex aliud comprehendere voluiſſet, quam ab ea ſcriptum, aut tacite comprehenſum, id ſpecificaſſet, *leg. unic.* §. *ſin autem C. de Caduc. tollend.* Unde cum in praxim deduci non poſsit Ordines Militares, ut Monachales haberi, neque eorum individuos, ut Monachos reputari, cum in praxim deduci non valeat quod extra legis diſpoſitionem exiſtit, ut ait Uveſemb. *in authent. nobis C. de in offic. teſtam. n.* 30. quænam ergo ratio occurrere poteſt, ut intendatur Fratres Jacobæos cum Monachis confundere? aliam certè non invenimus, quam prolatam à D. Valenz. *conſil.* 90. *n.* 18. ibi: *Et hujuſmodi damna non procedunt ab ſtatutis, quæ ſine dubio ſunt ſancta, & juſta: interim ſaltim dum Pontifices Summi, & Reges ea habent confirmata, & approbata, ſed ab in-*

*injuſtis executoribus illorum, ut oſtenditur per exemplum, & caſum, ad quem dirigitur iſte diſcurſus; in quo ſenſu debent accipi, & intelligi verba, quæ in alio viderentur audacter prolata, ſed in eo, qui eam protulit forſan habebuntur temeraria.*

*Statutum Eccleſiæ prohibens admitti ad Canonicatum, Dignitatem, aut Præbendam, profeſſum in Ordine Clericali, non comprehendit Militares, & præſertim Jacobæos.*

## SUMMARIUM.

*Statutum, quod excludit omnes profeſſos in Religione Clericali, eſt prohibitorium, & odioſum; quare debet intelligi in rigoroſo ſenſu, hoc eſt, loqui de Religioſis pure Clericis Regularibus, non autem de aliis diverſi inſtituti, niſi lato modo ſummatur, quod non expedit. n.1.*

*Si verbum* Clericale *comprehenderet omnes Religioſos Clericos, fruſtra adjiceretur verbum* Monachale, *ut Clerici ſunt Monachi, ſed tale verbum additur in ſtatuto, & rectè: ergo quia ſtatutum in verbis illis potius voluit comprehendere ſpecies profeſſorum in Religionibus purè Clericalibus, & Monachalibus, ac per conſequens non poſſunt comprehendere Militares. n.2.*

*AA. qui latè tractarunt de Religionibus, Militares ſecernunt ab aliis, ut videre eſt in Vejerlink. & cæteris hic citatis; quare non niſi violenter poſſunt intelligi comprehenſi in ſtatuto prohibente profeſſos in Religione Clericali obtinere Præbendas, & Dignitates. num. 3.*

*Objectioni, quæ fortè apponi poteſt, quod licèt verba ſtatuti non comprehendant Militares, ratio tamen ejuſdem ſtatuti efficere valet eos comprehendi, nempè quod ſint Religioſi Clerici: reſpondetur cum Suar. deinde; quia ſi ſtatutum vellet eos comprehendere, proculdubio expreſsiſſet illos. n.4.*

*Alia ratio præſtatur, qua convincitur ſaltim Canonicos Regulares Jacobæos non poſſe comprehendi in illo verbo Ordinis Clericalis: quia alia eſt Religio Canonicorum Regularium, alia Clericorum Regularium, juxta P. Suarez. num. 5.*

*Antecedens ratio corroboratur, eo quod ſicut Canonici Seculares diſtinguntur à Clericis Secularibus, ita, & Regulares; & nititur eleganti doctrina P. Suar. qui expreſsis verbis hoc defendit. n.6.*

*A fine, & inſtituto probatur diſtinctio, quæ adeſt inter Canonicos Regulares, & Clericos Regulares: nam titulus Canonici eſt titulus dignitatis, & honoris, & inſtituti fuerunt ad divinum officium peragendum, & ſacris miniſteriis inſerviendum; Clerici vero Regulares ad ſalutem animarum: gubernatio eorum pendet omnino, & abſolutè à Præpoſito generali, Canonici verò Regulares gubernant ſuam Eccleſiam, ſeù Monaſterium, habentque ſedem in choro, & vocem in Capitulo, quas non habent Clerici. n.7.*

*Objectioni diſtinctionis numeri antecedentis allatæ, reſpondetur cum doctrina ejuſdem P. Suar. ibid.*

*Reſponſio argumenti antea facti magis reſpondetur cum doctrina P. Mendo, qui aſſerit Conventus Ordinum Militarium eſſe Eccleſias Matrices aliarum ſuorum territoriorum, & finis ſuorum profeſſorum eſt defendere Orthodoxium nomen, ſanctæque fidei exaltationem. n.8.*

*Credibile non eſt ſtatutum voluiſſe comprehendere Clericos Militares, cum conveniant, ut dictum eſt, cum Canonicis, & Clericis Secularibus, tam in habitu, quam in omnibus actibus exercendi officia Divina, & doctrinam ſeminandi in populis. n.9.*

*Reſpondetur argumento appoſito ex diverſis capitulis Canonicis, ubi comprehenduntur Canonici ſub verbo Clerici: quia hæc capita intelliguntur de*

*de tempore, quo omnes Clerici in communi vivebant. ibid.*

*Ratio legis eſt anima legis: ergo deficiente ratione legis, deficit ipſa lex: & quando lex non reſpicit bonum commune non eſt lex: ſed ſtatutum excludens Religioſos Militares, ita intellectum, militat contra bonum commune Eccleſiarum : ergo tale ſtatutum non poteſt ita intelligi. n.* 10.

*Pro Coronide referuntur litteralia verba ſtatutorum Sanctarũ Eccleſiarum Conchenſ. & Corduvenſ. ex quibus verbis unuſquiſque poteſt Judicium proferre: an aſſertiones noſtræ juridico fundamento nitantur. n.* 11.

*Doct. D. Cano non ſolum hanc firmavit ſententiam , verum etiam alios conſuluit ſapientiores Salmantinos. n.* 12.

*DD. Canoniſtæ , qui ſtiterunt pro hac opinione. n.* 13.

*Plura Collegia Regularia , & pro his ſubſcripſerunt Sapientiſsimi Magiſtri, & Lectores , qui ſuis nominibus referuntur. n.* 14.

*DD. particulares Sacræ Theologiæ ſubſcripſerunt etiam pro hac opinione, & ennumerantur. n.* 15.

*Necnon Author hoc opus elavorans alios conſuluiſſe teſtatur in hoc Athenæo Gynnaſio , & aſſeruiſſe expedire , quod pro incremento horum Ordinum petatur Pontificia declaratio à D. Rege , ut Adminiſtratore eorum. ibid.*

## *ASSERTIO V.*

1 ASſertio hujuſmodi nititur principiis aliis ſimilibus illis , quę in prȩcedenti aſſertione ſpendimus : nam verbum , *Clerical*, propriè , & ſtrictè accipiendo non poteſt convenire Militaribus , & præcipuè Jacobæis : & ratio eſt: quia ſtatutum prędictum prohibitorium eſt , & excluſionem continet , & ita odioſum debet reputari. Caſtill. *cum plurib. lib.* 4. *controver. cap.* 4. *n.*49. Valenz. *cum aliis conſil.* 91. *n.*37. Deinde quia in his terminis diſpoſitionis ſcilicet odioſæ , prędictum verbum interpretari debet in ſuo proprio rigido ſenſu juxta communem uſum loquendi magis acceptum. Suar. *de legib. lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 7. *in fin. & cap.* 2. *num.* 1. in tantum , quod hæc doctrina vigeat etiam in diſpoſitione favorabili. Suar. *dict. cap.* 2. *n.* 3. ibi : *Omnis lex non odioſa per ſe loquendo ſtendenda eſt ad omnia verba , quæ in ſignificatione propria , ac naturali comprehendunt , non verò ultra illa.* Et ratio eſt : quia velle verbum appoſitum ad demonſtrandam quandam Religionis ſpeciem extendi ad omnes alias ſpecies , in quibus qualitas demonſtrata invenitur: principali qualitate oblita , qua communiter appellatur , idem eſt , quòd legis ſenſum extorquere , ut contineat , quod ex jure procul eſt , & alienum à ſua legitima ſignificatione, *leg. unic. §. ſi Procurator ff. ſi quis jus dicenti non obtemper. leg.* 1. *§. quoties ff. de vi. & vi. armat.* Caſtill. *ubi ſup. n.* 39. qui enim inſpexerit ſtatutum Religiones numerare , non poterit certè aſſerere in ipſis ſpeciebus relatis contineri plures alias , & diverſas in Eccleſia Dei exiſtentes , veluti in verbo *Monachales* omnes iſtius inſtituti cum mendicantibus , & in verbo *Clericales* omnes iſtius ſpeciei cum Canonicis Regularibus , etiam Militaribus , qui enim ita ſenſerint , vel parum legum ſcient , vel iſtas ſuo arbitrio moderari , aut ampliare cupiunt, quin earum contextum proſpiciant , quod reprehenſione dignum judicavit Ariſtoteles , & periculo expoſitum , *lib.* 3. *politic. cap.* 8. ibi : *Periculoſum eſt , ut imperio non ex legis præſcripto , ſed ſuo judicio , & arbitratu Magiſtratus fungantur : ea enim rectius ex lege quam ex voluntate hominum , quę periculoſa norma eſt afficerentur.* Ut in prędicto ſtatuto Militares comprehendantur , nihil aliud poteſt ſuadere , niſi quod Clerici ſint , & ſi ad hoc ſufficit , ut in Ordine Clericali contineantur , fruſtra ſuperaditur in ſtatuto *Monachalis* : hodie enim Monachi, & Mendicantes Clerici ſunt,

& Religioſi : igitur ſi Militares, quia Clerici, & Religioſi exiſtunt, ſub illo verbo comprehenduntur, & neceſſe fatendum eſt in illo cœteros Regulares comprehendi (exceptis tantum prout Laicis Religioſis Sancti Joannis à Deo) nam Religioſi eodem modo ſunt : qua propter fruſtra in ſtatuto additur verbum *Monachal.*

2 Quod argumentum vires accipit : nam ſi quid Monachis refragari poſsit, ut comprehenſi non intelligerentur in ſtatuto excludente profeſſos Ordinis Clericalis, eſſet propria denominatio, cum qua communiter appellantur ; atque eandem obtinent Militares, cum propriè, & communiter appellentur *Freiles*, ſeu Religioſi Militares : ergo idem nomen utriſque convenit ; ſed nullus aſſeret verbum *Monachal.* fruſtra in ſtatuto ad eſſe, nec Monachos comprehendi ſub verbo *Orden Clerical.* eodem ergo modo Militares comprehendi non valent cum eorum nomenclatura diverſa ſit : quod evidenter adſtruitur ex Caſtill. *ubi ſup. n.* 82. qui exprimens legum, ſtatutorumque intellectum, ſequentem propoſitionem, ut irrefragabilem aſſerit, ibi : *Quinto deinde obſervandum, atque conſtituendum eſt, quod ſi in ultima voluntate, vel in alia adjiciatur aliquod verbum denotans genus, & quod etiam ſolet communicari, aut participari uni ſpeciei ; & ſic quod accipitur in genere, & in ſpecie, tum in materia odioſa ſummitur interpretatio ſpecifica, non autem generica, & ſic potius in ſpecie, quam in genere.* Ex quibus verbis ita ad rem noſtram argumentamur : Ordo Clericalis magis propriè indicat ſpeciem Clericalem, licet generice poſsit continere omnem Clericorum Religionem ; ſed in diſpoſitione odioſa verbum comprehendens genus, & ſpeciem, potius ſpeciei, quam generi tribuendum eſt : ergo cum ſtatutum, de quo loquimur odioſum ſit, & verbum, quo utitur, iſtius qualitatis exiſtat, ut ſpeciem exprimat proprie ; licèt generaliter poſsit genus comprehendi, Clericis tantùm Regularibus tribuendum eſt, Militaribuſque adaptari non valet cum diverſæ claſis exiſtant.

3 Quis enim hucuſque ex AA. qui Religionis tractatum ediderunt, Militares complexus fuit Ordinum Clericalium conceptu ? Ex Bejerlink *in theatro vit. hom.* Azor. *in inſtit. Moral.* Exim. Suar. & Torre *in plen. ſpecial. tract. Relegionis materia*, ab eis editis, uniformi calculo Militares Ordines à cœteris ſecernunt, eaſque ab omnibus diverſas judicant, quin in eis generaliter, nec ſpecialiter, nec in Monachalibus, nec in Clericalibus comprehendantur. Numerant autem Ordinem Jacobæum, utpote à Canonicis Regularibus deſcendentem, in eorum cathalogo, qui ſub Divi Auguſtini Regula militant : ſi ergo ab his, & aliis AA. qui Religionum omnium ſtatuta, & inſtituta accuratiſsimè indagaverunt, neque in communi, neque in ſpeciali Ordines Militares Clericalibus non adſcribuntur : qua ratione comprehendentur ſub privato ſtatuto Militaribus exoſo in verbo Clericales Ordines excludente ? niſi ſufficiens ratio ea judicetur, quę in contrarium omnino movere debet, incedere, ſcilicet Militares in habitu ſimili Clericis Secularibus, valdeque conformi cum iſtis, vivendi modum gerentes : ex quo in prima aſſertione eorum capacitatem, ex juribus, & authoritatibus ad obtinenda Beneficia Secularia latè conſtituimus.

4 Verum quia fatebitur fortè, quod licèt verbum Ordo Clericalis Militares propriè non comprehendat, ſaltem eos continebit, velut Clericos Religioſos, cum in ſtatuto Clerici Regulares excludantur, unde Militares comprehendi eſt neceſſe ; cum in eis inveniatur ejuſdem excluſionis ratio. Huic objectioni occurritur primùm : quod ratio legis non eſt lex, nec eam formaliter conſtituit, prout forma ſubſtan-

tantialis. Suar. *ubi sup. cap. 3. num. 1.* Igitur si verba statuti in aliquo sensu ad Militares non stenduntur, licèt in eis, eadem, quæ in cœteris, ratio inveniretur (quod incertum est, ut probatum remanet) intelligi nequit statutum de Militaribus loqui. Et licèt permiteretur aliquam similitudinem rationis in illis existere, non ideo ad illos prohibitio extendi debet, ex ratione præstita ab ipso Suar. *ubi sup.* ibi: *Nam licèt non latet, fortasse non defuit legislatori aliquod motivum propter, quod unum præciperet, & non aliud, non obstanti aliqua similitudine rationis.* Et præterea: nam juridice conjectari debet statuti conditores, Militares comprehendere noluisse, dum eos expresse non nominarunt, cum illis latere non potuisset Militarium professionem diversa appellari denominatione, *cap. 2. de translat. Episcop.* ibi: *Quia si voluisset, expressisset, cap. de audientia de decimis*, Suar. *ubi sup.* maxime cum certum sit, neque in favorabili dispositione sufficere ad ejus stensionem, rationis similitudinem inveniri in aliis casibus, aut personis proprie non nominatis, nec significatis in verbis dispositionis, ut cum pluribus docet Suar. *ubi sup. n. 4.* Fortiori: ergo ratione idem judicari debet in statutis odiosis, quorum naturam obtinet statutum præjactum.

5 Pro constanti ergo firmari debet Militares comprehensos non esse in dicto statuto: si enim istud eorum comprehensionē conaretur, verbis universalioribus usum esset, omnem, & quemcumque Regularem, seu Religiosum excludens, ut ex eod. Suar. probatur *tom. 4. de Relig. lib. 1. cap. 7. n. 10.* ibi: *Et ideo ubi jura præsertim odiosa comprehendere volunt omnes Religiosos: vel non loquuntur de Monachis, aut Clericis, vel Canonicis Regularibus, sed simpliciter de Regularibus.* Concil. Trident. *sess. 25. cap. 1. de Regular. & seqq.* Quę vox universalis, vel utrosque in specie nominat, *ut in Clement. de stat. Monach.* ibi: *Monachos, vel Canonicos Regulares, & cap. cum singula de Præbendis in 6.* ibi: *Nec aliqui Monachi, vel Religiosi alii.* Ex quibus verbis patet, quod cum statutum cum hac universalitate non procedat, nec specialiter Militares excludat, istos minime comprehendit: quia nec in genere, nec in specie illos voluit contineri. Non in genere: quia sub verbo Monachorum non continentur, nec sub verbo Clericorum Regularium. Non in specie: quia eos minime expressit: unde eos exceptos voluit, licèt enim Clerici sint, & Religiosi: hoc non sufficit, ut in materia prohibitiva, sub verbo Clericorum Regularium contineantur, cum Canonici Regulares existant, quorum Ordo diversus est, ab Ordine Clericorum Regularium, ut patet ex ipso Suar. *tom. 4. de Relig. lib. 1. cap. 9. n. 5.* ibi: *Præterea Clericorum Religio vera, ac propria tribusque substantialibus votis de se perpetuis firmata dividi potest in Religionem Canonicorum, & Præsbyterorum simplicium, ut sic dicam hæc divisio constat ex usu Ecclesiæ.* Et mox inquit: *Certum est autem esse Religionem Clericorum, & Præsbyterorum; tamen dum specialiter Canonicè appellantur, aliquomodo dignitatis, & excellentiæ nomen participare videntur, & in eo distingui à Clericis Regularibus, qui Canonici Regulares, nec sunt, nec appellantur.* Ex quibus verbis apperte innuitur Canonicorum Regularium Ordinem diversitatem obtinere ab Ordine Clericorum Regularium, in eo, quod majorem excellentiam, & Dignitatem obtinet: unde comprehendi non valet maximè in re odiosa sub nomine Ordinis Clericalis, qui inferior est. Et hoc amplius patet: quia verbum Clericus in odiosis Canonicum non comprehendat, ut constat *ex cap. sedes, cum ibi notat. de rescript.* Ricc. *in prax. aur. resol. 292.* Barbos. *de appellat. appellat. 51. n. 3. & in repertor. practicar. quæstion. verb. Clericus.* Sicut nec Episcopus eodem ver-

verbo comprehenditur : quia in uno, & altero alia qualitas reperitur, quæ in ſimplicibus Clericis non exiſtit. Panorm. *in rubr. de vit. & honeſt. Cleric. n.*11. Silveſt. *in ſumm. verb. Clericus n.*1. Selv. *de Benef. p.*1. *q.*3. *n.*24.

6 Admodum, quo firmavimus Clerici Secularis appellatione Canonicum in odioſis non contineri, idem contingit in Canonicis Regularibus, Clericorum Regularium reſpectu : correlativa enim eſt eorum diſtinctio ex doctrina Suar. *Ubi nuper n.*7. ibi : *Sicut enim inter Seculares dantur Clerici, qui non ſunt Canonici, ita inter Regulares poſſunt Canonici diſtingui à ſimplicibus Clericis Religioſis.* Quod ea ratione procedit : nam eodem modo, quo Canonicus Secularis diſcriminatur à ſimplici Sacerdote in Dignitate, & excellentia, ita Canonicus Regularis divertit à ſimplici Clerico Religioſo, quin ſtatui Regulari canonica repugnet : hæc enim propriè ſignificat quoddam ſpirituale jus ad ſedendum in choro alicujus Eccleſiæ, ejuſque capitulo inſtalandi, ut ſuadetur, *ex cap. dilect. de Præbend.* & advertunt Innocent, & DD. *in cap. cum M. de conſtit.* Suar. *ubi ſup. n.*6. *& ſeq.* quod ſimplex Clericus Regularis non obtinet. PP. enim egregiè ſemper Societatis Jeſu, & alii, qui propriè Clerici Regulares ſunt, ſedem ex ſe in Choro non habent, nec locum in Capitulo : quia omnes iſtæ Religiones à ſuis Prælatis gubernantur, aliamque electionem non habent, quam Præpoſiti generalis. Suar. *ubi nuper n.* 8. Ex qua ſola ratione, miſsis aliis, quæ notorie valent ex inſtitutorum diverſitate, communiter aſſeritur, Canonicos Regulares non tantum in nomine, verum etiam in effectu diſtingui, quòdque in Religione tantum ſubſtantiali conveniunt, & non amplius, ut docte aſſerit idem Suar. *ubi ſup. n.* 5. ibi : *Nam quod ſint plures hujuſmodi* (loquendo de Clericis Regularibus) *conſtat ſufficienter exemplo Societatis Jeſu, quæ eſt Religio Clericorum, & Præsbyterorum, ut loquuntur Pontifices, & Concil. Trident. infraque oſtendemus in tractatu ſequenti, & tamen Canonici Regulares dici non poſſunt. Talis enim appellatio neque in jure, neque in uſu habet fundamentum, & ideo credendum eſt, neque in re ipſa, vel in conditionibus talis Religionis illud habere ; idemque eſt de aliis* (*quas infrà commemorabimus*) *Religionibus Clericorum, quos nunc ſimplices appellamus, ut à Canonicis Regularibus diſtinguamus.*

7 Notabilis eſt etiam diſtinctio, quę inter Canonicos, & Clericos Regulares adhibetur, unius, alteriuſque inſtituti fine perſpecto : Canonici enim deſtinati præcipuè ſunt, ut cultui Divino, officiis, & miniſteriis ſacris inſerviant; Clerici vero Regulares ad ſalutem animarum fuerunt maximè inſtituti, ut patet in PP. Societatis Jeſu, & infirmis in ultimo agone auxiliantibus, cœteriſque aliorum Ordinum Clericalium : quare idem Suar. *ubi ſup. n.*8. *in fin.* aſſerit, quod licèt Clerici ſint ex ſuo inſtituto, non tamen ad munus, & honorem Canonicorum inſtituti fuerunt, perindeque ſedem in choro, nec vocem in Capitulo habent ad gubernationem Eccleſiæ, ſeù Monaſterii. Quod in contrarium contingit in Canonicis Regularibus ; etſi aliquis exiſtimet diverſitatem hujuſmodi inter Canonicos Regulares verificari tantum poſſe Eccleſiarum Cathedralium, aut Collegialium, quorum numerus infinitus pœnè fuit in Orbe Chriſtiano, ut latè refert Trull. *lib.* 1. *Ordin. Canon. cap.* 30. & in Hiſpania noſtra non procul à noſtris temporibus Regulare inſtitutum laxarunt, Cathedrales Eccleſiæ Cæſarauguſt. Tarraconenſ. Pampilonenſ. & Oxomenſ. Prædictam autem diverſitatem non inveniri inter Clericos, & Canonicos Regulares, qui clauſtraliter in ſuis Monaſteriis degunt, Cathedrali, nec Collegiali Eccleſiæ non addicti. Reſpondetur

hanc

hanc objectionem minimè obesse Canonicis Regularibus Jacobæis : nam Canonici ita degentes, dummodo Dignitatem cum jurisdictione quasi Episcopali obtineant, reputantur, ut Canonici Cathedralis, aut Collegialis Ecclesiæ, ut ait idem Suar. *ibidem n.* 11. ibi : *Alio vero modo vocatur Collegialis Ecclesia, quasi per anthonomasiam, illa, quæ licèt Cathedralis non sit, habet specialem Dignitatem, & honorem, in quo superat Ecclesias inferiores, etiam Conventuales, & de his videtur loqui gloss. in cap. statutum de rescript. verb. Cathedralium, ubi has vocat Ecclesias Collegiatas honorabiles. Videtur autem earum Dignitas per hoc rectè explicari, quod aliquam jurisdictionem habent superioris rationis, & Abbas, vel Prior, aut quocumque alio nomine vocetur, earum caput Dignitatem habet, & Jurisdictionem quasi Episcopalem; hoc igitur modo non omnis Ecclesia Regularis est propriè Collegialis, & ideo necesse non est, ut omnes Regulares Clerici sint Canonici Regulares.* Sed Canonici Jacobæi in Prælatos obtinent in Priores Legionensem, & Uclensem, qui Dignitate potiuntur, jurisdictione, & habitu quasi Episcopali, simulque territorio separato Mend. *de Ordin. disq. 7. q. 11. n. 141. & 150.* ergo ut Canonici reputari debent Ecclesiarum Cathedralium, aut Collegiatarum, ut diversique à cæteris Religiosis Clericalibus.

8 Conventus etiam Ordinum Militarium, & maximè Divi Jacobi diversitatem prædictam innuunt: quia capita sunt eorum, præcipueque sedes, ut Cathedralesque judicantur, cum eorum crux præcedat in processionibus crucibus Parochiarum territorii sui, sive Parochiali sint Fratres, sive Clerici Seculares, & generales processiones ab Ecclesiis Conventuum exeunt, convocatis Parochialibus, & communicatibus sui territorii, admodum quo in cæteris Ecclesiis Matricibus observatur, ut notavit Mend. *de Ordin. disquisit. 9. q. 1. n. 2. & seq.* ibi : *Sunt ergo* (loquitur de Conventibus) *sedes singulorum Ordinum, & inde se habent ad instar Ecclesiarum Cathedralium, quæ sunt sedes Episcoporum: quare crux Monasterii in processionibus præcedit crucibus Ecclesiarum territorii, sivè in his Parochiani sint Clerici Fratres, sivè Clerici Seculares, & processiones generales ab Ecclesiis Monasteriorum egrediuntur, cæteris illuc convocatis : demum jurisdictio Ordinum in Monasteriis est radicata, utpote in propriis, primis, ac præcipuis Ordinum sedibus.* Posita ergo diversitate, quæ constituta remanet inter Clericos, & Canonicos Regulares, quodque non tantum in nomine, sed etiam in instituto diversificantur; evidenter colligitur, statutum præjactum Ordinem Clericalem Regularem excludens comprehendere non posse Canonicos Regulares, licèt in Monasteriis degentes, dummodo territorium obtineant, Dignitatem, & jurisdictionem quasi Episcopalem; perindeque multo minus comprehendere posse Ordines Militares; tum quia eorum institutum omnino differt ab instituto Ordinum Clericalium. Militarium enim tendit in bellicam defensionem nominis Christiani, sanctæ fidei, & Ecclesiæ exaltationem. Quæ obligatio Jacobæis addita fuit ex nova Regula præter eam, quam, ut Canonici Regulares profitentur. Tum etiam : quia eorum Conventus, velut Ecclesiæ Cathedrales æstimantur à cæteris Ecclesiis suæ jurisdictioni subjectis : quare ex omni respectu asserendum est comprehendi non debere sub prædicto statuto Ordinem Clericorum Regularium excludente : contrarium enim valde alienum, extraneumque est à verbo Ordinis Clericalis, ejusque propria significatione, & communi acceptione.

9 Idemque assumptum alia etiam ratione suadetur, nempe ab inconveniente vitando : quia credibile

non eſt, ſtatutum excludere volluiſſe profeſsionem illam, quæ ſimilis eſt inſtituto Clericorum Secularium, & eſt ei conformis: hæc enim vox *Canonicus* in primitiva Eccleſia indicat omnem Clericum, qui ſub Regula vitam communem agebat, Apoſtolorum ad inſtar. Cobarr. *in clem. ſi furioſus p.1. in princip.* Navarr. *coment. 1. de Regular. n.2. & 3.* Et poſt diviſionem etiam Præbendarum inter ſe factam à Canonicis illis, qui ſeculariſati fuerunt, & vitam communem deſeruerunt, verbum *Canonicus* demonſtrat eum, qui obtinet jus aliquod ſedendi in choro, locum que obtinendi in Capitulo alicujus Eccleſiæ, *cap. dilectus de Præbend.* Innocet. & AA. *in cap. M. de conſtitut.* Sed hoc ipſum obtinet quivis Canonicus Regularis, ut ex doctrina Exim. Suar. ſuprà probavimus: ergo præſumi nequit, conditores ſtatuti in eo comprehendere volluiſſe eos, qui ſibi valdè ſimiles ſunt ex uno tantum verbo, quod licet amplietur, ſemper in ſua ſpecie debet contineri, Clericorum videlicet, qui propriè appellantur Regulares, maximè in ſtatuto odioſo. Caſtill. *de uſufr. lib.1. cap.3. à n.40. in 43.* Nec in contrarium movere valet, quod in aliquibus juribus Clerici Regulares appellentur Canonici, & è converſo, ut apparet *ex cap. unic. 15. q. 2. cap. 16. q. 1. cap. in omnibus de conſecrat. diſt.5.* Nam hęc jura ita loquuntur: quia edita fuerunt in tempore illo, quo Clerici omnes in communi, ſub Regulaque vivebant, ut docet Suar. *tom.4. de Relig. lib.1. cap.9. n. 9.* quapropter eadem denominatio nunc promiſcuè eis tribui non valet, cum diverſi prœnitus exiſtant Clerici Regulares à Canonicis Regularibus, ut probatum reliquimus.

10 Quod amplius ſuadetur: nam ratio legis, prout anima habetur ipſius legis: ergo admodum quo corpus ſine anima motum non habet activè, nec paſsivè, ita lex nequit ligare eos, in quibus legis ratio non invenitur. Rurſus augetur: nam legis juſtitia pendet ab ejus ratione, ſemperque illa ad bonum tendit commune: ſed ubi ceſſat ratio legis, iſta non influit in bonum commune: quia ibi non participatur: ergo ibidem nequit adſtringere: hoc argumentum ſit à Suar. *lib. 6. de legib. cap. 7. n.2.* ibi: *Tum quia ratio legis eſt anima legis: ergo non minus eſt cauſa adæquata obligationis, quam ipſa lex: quia ſicut corpus ſine anima moveri aliud non poteſt, ita nec lex ſine ratione poteſt ſubditum obligare; tum maximè quia juſtitia legis pendet ex ratione, & ita deficiente ratione, deficit juſtitia, & conſequenter vis obligandi. Tum denique quia lex ordinari debet ad bonum commune: ergo non deſcendit ad particulares caſus, niſi mediante influxu communis boni: ſed ubi ceſſat ratio legis, non influit commune bonum: quia ibi non participatur: ergo nec lex ibi obligat: quæ deficiente influxu cauſæ primæ, ſeu univerſalis; ſecundæ, ſeu particularis non operatur.* Hoc argumentum noſtro conatui conducit: quis enim affirmavit, quod in excluſione Militarium ab Eccleſiis Cathedralibus, aut Collegiatis quidquam communi boni verſetur? cum tam ex eorum egregio, & qualificato genere, quam ex educatione, & diſciplina, qua inſtruuntur, ſelectioribus Prębendatis indubiè æquentur: quare potius aſſeri poteſt eorum excluſionę Eccleſiis prę-judicialem eſſe. Si autem iſtud dici valet in caſu, quo expreſſe Militares excluderentur, quis aſſeverare poterit in eo, ubi nec levis conjectura voluntatis reperitur eos excludendi? Deinde omnes leges, & ſtatuta interpretari debent cum Epyqeja, dum clauſulæ in illis appoſitæ equivocationem, aut dubium patiuntur erga earum ſignificationem. Suar. *lib. 6. de leg. cap.6. n. 4. & cap.7. per tot.* Cayet. *tom.1. opuſc. tract. 1. q. 2.* Navarr. *in ſumm. cap.16. n. 37.* & maximè cum leges, aut ſtatuta (ut hoc de quo agimus) ad vi-

vitanda ſtabiliuntur inconvenientia; hoc enim caſu ſtatuti vis ceſſat in illis perſonis, & rebus, in quibus non invenitur illud inconveniens contemplatum. Suar. *de legibus lib. 6. cap. 7. n. 10. & ſeq.* & ad hoc inſervit Epycheja, idē, *ubi nuper cap. 8. n. 4.* cum enim leges excipere nequeunt, nec comprehendere omnes caſus contingibiles, juſtæ non eſſent; ſi ſemper, & omnibus caſibus, eodem modo intelligerentur. Idem Suar. *ubi ſup. cap. 6. n. 4.* & ſaltim juſtitiam non foverent, quando ratio deficeret, ut contingit in noſtro caſu.

11 Fruſtra autem immoramur in indaganda verborum ſignificatione, ſtatutique ratione inveſtiganda, dum credere poſſumus ex ejus litterali contextu, non tantum Militares non excludi, verum nec etiam loqui, nec intelligi de eis, qui profeſsi manent in ipſis Religionibus ab eo expreſsis, ut videre eſt in ſtatutis propè referendis Sanctarum Eccleſiarum Conchenſis, & Corduvenſis. Primum ergo editum *die 4. Novembris anno 1626.* erga hujuſmodi rem, ita ait: *Que no pueden ſer Prebendados las perſonas, que hayan ſido Religioſos profeſſos, de qualeſquiera Ordenes Monachales, Mendicantes, ò Clericales, como quiera que hayan ſalido, ò por expulſion, ò profeſsion invalida, ò de otra qualquier manera, y aunque ſiendo en la Compañia de Jeſus en ella no hayan hecho los votos ſolemnes, ſino los ſimples, que llaman de ſegunda aprobacion, con que ſalen de Noviciado.* Secundum autem Eccleſiæ Corduvenſ. ordinatum *19. Junii 1625.* ex facultate Bullæ Apoſtolicæ, qua ei indulgetur mutare, addere, & auferre ſtatuta, quæ voluerit, ita procedit. *Se ordena, que ninguna perſona ſea admitida à la poſſeſsion de Dignidad, Canonicato, Racion entera, ò media, que hubiere ſido Religioſo profeſſo de alguna de las Religiones Mendicantes, Monachales, ò Clericales, como quiera que lo hayan ſido, aunque la profeſsion haya ſido invalida, ò por otro qualquiera titulo que ſe juſtifique, ò aunque ſean profeſſos en la Compañia de Jeſus.*

12 Hanc quæſtionem pariter exagitatam jam pridem ſcholaſtico methaphiſico more in lucem prodiit D.D.D. Ludovicus Cano Calvete, noſtri Ordinis, ac Rector noſtri Collegii, hujus Almæ Univerſitatis Doctor Theologus, ac Artium Cathedræ moderator, vir apprimè doctus, qui hinc indè ritè, & rectè, ut amator veritatis, examinans hanc materiam, deduxit firmam concluſionem capacitatis Fratrum Clericorum Militarium, & præcipuè Jacobæorum, ad obtinenda beneficia quæcumque Secularia, Dignitates, ac Præbendas in Eccleſiis Cathedralibus, & Collegialibus, quique etiam non ſolùm rationes, & authoritates requiſivit ad illam illuſtrandam; verum etiam conſuluit præclariſsimos Proceres tam Juriſtas, & Canoniſtas, quam Theologos, qui illam firmantes, ac corroborantes libenter ſubſcripſerunt, jam per ſe, jam pro Collegio; quos omnes ennumerabimus in favorem noſtræ quoque concluſionis, ut veluti pars eſt, potius eluceſcat.

13 In claſe Canoniſtarum, & Juriſtarum enarrabuntur quatuor; quorum primus eſt ille non ſatis commendatus Præceptor D. D. Andreas Garcia de Samaniego, Primarius Canonum Cathedræ moderator, qui onuſtus meritis deceſsit jubilatus, & Decanus hujus noſtræ Univerſitatis Salmantinæ. Alter D.D. Ignatius Alvarez recentioris ejuſdem Cathedræ Primariæ anteceſſor, qui obiit Senator vetuſtior mediolanenſis. Alter etiam D. D. Hieronimus à Sotelo, & Salgado, Primarius Juris Civilis in eadem Acadèmia, qui ad Regalem aulam Gallicanam evectus, deceſsit in Regio Conſilio Gazæ occupatus. Alter denique D.D. Laurentius Gonzalez, tunc temporis Cathedræ Codicis antiquioris Interpres ad Primam aſ-

cenſus ad Regii Fiſci defenſorem promotus, in aula Regia Matritenſi, quæ vocatur *de Alcaldes*. Deinde ad Supremum Conſilium belli, poſtremòque translatus ad Regium Caſtellæ, ibi obiit. Quos omnes cognovi, & ut perfectos Profeſſores veneratus ſui.

14 Quam plura fuerunt Collegia Regularia, quę etiam variis elogiis ſubſcripſerunt, nempè Collegium D. Stephani Ordinis Prędicatorum, & pro eo Fr. Hieronym. à Matama, & Fr. Emmanuel Garcia, Primarius, & Veſpertinus, moderatores Acadèmici, Fr. Iſidorus Rodriguez Magiſter, Fr. Garcias de Amaya, Magiſter in Sacra Theologia, & Fr. Joannes à Montalvan Sacræ Theologiæ Lector. Item Collegium D. Thereſiæ, Ordinis Carmelitarum, primitivæ obſervantię, & pro illo Magiſter Fr. Matthæus à Villafañe Provincialis Caſtellæ, & in Acadèmia D. Thomæ Cathedræ moderator, Magiſter Fr. Petrus de Frutos Doctor Theologus Philoſophiæ Cathedræ Acadèmicæ anteceſſor, & ſui Collegii Studiorum Regens. Magiſter Fr. Ignatius Ponce Vaca, Prior Conventus, Doct. Theologus Acadèmicus, & in eadem Univerſitate Cathedrę Philoſophiæ moderator, & Fr. Didacus ex Guerra, Sacræ Theologiæ Lector. Ulterius Collegium D. Bernardi, & ſub ſcribentes ejus nomine Magiſter Fr. Prudentius de Reſa, Abbas in Acadèmia Philoſophiæ Cathedræ anteceſſor. Magiſter Fr. Barnabas de Ortuño, Veſpertinæ Cathedræ Univerſitatis Sacræ Theologiæ moderator, Magiſter Fr. Sebaſtianus Pinto in Acadèmiæ Philoſophiæ Cathedræ profeſſor, Magiſter Fr. Andreas Cid pro obtinenda Cathedra Philoſophiæ Decertator. Fr. Bernardus Roman, Sacrę Theologiæ Lector. Fr. Lucas Sanz Sacræ Scripturæ Lector, & Catholicæ Majeſtatis Concionator. Magiſter Fr. Ildephonſus Sarmentera, Lector Theologię, & Fr. Prudentius de Barcia, ejuſdem Collegii Studiorum Magiſter. Subſcripſit etiam Collegium Sancti Norberti, Fratrum Præmonſtratenſium, & pro eo F. Emmanuel de Torres Primarius Theologiæ Rector, & Abbas, & Magiſter Fr. Franciſcus de Zuniga perantiquus Philoſophiæ Cathedræ moderator in Acadèmia, & tunc Vicarius generalis, & Fr. Ildephonſus Prieto, Doctor Theologus, & ſuę Religionis Diffinitor, & Magiſgiſter generalis. Reſolvit etiam Collegium Clericorum Regularium Sancti Cajetani, & pro eo D. Hieronymus de Abarrategui, & Figueroa, Rector, D. Gaſpar de Oliden, Sacræ Theologiæ Lector, & D. Franciſcus Ambroſius de Rivera ſimiliter Lector Theologiæ. Item ſubſcripſit Collegium Divi Caroli Borromei Clericorum Regularium Minorum, & ex eo Patres Antonius Calleja Præpoſitus, Didacus à Villa Frãca Magiſter Laureatus Univerſitatis, in eaque Philoſophię Cathedram regens, & tunc Viſitator Provincialis, Franciſcus Infante Theologię Lector, Emmanuel à Generelo, ſimiliter Theologię Lector, qui obiit Primariæ Cathedræ Sacrę Theologiæ Univerſitatis moderator, & Decanus. Subſcripſerunt etiam pro ſuo Collegio Ordinis Diſcalceatorum Sanctiſsimæ Trinitatis Fr. Julianus à Sanctiſsima Trinitate, Sacræ Theologiæ Lector, & Miniſter. Fr. Joannes à Cruce Lector, & Diffinitor generalis. Fr. Joannes à Sancto Thoma Lector, Fr. Joannes à Sancto Joanne Baptiſta, Fr. Joannes à Sancto Paulo, Fr. Joannes à Jeſu Maria, omnes ſimiliter Lectores ejuſdem Collegii. Tandem Collegium Sancti Elię, Patrum Carmelitarum Diſcalceatorum coronavit paginam Collegiorum, ſubſcribentes Fr. Chriſtophorus à S. Joſeph Rector, Fr. Hieronymus à Jeſu Maria, Lector Sacrę Scripturæ, & Fr. Leo à Matre Dei, Lector Theologiæ: quæ omnia Collegia adhęrentia ſententię Authoris in ſua intrinſeca, & extrinſeca probabilitate ad magis ſuadent petendam eſſe de-

declarationem Pontificiam ad tutius conſcientiæ juvamen.

15 Ex Doctoribus Theologicis ſunt plures ſubſcribentes, inter quos primam ſedem occupat eruditiſſimus ille Magiſter Fr. Michael Perez Ordinis Divi Baſilii, Cathedræ Ethicorum proprietarius moderator, ſemel, & iterum Caſtellæ Provincialis, & Catholicæ Majeſtatis Concionator, qui deceſsit jam Primarius, & totius Univerſitatis Decanus, Scriptor celeberrimus, & omni laude digniſsimus. P. Petrus de Prada Societatis Jeſu, Veſpertinæ Cathedræ Sacræ Theologiæ moderator pro ſua Religione. P. Magiſter Fr. Emmanuel Navarro Ordinis Benedictini, Veſpertinæ Cathedræ moderator pro ſuo Ordine. Fr. Joannes Martinez de Valdemoro, Miniſter Salmantini Collegii Sanctiſsimæ Trinitatis, & quondam Cathedræ Philoſophiæ moderator, & Fr. Auguſtinus de Barcelona ejuſdem Ordinis, & Cathedrę Philoſophiæ moderator, Magiſter Fr. Franciſcus Palanco Ordinis Sancti Franciſci de Paula, Lector Sacrę Theologię, & Studiorum Regens, in ſuo Collegio celeberrimus Scriptor, D.D. Joannes de Zurbano, in Majori Salmantino Divi Bartholomei Collegio Togatus, Cathedræ Theologiæ morum moderator, ac Salmanticenſis Eccleſiæ Sacræ Scripturæ Lectoralis Canonicus; ac tandem noſter D.D. Petrus Gonzalez Torano Abbas Regalis Eccleſię Collegiatæ Sanctę Mariæ de Covadonga, Dignitas Cathedralis Eccleſię Ovetenſis, in Salmantina Acadèmia Magiſterii laurea decoratus in Sacra Theologia, olim noſtri Regis Collegii alumnus, & Phiſicorum Cathedræ perpetuæ moderator, qui evectus ad Conſilium Regale Gazæ, ibi obiit. Et cum ab his omnibus graviſsimis, ac per doctis ſapientibus ſaltem aſſeratur, oportere declarationem Pontificiam expoſtulare, non obſtanti, quod valdè probabilis ſit opinio capacitatis, ut ad praxim communiter redigatur, conſului, me elaborante hoc opus, tot alios ſapientiores noſtri temporis, & nullum inveni, qui ſaltim, examinatis noſtris fundamentis, non judicet, Regię Majeſtati, ut Adminiſtratori perpetuo horum Ordinum, convenire hanc declarationem Pontificiam expetere, pro incremento horum Ordinum, quod debet curare.

*Facti Eccleſiæ Cathedralis Giennenſis contingentia cum Authore, & diverſi caſus aliorum in aliis Eccleſiis.*

## SUMMARIUM.

*Caſus, qui contigit in Eccleſia Giennenſi cum Authore, latè exponitur. num. 1.*

*Alius caſus Illuſtriſsimi D.D.D. Didaci Martinez Garrido, in Eccleſiis Conchenſi, & Legionenſi. n. 2.*

*Poſtremus D.D. Ildephonſi Morillo Velarde, Calatravenſis in Pœnitentiaria Salmantina, quam obtinuit. n. 3.*

## *EXEMPLAR.*

1 AD oſtendendum, quod diximus, ad praxim, ut in plurimum non reduci capacitatem noſtram ex defectu Eccleſiarum nos non vocantium, nedum reſiſtentium, referam caſum mihi contingentem in Eccleſia Giennenſi in rubro memorata. Qui caſus (ut tunc demonſtravi) non ſolum voluntariam expulſionem manifeſtat: verum etiam inconſequentia, quę à jure aborret, in actibus diverſis apparet. Quam obrem mihi neceſſe viſum eſt pro defenſione mea rationes legales expendere, eaſque in lucem producere, diſpares actus in facto contingentes exponere, ac omnibus patefieri repulſam ne cognito prejudicio, diſsimulatio, aut tolerantia mihi, & aliis noſtræ profeſsionis noceret. Quod ſenſit Eneas Robert. *lib. 4. rer. judicat. cap. 14. in defenſ. pro Seio fol. 111.* ibi: *Siquis negotium aliquod fieri reſcriberit, unde ſibi præ-*

*judicium naſci, veriſimili conjectura preſumere debeat, atque id fieri, vel permittat, vel diſſimulet, æquum eſt illud ei imputari, & obeſſe.* Eo maxime: quia cum relata Eccleſia ſtatutum puritatis ſanguinis habeat, forte crederent aliqui ex hoc defectu me rejectum: & ſic Saluſt. in bello monet loqui, cum ait: *Ne quis ex ſilentio noſtro deducat eſſe culpæ obnoxios.* Curabo, dolorem non effundere verba, ſed pudorem, inſcitando conſilium D. Ciprian. *epiſt.* 55. *ad corn.* ibi: *Cum conſiderandum ſit nobis, quid proferre, & ſcribere Sacerdotes Dei oporteat, nec tam dolor apud nos debeat, quam pudor loqui.* Negotium refero in puritate, & veritate, ut libanius monet in declarat. 1. ſub perſona Menelai pro contione Trojanorum per hæc verba. *Primum nec nos, quod par eſt, conſequemur; nec vos, quæ oportet cognoſcetis, niſi negotium, quod geſtum eſt, ita narretur.* Denique ſervabo Ordinem, quem prębet Cardin. Petr. Aureol. *lib. de roſ. diſtinct. cap.* 7. ibi: *Primo debet informari intellectus veritate, quaſi narrativè; iterum ponderativè, tertio fruitivè, experiendo rationem.*

Incipit ſeries facti. In una die *menſis Julii ann.* 1714. contracta jam privatè reſignatione ex cauſa permutationis, inter me, & D. Joſephum de Queſada, Clericum Minoribus Ordinibus initiatum unius Beneficii ſimplicis, quod obtinebam, & ad præſens obtineo in Eccleſia Parochiali Sancti Michaelis prædictę Civitatis cum prębenda portionaria, quam ille obtinuerat, in forma gratioſa à Sede Appoſtolica, in Eccleſia Cathedrali, ejuſdem Civitatis, veniam accepi ab Illuſtriſsimo ejus Capitulo, & mihi libenter conceſſa, per legationem Domini Decani mihi ex illius parte congratulantis pro electione mea ſui Sodalicii, indicantiſque eos pœnitere ſimul in altiorem ſedem me non ſedendum in tam gravi, & venerabili cœtu.

Hoc acepto placido aſſenſu aſſignavi diem 31. præfati menſis, & anni ad conſtituendos Procuratores in Urbe Romana, ad faciendam relatam reſignationem, & ut majori ſolemnitate, & cordato judicio fieret, ſcriptura rogavi D. Joann. à Quiroga, Magiſtrum Scholæ, & Doctoralem, D. Franciſc. de los Rios Navamuel Canonicum, D. Martinum ab Arce, & D. Joannem à Romero & Utrera, ambos Advocatos, & Prębendatos dictę Eccleſiæ, qui annuentes, teſtes adfuerunt Procurationibus, & ſimul ordinarunt præces, & clauſulas requiſitas ad talem permutationem, ut valdè practici in conficiendis ſimilibus inſtrumentis: quia ferè omnes functi fuerant officio Vicariatus generalis Epiſcopatuum, jam Giennenſis, jam Ovetenſis.

Celebratis prædictis procurationibus in forma juridica, & miſsis in Romanam Curiam, paulò poſt occurrit mihi oferre in coadjutoriam Dignitatem Archidiachonatus titularis Giennenſis D. Joann. de Albano, & Aillon, illius Dignitatis proprietarium. Quo facto, & à me accepto illo beneficio, ipſe, & ego inviſimus omnes Dignitates, Canonicos, & Portionarios præfatæ Sanctæ Eccleſiæ, quærentes epiſtolam conſuetam commendati etiã ipſius venerabilis congreſſus. Deinde congregatum eſt Capitulum *in die* 7. *Septemb. ann.* 1714. ibique formaliter repetiit cauſas, quas habebat ad aſsignandum Coadjutorem, & à Capitulo rogavit approbari, & commendari Romano Pontifici: Capitulumque reſolvit, quod apparebit ex teſtimonio inferius collocando.

In 11. die proxima relati menſis, & anni, memoratus Archidiachonus, celebrato Capitulo, cui adfuit, petiit, ut moris erat, legi acta præcedentis, quę quidem, cum ſolum initiata eſſent, & propoſitio illius tantum legeretur, non autem reſolutio, quæ artificioſe extenſa non erat, prædictus Archidiaconus proprietarius teſtimo-

nium

nium illius perhiberi rogavit. Quod ſibi datum fuit, tenoris, qui ſequitur.

*Don Franciſco Rodriguez del Campal, Notario, y Secretario de los Señores Dean, y Cabildo de la Santa Igleſia de Jaèn, certifico, y doi fee, que en el que por dichos Señores ſe celebrò el dia ſiete de Septiembre de eſte año, entre otros acuerdos ay uno del thenor ſiguiente.*

*Eſte dia el Señor D. Juan Albano de Aillon, Arcediano de Jaèn, propuſo al Cabildo como por ſu edad, que paſſa de cincuenta y ſiete años, y la continuada reſidencia, que ha tenido en eſta Santa Igleſia, demàs de veinte y quatro años à eſta parte, ſin otros ſeis, que ſirviò la Secretarìa de el Iluſtriſſimo Señor D. Fr. Juan Aſſenſio, Obiſpo que fue de eſta Dioceſis; y por los achaques habituales, que padece, tenia tratado de dar ſu Dignidad en Coadjutoria al Doct. D. Bernardino Francos Valdès, Proviſſor, y Vicario general, que fue de eſte Obiſpado, y que antes de efectuar dicho tratado, lo ponia en la noticia del Cabildo, para que ſiendo de ſu agrado, y ſatisfacion, paſſaſe à concluir dicho tratado, que de otra forma no executaria: y entendida por el Cabildo dicha propoſicion, y conferido ſobre ello (haviendoſe ſalido del Cabildo dicho Señor Arcediano) dichos Señores fueron unanimes, y conformes de dictamen, ſe le expreſſaſe al Señor Arcediano el juſto deſconſuelo, que tendria, de que dicho Señor ſe auſentaſſe de eſta Santa Igleſia, por ſu gran zelo, y reſidencia de ella, y mayor culto, y aumento de ſu Fabrica, que tanto ha promovido à expenſas de ſu caudal, y que ſe le pidieſſe à dicho Señor Arcediano, no deſamparaſſe eſta Santa Igleſia: y que ſiempre que ſe le permitiſſen ſus accidentes, aſsiſtieſſe à ella por el conſuelo, que dichos Señores tendrian de verle en ſu ſilla en eſta Santa Igleſia; y que por lo que mira al Sugeto, que quiere nombrar por ſu Coadjutor, el Cabildo le tuviera por muy digno, y benemerito de eſta, y otras qualeſquiera Dignidades, y empleos, à no hallarſe con el ſtatuto, que excluye de las Dignidades Canonigias, y Raciones de eſta Santa Igleſia à todos los Religioſos profeſſos de qualquiera Religion Monacal, ò Clerical, como lo es el dicho Doct. D. Bernardino Francos Valdès, en la Orden del Señor Santiago: y tener jurada la obſervancia de dicho eſtatuto, y de no pedir relajacion de èl, ni uſar de la dicha relajacion, caſo que ſe conceda por la Santa Sede Apoſtolica, ò otro Prelado Eccleſiaſtico, à pedimento de parte, ò ex motu proprio; y aſsimiſmo eſtar confirmado dicho ſtatuto por la Santa Silla Apoſtolica: y haviendo entrado en el Cabildo el Señor Arcediano, el Señor Dean le ſignificò la primera parte de eſte acuerdo, como en èl ſe contiene, de que el Señor Arcediano diò las gracias à dichos Señores. Como conſta del dicho Acuerdo original, que queda en eſta Secretaria, à que me refiero, y para que conſte, de mandato de los dichos Señores Dean, y Cabildo de eſta Santa Igleſia, doi el preſente, en Jaèn à trece dias del mes de Septiembre de mil ſetecientos y catorce años. En teſtimonio de verdad: D. Franciſco del Campal, Secretario.*

Ex actis ante geſtis, & conteſtura præfati teſtimonii ſatis liquet aliud loqui, aliud ſenſiſſe Capitulum: quod Julius Nigronius *orat. 10. n. 12.* habuit, *ut horribile monſtrum diſidium illud cordis, & linguæ.* Et Cicero *lib. 1. officior.* ait: *totius autem injuſtitiæ nulla capitalior eſt, quam eorum, qui tunc cum maximè obſiſtunt, id agunt, ut juri boni eſſe videantur.* & Senec. inquit: *Frequens eſt in communitatibus occultare vitium, ſub umbra, vel ſpecie bonitatis.* Nulla eſt injuſtitia in ſtatuto, & in Bulla illud confirmante: ſed in eo, qui ordinavit relationem decreti capitularis contenti in teſtimonio, me reputans Religionis Monachalis, ſeũ Clericalis: quia, ut antea fundavimus, nec unius, neque alterius profeſſor reputari debeo. Huic convenit, quod Iſaias protulit 10. ibi: *Væ! qui condunt leges iniquas, & ſcribentes injuſtitiam ſcripſerunt, ut oprimant in judicio pauperes, & vim facerent cauſæ humilium populi mei.*

Cog-

Cognovi decretum prædictum fuiſſe ordinatum à Doctorale Magiſtro Scholæ, & ab eo requiſivi, quomodo, quavè forma recipiendus forem? Oblata mihi norma danda, ex poſtfacto illam negavit, firmans juxta teſtimonium eſſe expediendam gratiam, & non aliter, nec aliomodo: ubi notanda eſt varietas. In procurationibus portionariæ quæcumque Bulla expediebat, ut jam vidimus; ad Dignitatem vero obtinendam alia fere impoſsibilis expeditionis, aut graviſsimi impenſi, & ſic impoſsibilis recurſus; illic facilis additus, hic anguſtus, & inaceſsibilis. Verè ad hæc valdè convenit locus Hieronym. Gonzalez, *in Regul.* 8. §. 3. *proem. n.* 99. *& gloſſ.* 8. *n.* 95. ibi: *Ex novis opinionibus nova fantaſmata generantur. Et omnis novitas ſit ſuſpecta*, ut dixit Tertul. *de præſcrip.* ibi: *Nam omne novum, & incognitum quod eſt, ſuſpectum redditur*; cui alludit D. Solorz. *emblem.* 51. *nam omne novum cave.*

Cumque hæc omnia præberent mihi ſigna irrefragabilia gravis litis, ut cumque obtenta eſſet Bulla, magnoque diſpendio me exponere: quia compertum erat non ſtatutum, ſed altiorem Sedem ginere reſiſtentiam. Quippè ait Caſiodorus *lib.* 58. *hiſt. quod communem ſortem excellit, emulationi, imbidiæque aliorum obnoxium eſt.* Cui alludit Eraſm. ibi: *Maximum vitato virum, proximus Jovi, proximus fulmini.* Et politicus Saabedra *in illo lemat. fama nocet*, quo explicuit emblema Falconis Cui congruit diſticum morale, & ſententioſum Michaelis Verini.

*Quo magis eſta vis procera, evertitur Euris*
*Culmina, non valles, fulmina torta petunt:*
*Quo major Cives, major ſolet eſſe ruina:*
*Magnaque liborem gloria ſapè parit.*

Eo tactus dolore, quem quiſque prævidebit, curavi in Curialibus retineri prædictas procurationes ad reſignationem portionariæ Præbendæ, uſquedum Archidiaconalis Dignitatis Coadjutoria placido communi aſſenſu Capitulari reciperetur, Bullaque expediretur ad placitum Capituli: itaque media perſona graviſsimę authoritatis Matriti commorantis accepi litteras expeditionatii illi commiſſas; ſequentis tenoris.

*En quanto à los Poderes, que V.S. me remite del Doct. D. Bernardino Francos Valdès, y Don Joſeph. de Queſada, reſidentes, y Dioceſanos de Jaèn, para la reſigna* ex cauſa permutationis *de un Beneficio, por una Racion de aquella Igleſia, ambos de gracia Pontificia; haviendo reparado en la circunſtancia, que contienen de haver de pedir relaxacion del juramẽto, que en virtud de eſtatuto ſe hace, de no recibir à ningun profeſſo en Religion; me he ſuſpendido en preſentar la ſuplica, haſta informarme bien, ſi ſe havian deſpachado otras gracias para eſta Igleſia, ò para otras de Eſpaña, con eſta circunſtancia, à profeſſos de Ordenes Militares: Y aunque ſe han viſto muchas expediciones de eſte genero, en ninguna de ellas ſe hace mas expreſſion, que la general en quanto à eſtatutos, ni juramento, terminando todas ſolamente*, non obſtantibus quibuſcumque, &c. *Y diſpenſando en la profeſsion: y lo miſmo ſucediò con V.S. en las dos Igleſias de Plaſencia, y Calahorra, donde ha obtenido, y obtiene V. S. Dignidades: de que podrà V.S. reconocer, no es omiſsion mia, la de no haver procurado la expedicion, ſino deſeo de no errarla: y aſsi en viſta de eſta noticia, y de que no ſe deſpacharà la gracia de otra ſuerte, que con la diſpenſa regular de profeſsion, ſe ſervirà de darla à las partes, para q̃ reſuelvan lo que he de hacer, y quedan los Poderes en mi poder haſta nuevo aviſo de V. S.*

Acepto à me monito præfato, & invento in meo muſæo exemplari D.D. Gaſparis Martinez Pardo, mei Ordinis, qui jam pridem obtinuerat Dignitatem Theſaurariam in Sancta Eccleſia Giennenſi *anno* 1608. cum eſſet

eſſet agens in rebus Ordinis in Urbe Romana; libellum porrexi in Capitulo celebrato *die* 20. *Novembris anno* 1714. per ſequentia verba.

*Señor, el Doct. D. Bernardino Francos Valdès, pueſto con el mayor rendimiento, que cabe en mi veneracion, à la diſpoſicion de V.S. digo: Que haviendo otorgado los Poderes para la reſigna* ex cauſa permutationis *de un Beneficio ſimple, que gozo por una Racion de eſta Santa Igleſia; y haviendo llegado los referidos Poderes à la Corte Romana, ſe reconociò la impoſsiblidad de poder obtener la gracia con las circunſtancias, con que ſe pedia ſe deſpachaſſe la diſpenſa de la profeſsion, que tengo hecha en mi Orden; y reſpecto de que el Doct. D. Gaſpar Martinez Pardo, fue Theſorero, y Dignidad de eſta Santa Igleſia, ſiendo tal profeſſo en dicho mi Orden, y que fue recibido para la Theſoreria el año de* 1608. *en cuyo tiempo, y mucho mas antes uſaba V.S. del eſtatuto loable, que oy tiene, en que ſe excluye à todos los que huvieſſen profeſſado en Religion Monacal, ò Clerical, y que deſeo en todo arreglarme à eſte exemplar, ſacando diſpenſa, ſegun, y como la huvieſſe obtenido el ſuſodicho, en caſo de haverla ganado, que ſe puede juſtamente dudar, por no haver en noſotros incapacidad de derecho para poder obtener Prebendas. Suplico à V. S. rendidamente ſe ſirva de mandar ſe regiſtre el Archivo, donde paran las pruebras, que ſe hacen, y los libros antiguos de acuerdos Capitulares de eſta Santa Igleſia, y ſe reconozca ſi el dicho D. Gaſpar Martinez fue recibido con diſpenſa, y en caſo de haverla preſentado, ſe me dè un traslado de la Bulla, ò puntual razon del dia, y año de ſu data, que deſde luego proteſto ganar otra conforme à ſu thenor: y en caſo de haver ſido recibido ſin diſpenſa, por haberſe conſiderado no comprehendida nueſtra profeſsion en el referido eſtatuto, ſe ſirva V. S. de exonerarme de obtenerla, y que ſe me dè teſtimonio del proveido de eſte pedimento para los efectos que me convengan en que recibirè merced, y V. S. adminiſtrarà juſticia, &c. Otroſi atento à que mi detencion en eſta Ciudad, deſpues de haver dexado el oficio de Proviſſor, que exercì de nombramiento de V. S. es cauſada de eſta pretenſion, que dexo referida, y que de dilatarſe mas, no pudiendo tener efecto, ſe me ſigue mui conſiderable perjuicio. A V.S. ſuplico ſe ſirva de tomar en eſta materia la ultima, y mas prompta reſolucion, que poſsible ſea. Fecho,* ut ſup. *Doct. D. Bernardino Antonio Francos Valdès.*

Hic libellus lectus fuit in Capitulo, ſed minimè decretus, idem operabatur Trajanus, ut refert Jul. Capitolin. *in vit. Macrin.* ne ipſa, & libelli nocerent fortè ſuis adheſis: hęc ſunt verba: *Cum Trajanus nunquam libellis reſponderet, ne ad alias cauſas facta preferrentur, quæ ad gratiam compoſsita viderentur.* Et idem de denegato decreto dici valet; ac quod dixit Cornel. Tacit. *lib.* 1. *annal. cap.* 17. de alio libello, quem dederunt quædam Legiones Imperatori Auguſto, ubi ait: *Nec veteres à priſcis temporibus, nec ipſos à D. Auguſto tam nova petiiſſe, quæ nec civilium quidem bellorum victores expoſtularent; cum contra morem obſequii, contra fas diſciplinæ vim meditentur.*

Qui viderit me unanimi conſenſu ab ipſo Capitulo valdè decoratum, eligendo memet in Vicarium Capitularem, Sede vacante, ſine exemplo inter tot digniſsimos viros Capitulares, quibus tunc ipſa Eccleſia ornabatur, & finito officio, me eomodo, quo diximus, expulſum! procul dubio mirabitur: nam non tantum famam meam vulnerarunt, verum etiam in aperto diſcrimine me expoſuerunt hujuſmodi contradictores, amitendi Coadjutoriam prædictam, ac etiam Beneficium, quod poſsidebam; ni cura mea recollexerit preces Sanctæ Sedi oblatas, & compermutans annuiſſet diſtractioni permutationis, præhabita arte, & fallacia, qua ofenſus manebam. Quapropter neceſſe mihi viſum eſt Ordinibus congruere omnia

hæc

hæc in lucem prodire, & fundamenta in assertionibus anterioribus profusa porrigere Doctorali præfatæ Ecclesię, & deserere prætensiones inceptas, ne lõga, & dispẽdiosa lite fortasse irretirer.

2 Alium casum enarrabo, qui contigit Illustris. D. Doct. D. Didaco Martinez Garrido nostri Ordinis, & Collegii nostri consadali, nunc vero electo Episcopo Carthaginensi in Regno Indiarum, qui existens Collega obtinuit rescriptum Nuntii Apostolici in his Regnis ad se opponendum, & obtinendum quascumque Prębendas, & Dignitates in Ecclesiis Cathedralibus, seu Collegiatis, & cum eo comparuit in Sancta Ecclesia Conchensi ad faciendam oppositionem Pœnitentiariæ Præbendæ, ad quam admissus fuit sine ullo discrimine. Cum eodem rescripto comparuit etiam in Ecclesia Cathedrali Legionensi ad legendam Prębendam Doctoralem, & non solum fuit admissus ad oppositionem, verum etiam competiit obtinenti Præbendam præfatam: & ipsæ duæ Ecclesiæ habent idem statutum, ac Giennensis; & nihilominus tamen ab eo non fuit petita Bulla Pontificia cum circunstantiis, & conditionibus petitis ad Dignitatem Ecclesię Giennensis: sed sat fuit ostendere rescriptum D. Nuntii in forma communi expeditum. Cur ergo tam variè? ac perconsequens certa sit propositio à nobis allata, quod praxis Ecclesiarum, non probabilitas opinionis, officit nostræ capacitati, ut manet jam fundata.

3 Alius vero casus mihi offertur, qui accidit in hac Ecclesia Salmantina pro Pœnitentiaria Prębenda, cujus oppositioni adstiterunt duo oppositores, & ex his unus fuit Frater D.D. Ildephonsus Morillo Velarde, Calatravensis Equæstris Ordinis Collega, qui fuit admissus ad oppositionem absque ullo rescripto; licèt postea electus, lite mota ab alio oppositore, obtinuit rescriptum Nuntii Apostolici in forma communi dicta, ad obtinendum: quo rescripto multis annis vidi obtinuisse prædictam Præbendam Pœnitentiariæ, simul cum Cathedra primaria Canonum: quem casum volui proferre tanquam contradictorio judicio ventilatum, qui omnino alludit ad assumptum nostrum.

---

## TRACTATUS III.

*An Religiosi, & Clerici Seculares docere jus civile publicè valeant?*

## SUMMARIUM.

*Præstatur ratio motiva tractandi hanc quæstionem, & quod prius ea edita fuit in idioma vulgare, & quare. n.1.*

*Additur etiam, quod hæc eadem quæstio conversa fuit in idioma latinum, & quare, & qua occasione; & refertur, capacitatem docendi jus civile, & in eo doctorandi esse declaratam à Consilio Ordinum, inspecta hac quæstione ab Authore exagitata. n.2.*

*Dividitur opus hujus quæstionis in partes, & stabilitur conclusio affirmativa, quod Religiosi in communi, seù Præsbyteri Seculares jus Cesareum docere valent publicè, & doctorari in eadem facultate. num.3.*

*Suponitur prohibitio juris communis audiendi jus civile publicè in scholis statuta contra Religiosos, sivè Præsbyteros Seculares, cum magna caterva jurium legum, & AA. qui quæque referuntur, sed non esse prohibitum docere. n.4.*

*Joannis Andreæ sententia, ubi expresè tenet docere jus civile non esse prohibitum Præsbyteris. n.5.*

*Innocentius in cap. non magnopere, & in cap. super specula, ait, quod tam Monachi, quam Clerici, si intra Claustra, & Ecclesiam audirent, & legerent Leges, non incurrunt in Canone, sed exeundo tantum. n.6.*

*Opinio Abbatis transcribitur, qui do-*

*docet in Canonem incurrere ſtudentes, & audientes, non autem legentes, ſeù docentes, & aſſignat rationem n. 7.*

*Doctrina Gaſpar. Calderin. appingitur, qui ait, Abbatem Regularem poſſe doctorari in jure civili, & leges docere, ſi ante Monachatum ſtuduerit eidem facultati. n.8.*

*Idem Calderinus alio in loco aſſerit Præsbyterum ſine metu pœnæ poſſe doctorari in jure civili, & in aliis locis idem videtur affirmare. ibid.*

*Boetius Epomphryſius primarius Univerſitatis Duacenſis Germaniæ, explicans* caput non magnopere *ne Clerici, vel Monachi intelligit, verbum,* legendas *pro* audiendas, *ac minime poſſe haberi pro* docendas. *n. 9.*

*Felin. in cap. 22. de reſcript. & in cap. tua nos de homicid. affirmat doctum in jure civili ante Monachatum poſſe de licentia ſui Prælati doctorari, & Clericum excellentem Medicum poſſe etiam Romę mæderi. n.10.*

*Opinio Cardinalis Toleti viri ſapientiſsimi à pluribus conclamati proculdubio tenet, prohibitionem canonicam non comprehendere docentes facultatem civilem, ſed tantum audientes. n.11.*

*Jacobus de Graf. aſſerit in cenſuram canonicam non incurrere Clericos Sacerdotes Dignitatem habentes, cùm doceant leges civiles, vel phiſicam. n.12.*

*Ex doctrina Duaren. deducitur poſſe Sacerdotem legere, ſeu docere jus civile neceſſarium ſuo ſtatui, ut benè inſtruatur in jure canonico. n.13.*

*Meliori modo ſe expedit Cyronius, qui durum nimis habuit, à juris ſcientia Sacerdotes arcere, judicare, promere, & exercere juſtitiam. n.14.*

*P. Thom. del Bene certè doctiſsimus tractat hanc materiam, & reſolvit contra docentes leges civiles non poſſe extendi cenſuram canonicam, etiamſi exeant Religioſi è Clauſtro ad eas docendas. n.15.*

*Sententia P. Vega in ſumma appertè tenet id ipſum, ac Author num. anteced. n.16.*

*P. Pellizar. inconcusè fert Religioſum, qui, cum Laicus eſſet, ſtuderet ſcientiæ civili, poſſe doctorari in ea de licentia ſui ſuperioris; & idem dici debere aſſerit de eo, qui ſtuduit privatè intra Monaſterium. n.17.*

*Idem ferè affirmat P. Thom. Sanch. docens cap. Canonic. non prohibere, niſi auditionem legum, non autem docere. n.18.*

*In eandem ſententiam ſe confert P. Emmanuel Rodrig. ac P. Thom. Sanch. n.19.*

*Ex cap. cardinali hujus prohibitionis intelligit P. Bonacina doctionem facultatis civilis, & phiſicæ non eſſe prohibitam, ſed tantum auditionem, ſi Religioſi exeant de Clauſtro ad audiendam. n.20.*

*Idem affirmat Gybalin. idem docens, ac P. Bonac. ſupr. relatus. n.21.*

*P. Stephanus de Abila ait, quod licèt Præsbyteris prohibeatur audire leges licèt tamen illis eas docere. n.22.*

*Filiuc. etiam tenet ſcientias prædictas civilem, & phiſicam non prohiberi docere, prævisis cap. Canonic. quæ de hac materia tractarunt. n.23.*

*Fr. Martinus à S. Joſeph. loquens de phiſica, docet ſe conſuluiſſe non incurriſſe cenſuram Præsbyterum medicantem quendam infirmum, qui deceſsit: quia teſtatur non eſſe textum Canonicum, qui prohibeat Medicinam exerceri à Præsbyteris. n.24.*

*Pro eodem aſſerto ſtat Angelus Clavaſius, qui intelligit verbum* legentes *pro* docentes, *& tam Religioſos, quam Præsbyteros edocere leges, & phiſicam. poſſe n.25.*

*Exim. P. Suar. idem ſentit circa docentes leges civiles, aut phiſicam. n.26.*

*Praxis de Salcedo pro comperto tenet Præsbyteros, ſi ante Clericatum operam dederunt juri civili, poſſe poſt Clericatum illud docere. n. 27.*

*Doct. Navarrus in duobus locis ſuì operis etiam tenet ſolam prohiberi auditionem publicam legum, vel Phiſicæ, non autem privatim, & eas ſcientias eda-*

*edocere Clericos, seù Religiosos. n.28.*

*In tribus locis Aug. Barbos. assertionem nostram tenet, & tanquam veriorem, & magis receptam doctrinam, qua asseritur cap. prohibitionis non cõprehendere audientes scientiam civilem, vel phisicam. n.29.*

*Fagnanus* in cap. non magnopere, & in cp. super specula *constanter tenet non comprehendere prohibitionem illorum Capit. Religiosos, vel Clericos docentes prædictas scientias. n.30.*

*Prosperus Farinacius, in terminis Doctoratus gradus, ait, posse in prefatis scientiis doctorari eos, qui eas scierint ante Clericatum, seù Monachatum. n.31.*

*Optime D. Emman. Gonzal. nostræ Academiæ egregius professor latè disputat* in cp. magnopere *hanc conclusionem, & magistraliter resolvit, non prohiberi, ut doceatur scientia civilis à Religiosis, vel Clericis. n.32.*

*P. Castro Palao idem tenet, asserens non comprehendi docentes has scientias in prohibitione Canonica. n.33.*

*Machado circa Clericos habentes Ecclesiam Parochialem, vel Dignitatem aliquam in sententia communi posse edocere leges, vel phisicam. n.34.*

*Passerinus, loquendo de Religiosis doctorandis, & in quibus facultatibus, tenet eos posse, si privatim studuerint scientiæ civili cum licentia superiorum, doctorari in eadem facultates: quia nulla lege prohibetur. n.35.*

*Sayrus loquens de Clericis, & summans* cap. super specula, *defendit non incurrere pœnam canonis, si doceant leges, vel Medicinam. n.36.*

*Quoad fructus percipiendos in tempore absentiæ à residentia curatuum, vel Prebendarum æquiparat Trullench. studentes juri canonico, aut civili, studentibus Theologiæ scholasticæ, aut expositivæ. n.37.*

*Consonat cum doctrina Trullench. citati Bulla Eugenii IV. concessa nostræ Universitati Salmantinæ in verbis hic relatis, qua etiam addit Trullench. legentes, hoc est docentes. n.38.*

*Mancinus insignis jurisconsultus Pysanus latè tractat hanc materiam, & exponens* cap. non magnopere, & super specula, *docet, expressè tantum auditores non docentes comprehendi in ipsis capitibus. n.39.*

*Prosequitur ipse Author exponens verba Alexandri III. à n.11. insertis verbis, quæ hic referuntur. ibid.*

*Et num 24. citat Bullam Gregorii XIII. Ordinibus Militaribus concessam. ibid.*

*Patian. summans* text. in cp. super specula *clarè fert Præsbyteros non comprehendi, eo, quod doceant leges civiles quas didicerent ante Clericatum n.40.*

*P. Pyrhing. intelligit excommunicationem latam* in cp. non magnopere *non incurrere eos, qui exeant de Claustro ad audiendas leges civiles, dummodo quotidie reddeant ad illud. n.41.*

*Et n. 37. progreditur intelligens* cp. super specula, *& constanter affirmat, docentes non comprehendi, sed tantum studentes. ibid.*

*Frater Leander appertè ait, Clericos posse exercere artem Medicinę, seù Chyrurgię absque incisione, & adustione; & rationem desumit ex eo, quod possunt consulere verbo, & scripto in facultate civili. n.42.*

*P. Reyfenstuel defendit Religiosos, & Clericos non incurrere excommunicationem, si domi suæ privatim studeant legibus Civilibus, & physicæ. n.43.*

*Prosequitur n.10. & constanter tenet legentes, seù docentes publicè jus civile, vel Medicinam non incurrere prædictam excommunicationem. ibid.*

*P. Santarellus docet Religiosos exeuntes è Claustro ad docendas leges civiles, & Medicinam non comprehendi in prohibitione canonica. n.44.*

*Respondet prædictus Author duobus argumentis sibi opositis, & contra conclusionem allatam. ibid.*

*Et num. 19. loci ab eo citati, addit, exeuntes è Claustro ad audiendas prædictas disciplinas, dummodo morentur in Monasterio, non incurrere censuram. ibid.*

P.

*P. Mendo tenet jure communi posse Regulares docere jus civile, & aliis in locis hanc conclusionem corroborat. n.45.*

*Ennumeratur, seù recolligitur numerus AA. qui stant pro hac sententia, & fit transitus ad præstanda fundamenta, quibus nititur hæc assertio. n.46.*

*Prima ratio, quę affertur, est; quia professio legum civilium est laudabilis, legesque ejusdem juris appellari Sacratissimas. n.47.*

*Per leges civiles quæritur quies Reipublicæ, per illas multa incommoda evitantur, & usquedum stabilitæ fuerunt; bella, & seditiones frequenter oriebantur. n.48.*

*Tertio assignatur alia ratio, nempè, quod professio civilis est necessaria ad adquirendos Canones, quibus debent esse valdè instructi Religiosi, & Clerici. n.49.*

*Probatur quarto, facultatem civilem, & canonicam unam eandemque reputari, & in statuto Acadèmico Salmantino patefit, & allegatur exemplar Authoris. n.50.*

*Ex paritate, quæ desumitur ex facultate medica ad civilem, desumitur alia ratio, & sic arguitur: illa Romæ permititur exerceri à Religiosis, & Clericis in sententia AA. scientia, & pacientia Summorum Pontificum: ergo multo fortius permitti debet edoctio facultatis civilis. n.51.*

*Hucusque rationes, quę præstantur ex parte materiæ facultatis civilis, & nunc incipiunt rationes prestandæ; quare non debet intelligi edoctio civilis; & prima est: quia est actus virtutis, & charitatis ad differentiam auditionis, quæ denotat ambitionem immiscendi negotiis secularibus. n.52.*

*Secunda ratio, quæ affertur, elicitur ex comparatione advocationis practicæ civilis in foro Seculari, quę licet Religiosis in causiis piis, ut dictum est in tract. 1. q. 5. non obstante, quod hoc sit negotium pure seculare: ergo multo fortius licere debet edoctio Civilis, quę negotium seculare minimè reputatur. n.53.*

*Tertia ratio eo nititur: quia viri Sancti in primitiva Ecclesia judicabant, & dirimebant lites, ut Sanctus Clemens Alexandrinus ait, & Magnus P. Augustinus. n.54.*

*Deducitur alia ratio ex eo, quod tam Clerici, quam Episcopi Religiosissimi sunt in nostra Hispania à Consiliis Regum, & Presules creantur Regiorum Senatuum. n.55.*

*Prosequitur idem assumptum, & offertur posse confirmari pluribus exemplaribus Præsulum, tam Consiliorum, quam Chancellariarum, & Audientiarum Regiarum. n.56.*

*Ex alia vulgari Regula civili confirmatur postremò, edoctionem civilem licere Clericis, & Religiosis: nempè intelligitur permissum, quod à jure non est prohibitum: sed edoctio prohibita non est à jure: ergo intelligitur permissa. n.57.*

## QUÆST. UNIC.

### CAPUT I.

1 HANC quęstionem, quam nunc attingo, jam pridem pertractavi, & prelo mandavi, cum mihi opposita fuit incapacitas docendi, & obtinendi Cathedram in facultate civili, jam antiquo laureato doctoratus gradu in eodem jure, & antiquiori Anthagonistæ in concursu oppositorum, non longè à Cathedra obtinenda. Tunc temporis in idiomate vulgari respondi attributæ incapacitati, quo sapientiores hujus Almæ Acadèmiæ spreverunt prefatam objectionem extrajudicialem privatè, & occultè oppositam apud Censores sufficientię oppositorum. Nihilominus tamen oppositа incapacitas operata est, ut mihi retardaretur præmium litterarii laboris. Verum omnipotens Deus sua miseratione divina movit pium animum nostri Serenissimi Regis Philippi V. me ab schola separatum,

tum, & exercitio practico judicandi deditum, ſine lectura honorare, inſtitutionum Cathedra (inſpectis meis meritis tranſactis, infortunatis, ſeù non attentis in diſcurſu decem, & octo annorum, in quibus curſum oppoſitionis ſubſtinui) quam non potui, legendo pluries, addipiſci: & ſic progreſſus fui uſque ad Primariam Legum, qua emeritus evado.

2 Sed cum malitia hominum non facile ſedatur, paulò poſt volente gradum Doctoratus recipere in eadem facultate civili D. D. Joanne Balthaſare à Loayſa, & Chaves, repetita fuit objectio prædicta in Ordinum Senatu, & relato gradu ab eo recepto, denegata fuit ei ab ipſo Conſilio pars quarta Magiſtralis impenſarum prædicti gradus, qua ſtabilimentum noſtri Ordinis diſponit contribuere graduando in quacumque facultate, ut mihi, & Doctori D. Franciſco de Arce, & Cevallos contributum fuerat. Quapropter mihi Ordines noſtri in unum conjuncti, ordinarunt, ut laborem, jam à me peractum, in idioma latinum converterem, & ſubſcriptum à pluribus ſapientioribus Magiſtris hujus Scholæ Salmantinæ porrigerem DD. Senatoribus prædicti Conſilii, & in eo peterem declarationem hujus noſtræ capacitatis: ut de facto explevi mandatum, & ex poſt facto re perpenſa ab ipſis DD. Senatoribus, petente Fratre D. Sancio Calderon de la Barca, Collega Alcantarenſ. licentiam ad ſe licentiandum, & doctorandum in eadem facultate civili, conceſſa fuit illi prædicta licentia abſque ulla tergiverſatione, viſis noſtris fundamentis. Itaque ab ipſo Conſilio, hoc facto, fuit declarata capacitas noſtra & maximè conceſſa quarta parte, ut multo antea conceſſa foret D. Loayſa jam Doctorato in facultate Civili. Quæ quidem quæſtio: quia ſeorſim tradita per manus, ut exiguum volumen, forte amitti contingeret, aut extingueretur ejus impreſsio, intendo eam ſculpere in hoc opere, ut omnibus pateat, aut ne facile pereat; ac denique, qui alias quæſtiones hic congeſtas, & ventillatas erga Ordines videant, per manus habeant, & tangant iſtam ſimiliter diſputatam.

3 Pro hac quidem diſcutienda quæſtione teneo. Primo in duplicem ſententiam dividi Authores, qui hanc materiam tetigerunt, aut expreſſo exagitarunt: affirmativa una, negativa altera. Modò illam exagitandi in hoc capite curam, & diligentiam noſtram (talis qualis ſit) impendam; hanc verò ſequenti cap. explicabo iiſdem rationibus, & authoritatibus nixam, quas diligentior, & doctior Anthagoniſta, jam in arguendo, jam in explicando, compilaret; ſiquidem intentio noſtra dumtaxàt eſt detegere veritatem, ac vim majorem, magiſque probabilem hujus quæſtionis, ſeù duplicis relatæ ſententiæ. Sed ut Acadèmico ſtylo me geram, pro affirmativa parte hæc eſt aſsignanda concluſio. *Religioſi, ſeù Præsbyteri Seculares jus Cæſareum publicè docere valent, & in Magiſterio hujus facultatis conſtitui poſſunt.* Qua quidem concluſione ita retenta, ut in hac quęſtione majori claritate procedamus, neceſſe nobis viſum eſt illam in partes dividere, illud inſectando præceptum Ciceronis: *Diviſionem illuſtrem, & perſpicuam reddere Orationes.* Cui conſonat Seneca. *Epiſt.* 88. ubi inquit: *Per partes in cognitionem totius devenimus.* Itaque aſſequi judicamus *non iterare verbum in Oratione.* Quod in Eccleſiaſt. *cap.* 7. damnatur. In hoc ergo capite in modum prælectionis illuſtrationem concluſionis præfigemus. In ſecundo verò rationes dubitandi efformabuntur ex fundamentis, & deciſionibus, quas traddunt Interpretes contrariæ ſententiæ. Deinde tertio eademmet argumenta diluemus. Ulterius proponentur quarto in capite ſingularia, quę in Religioſis Militaribus inveniuntur, ut fortius in illis

ve-

verificetur paulò superius collocata conclusio. Quinto, & ultimo fundamenta Sapientissimi, ac Reverendissimi Patris Mendo exponentur, ejusque argumentis satisfacere curabimus, & obiter tractabimus: an uti liceat Religiosis omnibus jus civile edocere publicè, ita & illos deceat? semper præoculis habendo id vulgare axioma juris: *Non omne, quod licèt honestum est.* Unde finem imponemus huic tractatui.

4 Sed antequam ad illustrationem assertionis nostræ deveniamus, ut in transcursu hujus tractatus de medio tollatur confusio, quę fortè posset oriri, supponimus Jure communi, tam Religiosis, quam Presbyteris Secularibus prohibitum esse leges civiles publicè audire, sivè studere *cap. non magnopere 3. ne Cleric. vel Monach. cap. super specula fin. eodem, cap. super specula de privileg. leg. 28. tit. 7. partit. 1. l. 2. tit. 9. partit. 1. leg. 8. Cod. de Maleficis. & Mathem. docet gloss. in dict. cap. non magnopere, & in dicto capit. super specula fin. ne Cleric. vel Monach.* & ibi Abb. Panormit. Cardinal. Zabar. Ancarran. & Hostiens. *in summ. tit. ne Cleric. vel Monach. n. 11. & tit. de sent. excommunicat. §. quis possit, vers. 22. & sequenti. Archidiac. in cap. 1. ne Cleric. vel Monach. lib. 6. verb. dimisso. Speculator lib. 1. p. 1. titul. de dispensat. §. Juxta n. 13. in fine, & lib. 4. part. 4. tit. ne Cleric. vel Monach.* Joann. Andræas *in reg. cum quid una via, n. 8. in Mercurial. cum quinque sequentibus.* Boetius Epomphrysius *lib. 5. quæst. heroicar. in commentariis ad tit. ne Cleric. vel Monach. ad lectionem in dict. cap. non magnopere, n. 27.* Silvestr. *in summ. verbo irregularitas vers. 22.* Gambara *de offic. & potestat. legati à latere, lib. 2. de variis ordinarior. nominibus n. 282. cum sequentibus,* Gregor. Lopez, & Montalb. *in dict. leg. 28. tit. 7. part. 1.* Petrus Gregor. *syntagmat. juris, part. 2. cap. 7. n. fin. & cap. 9. in fine, & de partitione juris Canoniss lib. 4. tit. 8. cap. 10. n. 3.* Alvar. Pelagius *de planctu Ecclesiæ, lib. 2. cap. 69. column. 22. fol. mihi 199.* Pedraz. *in summ. titul. excommunicationes Papales, vers. contra Religiosos, pagin. 142.* Frater Ludovicus Lopez *in instructorio conscientiæ, tit. de clavibus Ecclesiæ, cap. 20. de excommunicationib. nulli reservatis pag. 944.* Crespetius *in summ. Ecclesiastic. disciplinæ verb. Monachus interdicitur pag. 127.* Ludovicus Gomez *ad regulam de non tollendo jure quæsito, quæst. 3. in fin. qui ferè omnes prædictas decisiones in dict. cap. non magnopere, cap. super specula ne Cleric. vel Monach. & in dict. cap. super specula de privilegiis* summarunt de auditu, & studio tantum; non autem de edoctione. Unde præoculis semper habenda est differentia, quę adest inter studium publicum juris civilis, & ejus edoctionem; cum circa id videatur versari prohibitio expressa in cõmuni Authorum sententia, & circa hanc nihil sit prohibitum, ut constabit manifestius, ex his, quos nunc amplius pro illustratione nostrę conclusionis enarrabimus, singula eorum percurrendo ratiocinia, & decisiones.

5 Ne fortasse voluntaria putetur allegatio Interpretum, qui occurrunt pro exornatione hujus assertionis, & qui eam pro viribus tuentur, non solum eorum libros, titulos, quæstiones, paginas, capita, & numeros referemus, verum etiam verbaliter alia litteralia eorundẽ in resolvendo, & decidendo indicabimus. Sit ergo primus, qui sedem occupat in hoc celebri Authorum congressu Joannes Andræas *in Regula cum quid una via de regul. juris in 6.* qui licèt non extensivè, saltim intensivè fuit primus, qui hanc sententiam excogitavit, quare appositis argumentis, quæ sibi obviã objeceruntˌ postquam latò, & diffuso calamo illis satisfacit, finem imponit disputationi „ in hunc modum: Doctrina legum „ non est prohibita, & quod sit de jure „ communi, etiam sine privilegio „ pos-

„ poſſet Præsbyter doctorari, & do-
„ cere: nec eſſe ſimile, quod dicitur
„ de patrocinando in jure civili: quia
„ illud ſpecialiter, & expreſsè inveni-
„ tur prohibitum: docere verò jus ci-
„ vile minimè.

6 Innocent. *in cap. non magnopere 3. ne Cleric. vel Monach.* Ubi expo-
„ nens verbum: *Legendas.* Ait: Ex hoc
„ videtur, quod ſi aliquis de prædictis
„ exit Eccleſia ſua, & Clauſtro,
„ & legit leges, quaſi ſtudens in eis,
„ licet non vadat ad ſcholas; tamen
„ incidit in Canonem. Et in cap. ſuper
„ ſpecula eodem tit. *explicando verbum*:
„ Exeuntes. *Inquit etiam*: De Clauſtris
„ ſuis: ſi autem ibi audirent, & lege-
„ rent, ſecùs.

7 Succedit ſententia Abbatis Panormitani *in dicto cap. ſuper ſpecula finali ne Cleric. vel Monach. ex n.* 16. qui pro illuſtratione allatæ noſtræ aſſertionis poſt longam diſputationem ita concludit ea expreſsiſsima profe-
„ rens verba: Concludo, quod ca-
„ put non magnopere, & iſtud ſolùm
„ loquuntur in audientibus, ſeù ſtu-
„ dentibus, addiſcendo; & iſti ſunt,
„ qui incurrunt pœnas prædictas. Le-
„ gentes autem; id eſt, docentes non
„ puto incurrere has pœnas, nec etiam
„ illos, qui non ſtudent, ut addiſcant:
„ quia verba illis non conveniunt, &
„ à verbis conſtitutionis pœnalis non
„ eſt recedendum.

8 Corroboratur ulterius eadem ſententia, & concluſio ex doctrina Gaſparis Calderini *conſil. 2. de Magiſtris inter Conſilia* Joann. Calderini ubi propoſitum, ac conſultum ſibi
„ fuiſſe aſſerit. An Abbas Regularis
„ poſſet doctorari in jure civili, &
„ leges docere, cum eis ante Mona-
„ chatum ſtuduiſſet? Et pro comperto
„ tenet non obſtare opinionem eorũ,
„ qui dicunt Religioſos non poſſe,
„ etiam privatim incumbere ſtudio
„ juris civilis: quia illud procedit in
„ eo, qui de novo incipit ſtudere, non
„ in eo, qui ſtuduit ante Monachatum,
„ & poſt Monachatum, & dignita-
„ tem Abbatialem vult Licentiatus
„ gradum accipere, & Doctorari in
„ jure civili. An ſic eſt, quod ſi Religioſis non obſtat gradum Doctoratus accipere in eo jure, eis obſtare nequit illud docere: ergo Regulares poſſunt jus civile edocere. Quod quidem probatur: nam gradus præſtatur, & accipitur ad docendum cum publico teſtimonio ſufficientię, & doctrinæ: ergo poterunt docere eam facultatem; alias foret gradus fruſtraneus, & inutilis, docet P. Mend. *de jur. Academico, lib. 2. ſelectar. queſt. 31. num. 377.* quidquid in contrarium teneat P. Pellizar. *in manual. Regular. tom. 2. tract. 8. cap. 5. ſect. 2. n. 46. & 57.* Ubi minus conſequenter tuetur, Regulares non poſſe docere jus civile, licèt poſsint gradum Doctoratus in eo recipere; ſed ejus implicantia ſatis convicta manet apud P. Mendo ubi nuper, ut ex eo videre eſt.

Ulterius idem Calderinus *conſil. 2. ne Cleric. vel Monach.* repetit:
„ Quod Præsbyter etiam ſine alicujus
„ licentia, & incurſione pœnæ poteſt
„ Doctorari in jure civili. *Et conſil. 5.*
„ *n. 2. eodem tit.* ait: Quod non vetatur
„ prælectio legum civilium, etiam
„ conſtitutis in dignitate, ſed tantum
„ auditio; & quod legens non debet
„ timere incurſionem irregularitatis
„ eo, quod prælegat materias crimi-
„ nales: quia illa non incurritur prop-
„ ter prælectionem legum crimina-
„ lium, nec propter Commentarios
„ ſuper illis compoſitos. *Et proſequitur*
„ *n. 3.* Quod non eſt neceſſaria ad hoc
„ diſpenſatio, & quod potius conſu-
„ leret ei, qui diſpenſationem petivit,
„ ut citius eam ejiceret è domo, &
„ non haberet in Arca. Nam nihilum
„ prodeſſet, imò veniens in manus
„ alicujus, parum eruditi, poſſet no-
„ cumentum afferre.

9 Boetius Epomphryſius Doctor graviſsimus in utroque jure, & Primariæ Cathedrę moderator ju-

la-

latus in Academia Germanica Duacensi *lib. 5. quæstionum heroicar. juris canonici ad titulum, ne Clerici, vel Monachi*, explicans Paraphrastice dictum *Caput non magnopere*, & ejus litteram, „ se expedit in sequentia verba: Ait „ Pontifex *ad legendas leges*; *& paulò „ post*: Leges vè mundanas legendas. „ Legendas, id est audiendas. Audi„ tores enim quoque legunt, & rele„ gunt audita; sic præter Interpretes „ alios, hæc Alexand. III. verba Summi „ Pontifices interpretantur. Honorius „ III. videlicèt, & Bonifacius VIII. „ ubi pro *legere* (quod hic ponitur „ obscurius) ipsi ponunt audire. Ser„ viunt hæc ad varias quæstiunculas „ de Monacho, vel alio Clerico stu„ dere civilibus legibus prohibito, „ dissolvendas, ut exempli gratia, qui „ non audiet quidem profitentes Doc„ tores ac per se studeat, ac leges ci„ viles legat, relegatque, tametsi pro „ studio suo principali sit, ne videlicet „ ob tale studium censendus anathe„ mate per hujus capitis decisionem „ percusus: quia cum constitutiones „ pœnales strictam recipiant interpre„ tationem, nec ab ipsis earundem „ verbis, & quidem syllabis, recedendum sit; ita ut proprium casum non „ excedant, quantumlibet fortè ratio „ videretur eadem, proprius est, ut „ hæc excommunicatio talem non „ tangat: quemadmodum nec illos „ tangit Monachos, vel Clericos, qui „ leges, vel privatim, vel etiam pu„ blicè docere aggrederentur. Ex quibus verbis, cum alia authoritas non daretur in hac materia, certo certius est, hanc sufficere posse ad suadendam firmitatem nostræ assertionis.

10 Ordine antiquiorum servato subsequitur Felinus, qui *in cap. cum dilecta 22. de rescriptis, n. 19.* ex sententia prædicti Calderini, ita docet: *Quod si ante Monachatum erat quis doctus in jure civili, potest de licentia Abbatis licitè in eo doctorari.* Et multùm insistit in ostendendo hoc esse utile Monasterio: *Ac in capite tua nos de homicidio, circa finem*, ait idem Felinus: *Et ita videmus Romæ, & alibi servari, quod Clericus excellens in aliqua cura assumit officium Medici.* Ex hac ergo authoritate eadem poterat desumi argumentatio, ac desumpta est ex doctrina Calderini *ubi sup. n. 6.*

11 Cardinalis Toletus (cujus eruditionem valdè Orbem proclamare testatur Phyliarchus *de offic. Sacerdotali, tom. 1. lib. 3. cap. 30.*) *in summa de instruct. Sacerdot. lib. 1. cap. 37. n. 7.* postquam dixit, quod in censuram incurrunt Religiosi exeuntes è Claustro ad audiendas Leges, vel Medicinam; eamque excommunicationem extendi ad habentes Dignitates, vel personatus, etiam si Præsbyteri non sint, & ad Præsbyteros, etiam si personatum non habeant, Dignitatem, vel Bene„ficium affirmat, quod prædicta „ censura non comprehendit docen„ tes dictas scientias, nec etiam eos, „ qui student legibus, in quantum „ conducunt, & possunt conducere ad „ notitiam Canonum, idque tenere Boichium *in cap. super specula num. 6.* Joannem Andræam, & Hostiensem, *argumento textus in cap. finali 37. distinctione, & sequenti.*

12 Jacobus de Graffis *in Aureis decisionibus, part. 1. lib. 4. cap. 21. n. 3.* hanc quæstionem resolvit sequenti „ modo: Quoad Clericos verò, ideest „ Sacerdotes, vel non Sacerdotes, „ modo sint in dignitate curata, vel „ non curata, requiritur, quod audiant „ tantum, & non desistant intra duos „ menses, licèt non eggrediantur de „ suis terris, nec domibus, juxta com„ munem. Non tamen incurrunt si „ docent Leges, vel Physicam, etiam „ extra domum suam juxta Innocentium, & Panormitanum, *contra* Sylvestrum *versiculo excommunicatio 9. casu 6.*

13 Duarenus *de sacris Ecclesiæ „ ministeriis, lib. 4. cap. 2.* inquit: Si ta„ men jus civile Sacerdos vellit legere,

„nō ut in foro versetur, & causas agat, „sed ut ex illo equitatis, justitiæque „uberrimo fonte aliquid hauriat, vel „deguſtet, quod ad professionem „suam conferat, minimè id proban„dum reor: nam ut de illo doctrina„rum Orbe taceam, qui à Græcis di„citur jus Canonicum, sivè Pontifi„cium; saltim id, quo nunc utimur „magna ex parte cum jure civili con„junctum est, ut absque eo commode „tractari nequeat.

14 Pulchriori forma se expedit Cyronius *in Parathitla lib. 3 decretal. tit.* 50. cum dicit: *Quantum verò est de Clericis Secularibus durum nimis, & asperum videtur à civilis juris scientia arcere; quod veram Philosophiam veteres nuncuparunt judicare, promere, & exercere justitiã.* Et ad id allegat Plinium *lib.* 1. *cap.* 10. atqui scientia juris civilis, ut desumi solet pro studere, vel addiscere, communiter receptum est, tàm Religiosis, quàm Clericis prohiberi: ergo scientia juris civilis de qua loquitur Cyronius pro doctrina, & lectione accipienda est; non autem pro studio, vel auditione illius.

15 Reverendissimus P. Thom. del Bene 2. *tom. de offic. S. Inquisit. part.* 2. *dub.* 236. *sect.* 21. *à n.* 8. *usque ad* 11. ubi ait: *Adverte* 7. *quod Religiosus è contra prædictam excommunicationem non incurrat, si exeat è clausto, ad leges civiles, vel medicinam docendas.* Quod quidē probat firmissimis rationibus, & argumentis satisfacit, & ultimo apposito, *n.* 10. sequenti forma respondet: *Religiosus incurrit prædictam excommunicationem, si exeat è claustro ad prædictas facultates audiendas: ergo multò magis eandem excommunicationem incurret, si exeat è claustro, ad easdem facultates docendas.* Hoc argumentum sibi apponit, sed huic respondet, ut diximus negando consequentiam, *quia* (ut inquit) *pœnæ non extenduntur ob paritatem, vel etiam ob majoritatem rationis, ex capite is qui de sententia excommunicationis in* 6. *ubi pœna imposita non videtur, nisi in jure sit expressa: paritas igitur, vel etiam majoritas rationis est quidem fundamentum, ut pœna possit imponi, non autem ut de facto sit imposita, nisi de facto in jure sit expressa.*

16 Idque ipsum docet Vega *in summa Hispana, tom.* 1. *cap.* 85. *verbo descomunion, casu* 179. ubi alloquens de eadem civili facultate, & de Clericis, seù Religiosis, ita se habet. *Lo quarto, y ultimo que se ha de notar, es, que ninguno de estos incurre por enseñarla, aunque sea fuera de su casa, segun* Innocencio, y Panormitano. *Aunque* Silvestro *diga lo contrario.*

17 Succedit P. Pellizarius *in manual. Regular. tract.* 8. *cap.* 4. *sect.* 2. *n.* 57. ubi pro illa decidenda quæstione, an, & quando Regulares possint doctorari in jure civili, au Medicina? „Respondet posse. Si dum ipsi essent „Laici, operam dederunt juri civili, & „à proprio superiore facultatem ob„tineant suscipiendi talem doctora„tum; patetque ex eo, quod *in* „*cap. non magnopere, & cap. super spe*„*cula, ne Clerici, vel Monachi* pro„hibetur Regularibus sola auditio ju„ris civilis, aut Medicinæ exeundo „claustrum: est autem quid diversum „promoveri ad gradus in his facultа„tibus, si fortè Religiosus illas didi„cit in sęculo. Ideòque ex prohibi„tione unius, non benè infertur pro„hibitio alterius: cum à diversis non „fiat illatio, præsertim in odiosis. Im„mò si Religiosus in ipsa religione „operam dedit dictis facultatibus, & „quidem exiens è claustro, esto in hoc „peccaverit poterit nihilominus de „licentia sui superioris doctorari in „illis, cum hoc posterius nullibi pro„hibitum sit, & prohibitiones non „debeant ampliari, sed restringi; prę„sertim cum peccatum studii dicta„rum facultatum, quod præcedit, „non reddat Religiosum inhabilem „doctoratui.

18 Confirmat idem assumptum Pa-

Pater Thom. Sanchez, *lib. 6. in præcept. Decalog. cap. 14. n. 45.* ubi ait: „ Religioſus, qui juri civili operam dedit, „ poteſt ex ſui ſuperioris licentia promoveri ad doctoratum in jure civili. „ Ratio eſt: quia *cap. non magnopere*, „ *& cap. ſuper ſpecula, ne Clerici, vel* „ *Monachi*, ſola auditio juris civilis, „ aut Medicinæ exeundo clauſtrum „ interdicitur. At longè diverſum eſt „ promoveri ad gradus in his facultatibus, quas religioſi in ſæculo didicerunt, immò ſi in Religione ipſa „ huic facultati operam dedit, etiam „ è clauſtro exiens, quamvis peccarit, „ poterit tamen ex ſuperioris licentia „ ad gradum Doctoratus in illa promoveri: quia hoc poſterius nullibi „ prohibitum eſt, nec peccatum præcedens ſtudii hujus facultatis reddit „ Religioſum ineptum doctoratui. „ Atque idem cenſeo de promotione „ ad doctoratum in Medicina: quia „ nullibi eſt prohibitum, ſed ſola auditio.

19 In eandemque ſententiam ſe contulit Frater Emmanuel Rodr. *quæſtionum Regularium tom. 2. q. 74. artic. 1.* dum illâ exagitavit quæſtionem, utrum Monachi poſsint ad gradum doctoratus promoveri? quia reſpondet dicendo: *Quod is, qui ante clericatum juri civili operam dedit, poſt clericatum ad doctoratus gradum in eodem jure promoveri poteſt, & ea ratione Præsbyter Beneficiarius ad doctoratus gradum in jure civili poteſt promoveri abſque alicujus pœnæ metu, prout tradunt* Navarrus, & Salced. *& quod magis eſt, Monachis hoc etiam eſt permiſſum, ita notanter ſcribit* Calderinus, *quem refert, & ſequitur* Navarrus.

20 Inquit etiam Bonacina *tom. 1. in ſumm. tract. de clauſura, & pœnis eam violantibus impoſitis, quæſt. 2. n. 7.* „ *& n. 9.* Ego vero cum benigniore, „ & communiore Doctorum ſententia „ cenſeo: Religioſum exeuntem ad „ docendum Leges, vel Phyſicam „ non ligari excommunicatione. Ratio eſt: quia Honorius III. *in cap.* „ *ſuper ſpecula* citato loquitur ſolum „ de exeuntibus ad audiendum Leges, „ vel Phyſicam; immò refert excommunicationem Alexandri III. tanquam „ latam in audientes, non verò in „ docentes. *Ibi*: Contra Religioſas „ perſonas de clauſtris exeuntes ad „ audiendas Leges, vel Phyſicam Alexander Prædeceſſor noſter ſtatuit „ in Concilio Turonenſi, ut niſi infrà „ duorum menſium ſpatium ad clauſtrum reddierint, ſicut excommunicati in omnibus evitentur. Cum ergo Honorius loquatur ſolum de audientibus, & ſimul affirmet Alexand. „ de audientibus locutum fuiſſe, „ proculdubio dicendum videtur Religioſos docentes non affici pœna „ excommunicationis, ita Navarrus *cap. 27. n. 116 verſic. 6.* Toletus *lib. 1. cap. 38. n. 16.* Suarez *loc. citat. num. 17.* Vincentius Filliutius *loc. citat. n. 129.* Sanctarellus *n. 18.* Panormitanus, & alii apud Suar. *loco citat.*

21 R. P. Joſephus Givallinus *tract. de cenſuris in earum ſynopſi littera R. n. 7. in fin.* quam plurimos majoris notæ Authores allegans, ita „ ait: Denique conſentiunt iidem „ Doctores non eſſe locum huic excommunicationi, ſiquis exeat è Monaſterio animo docendi has ſcientias: quia Honorius III. in illo *cap.* „ *ſuper ſpecula, ne Clerici, vel Monachi* referens, & confirmans conſtitutionem Alexandri III. in Concilio Turonenſi factam, & relatam, „ *cap. non magnopere* eodem titulo de „ ſola auditione loquitur.

22 Præterea docet Stephanus de Avila *tract. de cenſur. 7. part. diſp. 6. ſect. 1. num. 10. Ita ſi opponas* caput ſuper ſpecula, ne Clerici, vel Monachi, *ubi Præsbyter prohibetur audire Leges, & Phyſicam: reſpondetur, quod licèt prohibeatur audire, non tamen exercere, quæ ſolutio eſt de mente* Panormitan. *in dict. cap. ſuper ſpecula*, ubi ait: *Quod quamvis non liceat Præsbyteris*

*ris audire leges, licèt tamen eas docere.*

23 Ait autem Vincentius Filiutius *tract.* 14. *operum moral. cap.* 8. *quæst.*2. *n.*129. *in fine*: *Qui verò exiret è Claustro ad docendas illas scientias, non ad audiendum, & verè deindè doceret, non autem audiret, non incurreret; sic enim interpretor Authores, quos citat* Suarez *n.* 17. *si enim audiret leges, crediderim incursurum censuram, ut diximus in* 2. *notabili. In quo egi, de professione Legali, & Medicali, ut ex eo videre est.*

22 Facit etiam pro nostra assertione doctrina allata à Fratre Martino de San Joseph *in Monitorio Confessorum, tom.*1. *lib.* 1. *tractat.* 11. *de Ordin. n.*2. ubi sic inquit: Dicen graves Authores, que les està prohibido à los Clerigos el executar ofi-cio de Medicos, aunque no corten; ni quemen; porque es ocupacion seglar, vedada por todo el titulo, *ne Clerici, vel Monachi*; pero yo juzgo es muy probable la sententia de otros, que afirman no les està prohibido à los Clerigos ser Medicos; porque no ay texto en todo el Derecho que lo pruebe; antes parece lo aprueba el capitulo *ad aures de ætate, & qualitate*, donde Clemente III. responde à un Canonigo Colonienſe, que no havia incurrido en irregularidad, porque se le muriò el enfermo à quien havia curado.

25 Angelus de Clavasio *in summ. verb. excommunicatio* 5. *casu* 5. *n.*4. *in gloss. litter. A.* stat similiter pro eodem asserto dicens: *Ipsi autem legentes scientias istas, quas prius didicerunt non videtur involvi secundum Panormitanum in cap. finali, ne Clerici, vel Monachi, ubi etiam videtur sentire, quod legentes Monachi non ligantur.* Scientiæ enim de quibus agitur apud ipsum Clavasium sunt Physica, & jus civile: & cum ipse antea prohibitionem auditionis earum facultatum statuisset, & illustrasset, verba hic præfixa circa legentes protulit: *unde dubitari nequit illud verbum* Legentes, *idem importare, ac docentes.*

26 Illustrat Eximius Vir, & usque ad miraculum doctus R.P. Franciscus Suarez, *tom.*3. *de censuris, disputat.*23. *sect.*3. *ubi ex num.*17. incipit exagitare hanc quæstionem, & resolutis objectionibus gravioribus, quæ in hac materia se se offerunt, decidit nullam dari prohibitionem circa docentes tàm Physicam, quàm jus civile, licèt circa audientes has facultates prohibitio versetur, & *n.*18. proponit rationes quibus nititur sua sententia, ac inquit: Nos autem suppo-nimus eum, qui docet, non exiisse ad audiendum; sed tantum ad docendum; & ideò licèt privatim studeat, & multa de novo discat, id non satis est, ut hanc censuram incurrat; nec argumentum ob similitudinem rationis in his pœnalibus locum habet, præsertim: quia potest aliqua ratio disparitatis inveniri.

27 Doctor Ignatius Lopez Salcedo, Complutensis, etiam in additione ad Bernardum Diaz, *in Practica Criminal. & Canonica, cap.* 59. *vers. Illud verò* (prout illum allegat Augustinus Barbos. *voto decisivo* 88. *n.* 13.) tradit: *Quod is, qui ante Clericatum juri civili operam dedit, post Clericatum ad doctoratum in eodem jure potest promoveri, & quod magis est Monachis hoc permissum.* Et reprehendit Rebufum, qui de contrario Curiæ stylo testatur, & in versiculo finali, ait: *Quod in dicto* cp. super specula *tantum legum auditio Clerico prohibetur; non tamen ipsarum prælectio.*

28 Pulchrius omnibus facit doctrina Navarri Martini Azpilcueta viri pii, & docti (ut eum vulgus appellat, & cognominat Barbosa, *ubi sup. n.* 12.) qui *tom.*3. *commentariorum cap.* 27. *n.*116. ubi apponitur excommunicatio circa audientes Leges, vel Medicinam, cum Religiosi sint, vel

Præs-

Presbyteri, declarat. *Quod nemo istorum incurrit eo, quod doceat eas facultates, etiam extra domum suam. & tom. 1. commentarior. cap. 2. de Regularib. n. 2.* circa medium, contra Rebufum, & in eadem insistens opinione inquit: *Tunc, quod jure verius est contrarium ejus, quod ipse ait, nempè auditionem publicam, & studium audientium publicè vetari Monachis, & non auditionem privatam, nec prælectionem (sivè ut ita dixerim) doctionem publicam.*

29 Augustinus Barbos. (qui plura, & plures notitias nobis ministravit ad hunc tractatum) *voto decisivo 88. n. 7.* postquam retulit sententiam contrariam, & ejus fundamenta, quæstionem nostram resolvit, plura congerens, in hunc modum: *Verum his non obstantibus contraria opinio affirmativa, quod scilicèt liceat Præsbyteris jus civile publicè legere, verior, & receptior est à pluribus non contemnendæ authoritatis Doctoribus. Et tom. 2. in Collectaneis Canonicis, lib. 3. Decretalium tit. 50. cap. 3. n. 5.* ait: *Quod Religiosi docentes Legem, vel Physicam non ligantur excommunicatione ex sententia plurium Authorum, tanquam lata in audientes, non verò indocentes. Et dicto loco cap. super specula finali, num 3.* inquit: *Utrum etiam prædictis Sacerdotibus, aliisque personatum habentibus vetitum sit præfatas facultates Sacerdotes, & alios Clericos docere? Ab aliquibus solet dubitari, apud quos verior, & receptior est sententia negativa; quia textus in præsenti loquitur de audientibus; non autem de docentibus, & in pœnis non est facienda extensio, ultra propriam verborum significationem.* Et prosequitur *n. 4.* & ait: *Quando quis ante Clericatum juri civili operam dedit, post Clericatum assumptum non prohibetur ad doctoratus gradum in eodem jure promoveri, etiam si sit Monachus,* & omnia complectitur latè, & diffuse *de potestat. Episcop. allegat. 56. per totam.*

30 Et quidem comprobat idem assumptum Prosperus Fagnanus, *in 2. p. lib. 3. Decretalium ad tit. ne Clerici, vel Manachi, cap. non magnopere.* Ubi exagitando quæstionem, utrum Regularis admitti possit in Collegio Doctorum utriusque juris, tàm Civilis, quàm Canonici, & eam resolvens affirmativè, plura adducit fundamenta, inter quę id abhibet *n. 7. & 8.* nempè: *Quia etsi Regularibus tanquam Seculare negotium prohibeatur auditio juris civilis, tamen hæc prohibitio uti pœnalis ad alios casus non extenditur: unde videmus eam non habere locum in docentibus, seù interpretantibus leges civiles, & ob eandem rationem, qui in sæculo studio juris civilis operam dedit, non prohibetur ex sui superioris licentia promoveri ad gradum Doctaratus ejusdem juris.* Et in cap. super specula finali eodem titulo, *à n. 37.* directè, & exprofesso tractat, an prohibeatur Regularibus, seù Clericis leges docere? Et latissimè refutata sententia Hostiensis, opinionem Panormitani amplectitur *num. 41.*

„ & ait: Ego existimo hanc opinio-
„ nem Abbatis esse valdè consonam
„ veritati, & prętер illius considera-
„ tiones, moveor: quia Papa in prin-
„ cipio hujus textus narrat, Concilium
„ Turonense olim statuisse, ut tan-
„ quam excommunicati evitentur Re-
„ ligiosi de claustris exeuntes ad au-
„ diendas Leges, vel Physicam: ne-
„ cesse est igitur, ut constitutio Con-
„ cilii Turonensis, quæ habetur *in*
„ *dicto cap. non magnopere* loquatur de
„ Religiosis audientibus; non autem
„ docentibus: alioquin Papa falsum
„ hic dixisset, & haud fideliter retu-
„ lisset illam constitutionem, aut cer-
„ tè illius tenorem ignorasset, quod
„ non est dicendum, cum habeat om-
„ nia jura in scrinio pectoris.

31 Idque ipsum suadet alter prosperus, scilicet Farinacius *Fragmentorum criminalium part. 1. n. 208.* dicens: *Tertiò præmissa conclusio declaratur, ut non procedat quando quis ante Clericatum juri civili operam dedit: quia post*

*poſt Clericatum aſſumptum non prohibetur ad doctoratus gradum in eodem jure promoveri.* Et *n.*209. ita progreditur: *Prout nec etiam quid doctoratum juris civilis, ſeu etiam Medicinæ aſſumpſit, non prohibetur ad Clericatum, ſeu Sacerdotium promoveri.*

32 Noſtræ Academiæ magnus Interpres Dominus Doct. D. Emmanuel Gonzalez Tellez pro intelligentia dicti *cap. non magnopere 3. titulo ne Clerici, vel Monachi* appoſito dubio *ex n.*5. Utrum Clericis, & Monachis liceat jus civile docere? & negativa parte prius illuſtrata à Doctoribus, qui eam amplectuntur proſequitur, & ait: *Sed contrariam ſententiam, immò non eſſe prohibitum Religioſis, & Clericis legere jus civile, ac phyſicam, probant plures.* Deindeque continuat exornando hanc ſententiam quàm plurimis fundamentis, & reſponſum præbens iis, quibus utuntur contrarii, concludit: *Manet ergo, quod licet Monachis, & Clericis in preſenti prohibeatur audire leges, aut Phyſicam; non tamen illis prohiberi eas publicè edocere, & multo magis illis prohibitum non eſſe privatim ſtudere, & eas addiſcere.*

33 Ferdinandus de Caſtro Palao *tom.*6. *operum moral. diſp.*3. *punct.* 32. *n.*4. *in fin.* aſſerit, ut ſequitur: *Sepè dixi Religioſum exeuntem ad audiendas leges, vel phyſicam, nec revertentem ultra duorum menſium ſpatium hac excommunicatione comprehendi, ut tacitè inſinuarem, ſi exirent ad docendas has ſcientias, non eſſe locum huic excommunicationi.* Et tandem *n.*5. ait: *Secunda difficultas eſt de Sacerdotibus, aliiſque perſonis Eccleſiaſticis perſonatum habentibus, qui has ſcientias docerent. An inquam, hi ſub hac conſtitutione comprehendantur? & breviter reſpondeo cum communi ſententia non comprehendi.*

34 Exornat expreſsè, & pulchre, etſi vulgari idiomatè D. D. Joannes Machado, *tom.*2. *de el perfecto Confeſſor, y Cura lib.*4. *tract.* 13. *part.* 1. *docum.* 7. *n.* 3. dicens: *Es tambien doctrina comun fundada en el miſmo principio, que eſta prohibicion no comprehende à los Maeſtros; aunque teniendo à ſu cargo alguna Igleſia Parrochial, ò Dignidad Eccleſiaſtica enſeñaſſen Leyes, ò Medicina en los Eſtudios publicos, y Univerſidades.*

35 Frater Petrus Maria Paſſerinus *de hominum ſtatibus, & officiis tom.* 2. *moral. inſpectionum quæſt.* 187. *artic.* 1. *obſervat.*3. *de facultate docendi* „ *n.*1154. docet: Nihilominus ſi ante „ ingreſſum in Religionem, quis hujuſ. „ modi ſtuduit, vel privatim in Reli„ gione tales facultates ex proprio ſtu„ dio didicit, vel immò ſi in Religio„ ne pro illis addiſcendis contra Sa„ cros Canones deliquit, undè ſit in „ illis peritus, poterit de licentia ſupe„ riorum in eiſdem facultatibus doc„ torari: quia nulla eſt lex, quæ hoc „ directè prohibeat, & nec hoc dedu„ citur ex eo indirectè, quod dictarum „ facultatum ſtudium ſit prohibitum. „ Tunc: quia non valet illatio ad di„ verſa. Tunc: quia illud ſtudium fuit „ prohibitum, ut ſtudium Theologiæ „ creſceret: nullum verò præjudicium „ fit Theologiæ, ſi poſt conſummatum „ ejus curſum, Theologus etiam gra„ dum Doctoratus in jure civili, & „ Medicina obtineat.

36 Pater Magiſter Gregorius Sairus *in ſumm. caſ. conſcient. lib.*3, *cap.* 32. *n.*10. ſummans *cap. ſuper ſpecula, ne Clerici, vel Monachi* de auditu tantum inquit: *At verò docendo has artes extra domum ſuam hujus Canonis pœnam non incurrunt.* Alloquitur ibi de Clericis Secularibus, & aliis dignitate conſtitutis, & de artibus, de quibus ibi ſunt Leges, & Medicina.

37 Joannes Ægidius Trullench. *in expoſitione Decalogi lib.*1. *cap.* 8. *dub.*12. §.9. *n.*4. equiparat docentes jus civile iis, qui jus Canonicum, vel Theologiam docent in ratione percipiendi fructus Curatuum, vel Præbendarum pro tempore abſentiæ, & ait: *Nota hoc privilegio gaudere non ſo-*

*ſolum abſentes cauſa ſtudii in Theologia ſcholaſtica, aut expoſitiva; ſed etiam cauſa ſtudendi juri canonico, aut etiam civili.* Et allegat ad hoc *caput tuæ fraternitatis de Clericis non reſidentibus, & cap. 2. de privileg. in 6.* & Barboſ. *de poteſtate Epiſcopi allegatione 56. à n. 26.*

38 Suppoſita prædicta doctrina, conducit ad rem noſtram Bulla Eugenii IV. huic noſtræ almæ Academiæ conceſſa, *in ejus ſtat. fol. 115.* & quam tradit Nicol. Garc. *de beneficiis, part. 3. cap. 2. n. 58.* Quæ cum loquatur de ſtudentibus, & legentibus, ita aiti *In quacumque facultate licita, & honeſta per octo menſes continuos, vel interpolatim legendo, aut alias hujuſmodi ſtudio litterarum inſiſtendo, fructus, redditus, & proventus omnium, & ſingulorum ſuorum beneficiorum Eccleſiaſticorum, quæ ad præſens obtinent, & impoſterum obtinebunt, etiamſi Canonicatus, & Prębendæ, Dignitates, perſonatus, perpetuæ adminiſtrationes, etiam majores poſt Pontificales cum Curâ, & ſine Curâ, &c. cum ea integritate* (quotidianis diſtributionibus duntaxat exceptis) *liberè percipere valeant.* Liceat ergo nobis hanc deducere conſequentiam ex dictis. Igitur Beneficiarii, & Præbendati poſſunt percipere fructus, & redditus, dum præmiſsis circunſtantiis in Bulla requiſitis, legunt in facultate civili. Patet conſequentia: nam jus civile eſt facultas licita, & honeſta. Ut infrà probabimus *à n. 41. hujus capitis, & cap. finali à n. 13.* Sed legentes in facultate licita, & honeſta juxta Bullam percipere valent fructus: ergo, & legentes jus civile. Conſequentia patet ex doctrina Eſcobar de el Corro *de Horis Canonicis queſt. 5. n. 189.* qui tenet, quod Parochi, qui abſunt cauſa docendi jus civile, fructus lucrantur, & citat pro ſua opinione Sanctarellum, Bonacinam, & Trullench.

39 Lælius Manzin. J.C. Pyſanus, 1. *tom. ſacri jur. controverſ. diſſertat. 27. per tot.* ſubſcitat quæſtionem hanc, & per quadraginta, & quatuor numeros pertractat de Clericis, aut Monachis civilem Juriſprudentiam, Phyſicas vè Artes prælegentibus ad *caput non magnopere, & cap. ſuper ſpecula, ne Cleric. vel Monach.* & poſtquam fideliter tranſcripſit litteram *dict. cap. non magnopere*, ſentit cum P. Suar. tres eſſe conditiones neceſſarias, ut Regulares incidant in cenſuram latam ab ipſo *cap. non magnopere*, quod ſtudeant Legibus civilibus, vel Medicinæ, quod exeant è clauſtro ad ipſum finem, & quod ne redeant intra bimeſtre: hæc in *n. 1.* docet, & in 2. *& ſeqq.* nerboſe defendit dicta capita non agere de docendo, ſed de ſtudendo, *& in n. 5.* reſolvit: *At verius eſt decretum Pontificis in dict. cap. non magnopere ad ſolos legum civilium, medicinarum, ut artium auditores pertinere.* Et cum plures AA. citet pro hac ſententia, concludit: *Idque adeò frequenter traditum, ac firme creditum, ut mirandum videatur uſque ad hanc diem tantopere hæſitaſſe Clericos. An non præterquam diſpenſante Romano Pontifice, Civiles Cathedras inoffenſo aſcendant pede.*

Proſequitur idem Mancinus, & *à n. 11. cum ſequentibus* deſummit verbum *legere* Alexandri III. pro *audire* quod tradit Honorius III. & Bonifacius VIII. *& n. 18.* tanquam principale fundamentum tradit fragmentum *dict. cap. non magnopere* Alexandr. III. Quod à nullo, quem viderim, tactum inveni-
„ mus, & inquit: Iis profecto (*loquitur*
„ *de Papa Alexandro*) legendi verbum
„ in ſua conſtitutione adhibuit, ſed
„ quid eo verbo ſignificare voluit?
„ non potuit apertius indicare; namq
„ in prætermiſsis ſic habet; quia tandē
„ Regulares quidam, & Clauſtrales
„ ſcientiam, & legem Domini animo
„ convertentem, & ſapientiam dan-
„ tem parvulis, quam ſuper aurum,
„ & topatium amare debuerant, reſ-
„ puentes abeunt poſt veſtigia gre-
„ gum, & licitè ſe convertunt ad pe-
„ di-

„ diſequus amplectendas, quæ plau-
„ ſum deſiderant populorum. Et *n.* 19.
exponendo prædictum fragmentum
„ ita ait. Porrò quia amplectuntur, ma-
„ gis hi ſunt, qui docentur, quam qui
„ docent. Horum enim traddere ma gis,
„ quam tradditum amplecti eſt.

Et *n.* 24. cum doctrina corroborante Bullę Gregorii XIII. Ordinibus Militaribus conceſſæ, de qua infrà,
„ ait: Exinde reſponde multos ex
„ conſuetudinibus, privilegiiſque, &
„ diſpenſationibus Summorum Ponti-
„ ficum diſcere permitti, quos in ci-
„ vile videretur id, quod ipſi didiciſ-
„ ſent, docere alios non poſſe; licèt an
„ Doctoratus gradum ſummere poſ-
„ ſint? perperam dubitatum fuit.

40 Petr. Pacian. *allegat.* 25. *n.* 8. ibi: *Quia licet in dict. text.* (ideſt in cp. ſuper ſpecula, ne Clerici, vel Monachi) *prohibeantur Clerici audire Leges, & Medicinam, non tamen prætera infert, ut ſi eas ante Clericatum audierint, & didicerint, non poſſent eaſdem legere, & alios docere juxta veriorem, & recentiorem opinionem, de qua teſtatur ibidem* Barboſ. & Fagnan. &c. idem Patian. *n.* 10. *Clerici poſſunt in Legibus, vel Medicina, quibus ante Clericatum ſtuduerint gradum doctoratus accipere cum* Calderin. & aliis.

41 Pater Pyrhing. *in lib.* 3. Decret. *tit.* 50. *ne Clerici, vel Monachi,* „ §. 6. *n.* 32. ibi: Notandum tertio, ſi
„ Religioſi exeant quidem ex Monaſ-
„ terio, ad audiendas has ſcientias,
„ ſed non extra clauſtrum morentur,
„ ac habitent: quia ſolum exeunt
„ ad audiendum in loco publico alicu-
„ jus Acadèmiæ, ita tamen, ut quoti-
„ diè reddeant ad clauſtrum, tum
„ valdè probabile eſt, illos non incur-
„ rere excommunicationem, & alias
„ pœnas: quia verba illa textus ſi ad
„ clauſtrum ſuum intra duorum men-
„ ſium ſpacium non redierint, indi-
„ cant, quod debeant exire ad au-
„ diendum, ita ut habitent extra clauſ-
„ trum, & duobus menſibus extra il-
„ lud verſentur, quod non fit, ſi to-
„ lum exeant ad audiendum, *& quotidiè ad clauſtrum revertantur.* Ratio
„ eſt: quia in legibus preſertim pœna-
„ libus non eſt recedendum à proprie-
„ tate litterę, ſeù textus, & pœna po-
„ tius reſtringi, quam ampliari debet,
„ & iſtam interpretationem, *ut communius receptam à DD. teſtatur Suar.*
„ quare dicendum eſt mentem Papæ
„ non fuiſſe omnem modum vacandi
„ his ſcientiis prohibere ſub excom-
„ municatione: ſed ſolum illum mo-
„ dum, qui poſſet præbere occaſionem
„ majoris evagationis, & diſtractionis
„ in actionibus mundanis.

„ *Num.* 37. ibi: Prędictis ad-
„ dendum primo. Clerici, tunc Secu-
„ lares, tunc etiam Regulares, poſ-
„ ſunt licitè jus civile, vel medicinam
„ legere, ſivè docere publicè, & pri-
„ vatim, abſque eo, quod incurrant
„ excommunicationem, & alias pœnas
„ ſtatutas, *ut docet Innocent. & Abb.*
„ *in citat. cap. ult. n.* 16. *hoc tit.* Suar.
„ *diſcurſ.* 23. *de cenſur. ſect.* 3. *num.* 18.
„ *contra Hoſtienſem, & Joannem An-*
„ *dræam.* Ratio eſt: quia licèt *in cap.*
„ 3. hoc titulo feratur cenſura in Re-
„ ligioſos exeuntes ad legendum jus
„ civile, & Phyſicam, ſeu Medici-
„ nam: verbum autem legendi pro-
„ priè, & in rigore ſignificat docere,
„ non audire, vel ſtudere, aut addiſ-
„ cere: attamen in *cap. ultim.* hoc ti-
„ tulo Papa Honorius III. expoſuit, &
„ declaravit, quomodo verbum le-
„ gendi *in citat. cap.* 3. intelligendum
„ ſit, nempè, ut non idem ſit, quod
„ docere: ſed quod audire, ſive lege-
„ re, & ſtudere, ad addiſcendam
„ diſciplinam ab alio, ac proinde in
„ utroque *cap.* 3. *& ultimo*, non eſt
„ ſermo de legentibus, hoc eſt, do-
„ centibus, nec etiam de illis, qui non
„ ſtudent, ut addiſcant; ſed ut alios
„ doceant, ii enim non incurrunt
„ pœnas ibi ſtatutas: ſed ſolum illi,
„ qui

„ qui exeunt, ad audiendum, & ad „ addiſcendum ſcientias prohibitas; „ alioquin ſequeretur Papam *in cap. „ ult. hoc titulo* falſum dixiſſe, nec ſi„ deliter, ac in ſenſu intregro, & per„ fecto retuliſſe conſtitutionem Con„ cilii Turonenſis, vel certè illius te„ norem, ac ſenſum proprium igno„ raſſe, quod nullo modo dici poteſt, „ cum Papa cenſeatur habere omnia „ jura in ſcrinio pectoris ſui, *cap.* 1. *de conſtitutionib. in* 6.

42 Frater Leander à Sanctiſsimo Sacramento *part.* 5. *q. moral. tract.* 2. *diſp.* 5. *q.* 4. movet dubium, an interdictum ſit Clericis, & Religioſis artem Medicinæ, ſeu Chyrurgiæ exercere abſque inciſſione, & aduſtione? & reſolvit, quod poſſunt, varia adducens fundamenta: & contrariis „ reſpondens, circa finem ait: Ex qui„ bus ad primam rationem ſententiæ „ primæ reſpondeo, negando conſe„ quentiam: quia etiam ſtudium le„ gum prohibetur Clericis eodem ca„ pite finali: & tamen non eſt eis pro„ hibitum earum exercitium, cum li„ ceat eis conſulere, tam verbo, quam „ ſcripto: modò advocati munus non „ gerant *ut benè etiam Sanchez*; *cum aliis id advertit.*

43 Pater Reifenſtuel *lib.* 3. *dec. tit.* 50. *ne Clerici, vel Monachi* §. 3. *n.*8. ibi: *Prohibitum eſt Clericis, & Religioſis publicè, ſeu in Scholis, vel in Vniverſitatibus publicè Jus Civile, & Phyſicam, ideſt Medicinam, audire.* cap. non magnopere, *& cap. fin. hoc tit. cum ne occaſione talis ſcientiæ, &c. n.*9. *Dicitur autem notanter publicè: quia privatim, ac domi in Camera ſua non prohibentur Religioſi, aut Clerici ſtudere Juri Civili, ut habet communior DD. teſte* Fagnan. *in cap. fin. hoc tit. n.*42. & infrà in eodem num. *Immo ob has, & ſimiles rationes volunt aliqui, quod Clerici, ac Religioſi, etiam publicè in Univerſitatibus extra Monaſterium audire poſſint Jus Civile.* Barboſ. *in cap. fin. hoc tit. n.*7. *citans alios.* Et infrà: *Hinc niſi alicubi in Univerſitate habeatur contraria conſuetudo, vel privilegium ſpeciale Apoſtolicum* (quorum alterutrum paſsim habetur) *Religioſi, & alii Clerici jus civile publicè audire non valerent*, uti cum aliis benè obſervat Fagnan. *loc. citat.*

*Num.* 10. ibi: *Illud probabilius eſt, Religioſis, & Clericis Secularibus non eſſe prohibitum jus civile, aut Medicinam publicè, aut privatim docere, aut legere*, Barboſ. *loc. citat. n.*7. Abbas *in cap. fin. hoc tit. n.* 16. Pirhing. *n.*37. Navarr. *in manual. cap.* 27. *n.*176. contra Hoſt. Joann. Andr. Silveſt. & alios: quia jura *cap.* 3. *& fin. hoc tit.* tantum loquuntur de *audientibus*: ergo ad docentes, aut legentes, non ſunt extendenda, utpotè odioſa, *cap. in pœnis, & cap. odia de reg. jur. in* 6.

44 Pater Anton. Santarellus Societatis Jeſu *tract. de Apoſtaſia cp.* 2 „ *dub.* 3. inquirit, quas pœnas incurrant „ Religioſi exeuntes de Monaſteriis ad „ Phyſicam, & Leges audiendas? *n.* „ 18. *ſic ait*: Dico quarto: Religioſi, „ qui è clauſtris exeunt ad docendas „ Leges civiles, vel Medicinam, non „ afficiuntur hac excommunicatione. „ *Ita Panormit. in dict. cap. non magnopere, ne Clerici, vel Monachi num.* 16. „ Tol. *lib.* 1. *cap.* 37. *n.*4. nam Hono„ rius III. *in cap. ſuper ſpecula, eod. tit.* „ refert illam conſtitutionem eſſe la„ tam ab Alexandro III. contra Reli„ gioſos exeuntes de clauſtro ad au„ diendas dictas facultates; quæ conſ„ titutio tanquam poſterior conſtitu„ tione Alexand. III. eſt illius explica„ tiva, cum manifeſtè illam Alexandri „ interpretatur de exeuntibus ad au„ diendas, non eſt extendenda conſti„ tutio Alexandr. III. ad Religioſos, „ qui ad tales facultates legendas exi„ rent de clauſtro.

„ Objicies cum *Anton.* 3. part. „ tit. 24. cap. 52. aſſerente, excommu„ nicari hic etiam Religioſos exeuntes „ de clauſtris ad docendas tales facul„ tates. *In d. cap. non magnopere* utitur „ Ale-

„ Alexander verbo *legendi*, & ver-
„ bum *legere* ſignificat docere: ergo
„ excommunicantur hic etiam Reli-
„ gioſi exeuntes ad docendum. *Reſp.*
„ cum Honorius intellexerit conſtitu-
„ tionē Alexandr. de Religioſis exeun-
„ tibus ad audiendas illas ſcientias;
„ ita etiam eſt interpretanda conſtitu-
„ tio Alexandri, & verbum *legendi*
„ ſumitur pro verbo *ſtudendi*, ut ex-
„ plicavit Honorius.

„ Objicies ſecundò, Religio-
„ ſi, qui exeunt ad ſtudendum his
„ facultatibus, incurrunt hanc cenſu-
„ ram: ergo etiam, qui exeunt ad il-
„ las docendas. *Reſp. negando conſeq.*
„ Nam pœnę non extenduntur ad pa-
„ ritatem rationis: & ut dicitur *in cap.*
„ *is, qui de ſentent. excommun. in 6.*
„ pœna non eſt imponenda, niſi in
„ jure ſit expreſſa. Deinde eſt diſpar
„ ratio: nam cum leges non ferantur
„ de his, quę rariſsimè accidunt, &
„ rariſsimè accidat; ut Religioſi exeant
„ de clauſtris ad docendas Leges civi-
„ les, & Medicinam; ideò non erat
„ neceſſe, ut de iſtis deberet fieri pecu-
„ liaris lex, & prohibitio. Hic nota
„ hanc excommunicationem non in-
„ curri à Magiſtris, & Doctoribus
„ Secularibus, vel etiam docentibus
„ has diſciplinas Religioſos exeuntes
„ de clauſtro ad illas audiendas: quia
„ in citatis conſtitutionibus Alexand.
„ & Honor. ſolum fit mentio de Reli-
„ gioſis audientibus, & non de Ma-
„ giſtris docentibus tales Religioſos.

Et *n.* 19. fundat, & defendit cum Cajetano, Tolet. Panormit. Navarr. & Sayr. hanc aſſertionē: *Religioſi exeuntes de clauſtro ad audiendas has diſciplinas in publica Acadèmia non incurrunt hanc cenſuram, ſi tamen morentur in ſuis Monaſteriis, vel illas facultates audiant in Monaſteriis*: & in variis reſolutionibus *q.* 5. *n.* 9. lato calamo defendit eandem ſententiam.

45 Aurea Clave intercludit coroborationem Authorum R. P. Andręas Mend. *tract. de jur. Acadèmic. lib.* 2. *ſelect. q.* 31. *ubi n.* 378. in hunc modum ſe expedit: *Tenendum eſt ex ſe, & attento jure communi, poſſe Regulares docere jus civile*: & *q.* 30. *n* 357. *aſſerendum eſt* (inquit) *Religioſos docentes Medicinam, aut Chyrurgiam non incurrere ullam excommunicationem: etenim non incurrunt excommunicationem præfatam, ut illico oſtendam: nec ulla alia lata eſt contra illos: nec lex pœnalis eſt ampliandа, aut extendenda ad illos, qui in ipſa non exprimuntur.* Et paulò poſt aſſerit: *Lex autem pœnalis ſtudentes Religioſos exprimit, non docentes.* Ac tandem proſequitur *n.* 360. & ait: *Hinc: ex ſe licitum eſt Regulares moderari Cathedras Medicinæ, & Chyrurgiæ; quippè ſi eis prohibitum non eſt docere Medicinam, nec ea prohibitio in jure reperitur, non eſt cur illas Cathedras moderari non valeant, cum moderari Cathedram ſit docere publicè, obtento ſtipendio deſignato, nihilque ſupra hoc, quod eſt docere, ſuperaddat.*

46 Hucuſque illuſtrata, & firmiter fulcita manet aſſertio noſtra 41. majoris notæ Interpretibus, quos cura, & diligentia noſtra potuit congere: hinc verò illā rationibus, & paritatibus confirmare cupimus; ne aliàs extrinſeca majori probabilitate inſpecta in Authorum numero, intrinſeca probabilitate carere quis dicat: aut ut melius nos expediamus, ut ſententia affirmativa, & negativa interſe collata jam in numero Authorum, jam in ratione, qua utraque manet fundata, judicium certum proferatur de hac noſtra quæſtione. Rationes enim ſeu fundamenta, quibus nititur hęc affirmans opinio, conſiſtunt, tum in materia, & exercitio doctrinę, tum in eo, quod profeſsio juris civilis in actu docendi compoſsibilis eſt cum ſtatu Religioſo, ſeù Clericali: tum denique: quia cum facultas edocendi eis prohibita non ſit, intelligitur permiſſa: quę omnia claritatis gratia ſuo ordine explicabimus.

47 Ad primam igitur ratio-

nem deveniendo ea præsertim nititur allata conclusio, scilicèt, quod civilis scientia est pars divinæ, est valde laudata, & approbata ab utroque jure: *leg. 1. de justit. & jur. leg. 1. ff. de var. & extraordin. cognit.* ibi: *Est quidem res sanctissima civilis scientia, text. in cap. super specula de privileg. cap. 1. & 2. de nov. oper. nunciat.* cum pluribus aliis adductis à Rebuf. *in tract. nominat. ex n. 14.* Leges autem dicuntur sacratissimæ, & ab omnibus ita intelligi debere tenent Imperatores Valentinianus, & Martianus *in leg. 9. Cod. de legib.* atque à Deo sanciri, & per ora Principum promulgari, constat *ex cap. fin. 16. q. 3. & Leg fin. Cod. de præscriptionibus triginta, vel quadraginta annorum*, & tandem judicare, promere, & exercere justitiam veram, Philosophiam veteres nuncuparunt, ait Plinius *lib. 1. cap. 10.* Cui ergo accedit illud, quod in proœmio Decretalium asseritur: *Lex! proditur, ut appetitus noxius sub juris regula limitetur, per quam etiam humanum genus, ut honestè vivat, alterum non lædat, jus suum unicuique tribuat, informatur. Et cap. factæ 1. distinct. 4.* dicitur: *Leges conditas esse, ut earum metu humana coerceatur audatia, tuta sit inter probos innocentia, atque in ipsis improbis formidato suplicio refrenetur audatia, nocendique facultas.* Ex quibus omnibus clarè constat, quod finis hujus Divinæ scientiæ sanctus, justus, & perfectus est, & ad regimen Reipublicę necessarius, dignusque, ut ferè omnes in eo instruantur: ergò cum officium status Religiosi, & Clericalis, sit bonum publicum prospicere, & omnibus prodesse *cap. 3. de postuland.* dicendum est conformari cum suo statu similem edocere scientiam, hoc est civilem.

48 Deinde etiam hoc idem suadetur ex eo, quod jus civile adeò commendabilis facultas reputatur, quod in eo sistere videatur administratio justitiæ, bonumq; Reipublicæ: ac proinde legibus, quibus componitur, mores refrenantur, & instruuntur: & quod aliàs operaretur vis, & injuria in rerum adquisitione, & retentione, per ipsum vitetur: unde hæc publica commoda, & alia similia oriuntur, quæ experientia patent; & nos docent juris principia, cruentissima bella, & continuas seditiones accidisse, usque dum civiles leges fuerunt stabilitæ. Cum ergo nihil proprius sit, nec magis conforme Regulari, & Clericali statui, quam se totos conferre in bonum Reipublicę, tranquilitatem animarum fidelium curare, eisque suadere ad majorem perfectionem; in decorum non erit; immo eis licere debet tale jus edocere: siquidem ad præfatos fines, ut jam diximus *n. antecedenti* plurimum conducit; & alioquin fortasse potest contingere, quod ob juris ignorantiam multi sua amittant, vel auferant aliena: quæ quidem delicta, si judicio subjecta evadunt, in foro interiori non liberantur à culpa, quam media eorum doctrina Religiosi, & Clerici vitare debent.

47 Æquali amplius, & si non fortiori ratione, corroboratur hoc idem assumptum: nam juris civilis professio, quando per se non esset licita Religiosis, seù Clericis Secularibus, esset saltim quatenus connexa juri Canonico, & medium necessarium ad id acquirendum, in quo valde debent versari, ut resolvit Barbos. *Collectan. ad jus Canonicum lib. 3. Decretalium tit. 50. cap. fin. n. 3.* per Salced. Albert. Troc. Farinac. Menochium, & Bobadilla cum aliis, & unde ortum fuit id vulgare proloquium, *leges sine Canone valent parum, Canones sine lege nihil.* Quod curiosissimè in Italicum idioma vertit Romanus *singul. 654.* atque etiam necessariam esse juris civilis peritiam, multumque prodesse ad Sacram Theologiam melius acquirendam, docet post Dianam Cutell. *de principiis libertat. Ecclesiast. q. 1. n. 27.* Ergo cum ex Authoribus paulo antea allegatis constet, quod Religiosi, & Seculares Cleri-

rici debeant Sacrarum litterarum, & Canonum periti esse, posita prohibitione studii legum civilium, & posito, quod ipsę necessariæ sint ad has Sacras Facultates acquirendas; proculdubio infertur, quod si aliquis detur ante ingressum in Religionem, vel antequam adipiscatur Clericatum, tunc doctus in jure civili poterit, si velit, jus Canonicum addiscere, Cæsareum edocere; nam si hoc non permitteretur; forte accideret, quod ex prohibitione studii juris civilis, resultaret ulla ejus oblivio, & nulla acquisitio Canonici.

50 Rursus etiam legalis facultas ita amicatur, & connectitur cum jure Canonico, quod vix una possit secerni ab alia: nam in nostra Salmantina Acadèmia in omnibus reputatur pro una eademque Schola; Doctores inter se unum corpus, unumque Collegium constituunt, juxta statuta, *tit.* 33. §. 53. ubi asseritur: *Y declaramos por una misma facultad Canones, y Leyes.* Docet Mendo *de jur. Acadèmic. lib.* 3. *selectar. quæst. à. n.* 139. ac simul matriculæ inscriptæ, exempli gratia in jure civili, inserviunt Bachalaureatui in jure Canonico; & è contra, ut expressè constat, & mihi accidiit in Ovetensi Universitate (cujus statuta litteraliter desumpta fuerunt ex Salmantina) nam cum curricula quinque peregissem, & probassem in jure Cesareo, sine ullo scrupulo mihi præstitus est Bachalaureatus in jure Pontificio. Quod quidem, nec in eo studio receptum esset, si non esset statutum, nec permissa esset in eo similis translatio cursuum de alia in aliam facultatem, si res tam clara non esset; ergo quia facultas Civilis, & Canonica, parum, aut nihil distinguntur; nec adhuc inspecto fine docuit Ludovicus de Miranda *in Director. Prælat. tom.* 2. *q.* 26. *artic.* 2. *quarta conclusione diversificari* an sic est, quod ex Authoribus *n. antecedent.* allegatis, jus Canonicum scire, & docere tenentur, & possunt tam Clerici Seculares, quam Regulares; ergo & jus civile, cum, ut probatum manet nulla detur diversitas inter utrumque jus.

51 Præterea verò, quod facultas Cæsarea sit materia apta, & licita statui Religioso, seù Clericali, ad exercitium eam edocendi, seu practicandi publicè, differte probatur sequenti paritate; quippè ars medicalis, seù chyrurgica pari passu ambulant cum facultate civili, quoad præsentem tractatum, ut videre est in omnibus Authoribus superius citatis; immo Chyrurgiam, & Medicinam, periculosiorem esse, secularequè negotium reputari debere (præsertim apposita praxi eàdem) certo certius est; nam propinquius secum trahunt ipsarummet facultatum professores periculum mortis alienę, & ægrotorum visitatione se distrahunt à pricipali instituto, & fine, & se ingerunt in negotiis secularibus: sed ipsis non obstantibus inconvenientibus, tam Clerici, quam Religiosi tales artes publicè in Scholis edocere possunt, atque eas exercere in communiori sententia Doctorum; ut testantur D. D. Joannes Machado *tom.* 2. *del perfecto Confessor, y Cura, lib.* 4. *tract.* 13. *part.* 1. *docum.* 6. Frater Hieronym. Garc. *in summa Moral. de las excelencias del Sacerdocio tract.* 1. *difficult.* 2. *dub.* 7. *n.* 1. Cobarrubias *in clement. si furiosus de homicidio p.* 2. *n.* 3. & tandem Felinus *in cap. tua nos ne Clerici, vel Monachi*, asserit: id observari Romę, & aliis in locis Italicis Pontificiæ Sedi subjectis, & quod id vident Summi Pontifices, qui non solum tacent, verum etiam, quod id approbant; ergo fortiori ratione legalis facultas publicè edoceri poterit à Religiosis, & Clericis, cum adaptior materia sit Religioso, & Clericali statui.

52 Vidimus jam quomodo ex parte materiæ nulla datur repugnantia, ut jus civile edocere publicè possint Religiosi, & Clerici, nunc etenim

enim agendum nobis est, an detur ratione exercitii, seù actus docendi? Et negativè respondemus sequentibus nixi fundamentis. Primum ex eo, quod tradit Prosper. Fagnanus *in cap. super specula finali, ne Clerici, vel Monachi n.* 41. ubi constituendo differentiam inter doctrinam, & scientiam juris civilis, inquit: *Nam addiscens videtur moveri malo zelo; scilicèt, ut involvatur rursus in actionibus mundanis, in patrocinando, & similibus: sed qui alios docet legalem scientiam, quam prius didicit, actionibus mundanis non involvitur: immo communicat aliis scientiam in se bonam, & necessariam ad regimen orbis.* Hæc ille. Facit etiam, quod notat *gloss. in clementin. 1. versic. honorem de Magistris*, & quod ait Pater Mendo. *dicto lib. 2. de jur. Academic. q. 31. n. 389.* ibi: *Utilissimum autem est, Regulares Monasterio incumbere docendi scientias prædictas* (loquendo de Philosophia, jure Canonico, Theologia Scholastica, & Morali) *necnon Grammaticam, Rethoricam, Linguam Hebræam, & Græcam, Mathematicam, similesque Artes: quidquid enim est in eo munere, per se loquendo, est virtuti conforme, aptumque ad propriam, & proximi charitatem fovendam: quod si aliqua incommoda dentur, sane accidentalia sunt, & ad ea vitanda, ratio ipsa status Religiosi maximè inservit, & si quid mali ex humana fragilitate irrepit, compensatur satis ex abundanti fructu ex eo ministerio redundante.* Ita Eximius Pater Suarez, *tom. 4. de Religione, tract. 10. lib. 5. capitul. 4. num. 7.* consonat Castro Palao *tom. 2. disputat. 3. punct. 9. §. 9. num. 3.* ibi: *Legentes verò Grammaticam: quia ad Theologiam, & jus civile necessaria est, poterunt ex licentia Prælati excusari* (à residentia scilicet) *præcipuè cum non sit alius, qui doceat.* Cum ergo ex dictis constet Grammaticam edocere esse causam pietatis, & quod simul sit edocere leges juxta Fagnanum; quis pleno judicio negare poterit Clericos, vel Religiosos has posse edocere, cum illam possint?

53 Secundo in idem assumptum conspirat sequens paritas; nam officium advocationis periculosius est; magisque adheret secularibus negotiis, ac deviat ab officiis Divinis, & obsequiis Deo præstandis, quam edoctio publica juris civilis: sed urgente necessitate miserabilium personarum, & utilitate propriæ Ecclesiæ, vel Conventus possunt Religiosi, seù Clerici id munus exercere: ergo ita pariter cum utilitas publica exposcat edoctionem civilem; *ut à num. 47. & tribus sequent. probavimus*, asserendum est, Clericis, seu Religiosis id munus exercere licere. Major constat: nam disceptatio forensis negotium purè sæculare est, undequaque ea inspiciatur, ut probatur *ex toto titulo de postulando, cap. 1. hoc nostro titulo*, & ibi repetentes; at vero edoctio civilis negotium seculare non reputatur, ut ex sententia Fagnani diximus *num. antecedenti.* Minor autem probatur *ex cap. 1. & duobus sequentibus eod. titul. de postuland. cap. 1. & 2. hoc titulo, ne Clerici, vel Monachi*; ac deinde constat: nam Christus Dominus noster, qui institutor est omnium nostrarum actionum, *textus in clementin. 1. de Magistris*, munus advocationis exercuit, jam discipulos defensando contra accusationem Pharisæorum, Divus Paulus *ad Romanos, cap. 9.* Divus Joannes *cap. 14. cap. si enim 40. distinctione 2.* jam Mariam Magdalenam patrocinando, jam liberando mulierem adulterii criminis accusatam. Div. Lucas *cap. 7. versic. 38.* Divus Joannes *cap. 8. versicul. 7. & cap. 2. epistol. 1.* ait: *Officium advocationis proprium esse Domini nostri.* Ergo non repugnat Clericali, & Religioso statui, publica causa urgente, munus advocationis exercere; ergo multo minus edoctio publica juris civilis.

54 Ulterius nihil aliud tam proprium est Sacerdotum, & Religio-

ſorum, quam lites ſopire, cauſaſque judicare: quapropter primævis Eccleſiæ ſæculis Epiſcopos, & Clericos Seculares cauſas inter Laicos diſceptatas judicaſſe, docet Divus Clemens relatus *in cap. ſi quis ex Fratribus* 32. 11. *q.*1. ubi verbum *Fratribus*, quo utitur in ejus littera, deſumitur in Gloſſa pro Chriſtianis, tenet etiam Concilium Carthaginenſe 4. *Canon.* 23. quem intelligendum eſſe non de ſolis Clericis judicandis ſuadet magnus Pater noſter Divus Auguſtinus, qui Concilio interfuit, & qui Laicorum lites, vel ad faſtidium uſque ſe judicaſſe refert *in Pſalm.* 118. *lib. de operis Monachorum, cap.* 29. *& homilia de pœnitentia q.*50. *cap.* 12. *& epiſtol. ad Proculeian.* 147. ait: *Et homines quidem cauſas ſæculares apud nos finiri cupientes, quando eis neceſſarii fuerimus, ſic nos Sanctos, & eis ſervos appellant, ut negotia terræ ſuæ peragant: aliquando agamus, & nos negotium ſalutis noſtræ, & ſalutis ipſorum, non de auro, non de argento, non de fundis, & pecoribus, pro quibus rebus quotidiè ſummiſſo capite ſalutamur, ut diſſenſiones hominum terminentur.* Et Div. Ambroſius *epiſt.* 24. teſtatur: Se litis valdè perplexè cognitorem, ac judicem fuiſſe. Nicephorus etenim *lib.* 2. *Eccleſiaſtic. cap.* 39. laudat Epiphanium, qui ſacrorum Antiſtes erat, & civiles res tractabat. Cui ergo accedit, quod ajebat Philoſophus in Euphrates referente Plinio *lib.* 1. *epiſt.* 10. nempè eam eſſe Philoſophiæ pulcherrimam partem, agere negotium publicum, cognoſcere, judicare, promere, & exercere juſtitiam. Ergo cum tot viri Sancti Dignitate Eccleſiaſtica conſtituti munus exercuerunt judicandi: æquè pariter (niſi dicamus fortiori ratione) potuerunt Clerici, & Religioſi munus edocendi jus civile publicè ſubire.

55 Ampliuſque etiam confirmatur aſſertio noſtra ex eo, quod Eccleſiaſtici poſſunt, & debent eligi in Conſiliarios Regum, ut cauſas juſtitiæ determinent, & de facto eliguntur in noſtra Hiſpania, unde plura veniunt bona, ut docuerunt Bobadilla *lib.* 2. *Politicæ cap.* 32. Navarrete *diſcurſu politico* 29. D.D.D. Joannes à Solorz. *tom.* 2. *de jure Indiarum, lib.* 3. *cap.* 7. *n.*72. *& lib.* 4. *cap.* 4. *n.*42. licèt contrarium obſervari debere aſſerit in America Menchaca *lib.* 3. *de ſucceſſionum creatione* §. 30. *n.* 312. nam eorundem profeſsio eos magis arctat, & obligat, ut diligenter curent eorundem Magiſtratuum concordiam, Reipublicæ tranquilitatem, ac quod Regalia jura conſerventur, quam profeſsio Laicalis. Ea verò commoda prę-viderunt Principes Catholici cum ejus ProfeſſoresEpiſcopos ornarunt, faciendo eos àConſiliis. Quod eleganter colligitur *ex leg.* 34. *Cod. de Epiſcopali audientia*, & melius ex Caſiodoro *lib.* 11. *epiſt.* 2. *ad Joannem Papam, & 3. ad Epiſcopos Italiæ*; & tandem probatur ex Bleſenſi *epiſt.* 84. nomine Recharedi Epiſcopi Cantuarienſis, ad Alexandrum III. ubi poſtquam multa adducit ad probandum quantum conducat, quod Eccleſiarum Prælati, Regum Con-„ ſilii interſint, inquit: Unum nove-„ ritis, quia niſi Familiares, & Conſi-„ liariis Regis eſſent prefati Epiſco-„ pi, ſupra dorſum Eccleſiæ fabrica-„ rent hodie peccatores, & inmaniter, „ ac intolerabiliter oprimeret Clerum „ Laicalis preſumptio. Nunc autem „ ſiquid in Eccleſiæ attentatur inju-„ riam, authoritate Pontificali corri-„ pitur; aut ſi ad hoc Eccleſiaſtica „ cenſura non ſufficit, ſpiritualis gla-„ dii defectus, civili ſupletur, & ad „ eorum arbitrium principalis ani-„ madverſio exercetur. Et deinde „ Eccleſiarum dignitas erigitur, in „ Clero libertas, pax in populis, in Mo-„ naſteriis quies, juſtitia liberè exerce-„ tur, ſuperbia deprimitur, augetur „ Laicorum devotio, & religio; diri-„ guntur judicia, leges acceptantur, „ Decreta Romana obtinentur, & „ poſſeſsiones Eccleſiaſticæ dilatantur.

Sic

Sic etiam consonat *lex* 1. *tit.* 4. *lib.*2. *Recopilationis*, & Priores generales nostri Ordinis Sacrorum Conventuum Legionensis, & Uciensis, ut Prelati Ecclesiastici cum territorio separato, & gravissimæ dignitates, gaudent eo munere à Consiliis Regum nostrorum, & simul per se in suis territoriis cognoscunt de omni genere causarum Ecclesiasticarum, ut est notum omnibus: sed hoc exercere nequirent, nisi versati essent in utroque jure; ergo concessa hac jurisdictione debent concedi media ad eam exercendam.

56 Denique hoc idem experientia patet: nam quis non videt innumerabiles Episcopos, & si Religiosi sint in Præsules creari Regiorum Hispanorum Senatuum, ac plurimos Clericali Dignitate constitutos, jam ex Sancta Inquisitione, jam è Toletana Ecclesia eligi ad regendas Curias Pintianam, Granatensem, & Navarram? Certè si nobis liceret per tempus, resque tam aperta non esset, solum ex his novioribus, qui nostro ævo prædicta obtinuerunt munera, diffusum Cathalogum addimplere poteramus. Deinde verò quis non videt Auditores Sacræ Rotæ, ac simul Judices Siciliane Monarchiæ, ubi similiter terminantur causæ purè civiles Sacerdotali Dignitate plerumque vigere? Nullus quippè dubitabit: quod autem plena sint Sacra Tribunalia Inquisitionis (ubi similiter judicantur causæ civiles) venerabilioribus virtute, & doctrina Sacerdotibus, eaque Sancta Officia quæsitorum Fidei exercuisse innumeros Dominicanæ, & Franciscanæ Familiæ ab initio Inquisitionis certo certius est, & in præsenti, & nunc etiam ex eadem Dominicana Familia, & ex Societate Jesu, speciali Regum mercede occupant duas Senaturas, duo selectiores filii prudentia, & doctrina valde ornati. Ergo cum ex exemplis adductis constet tam Clericos, quam Religiosos posse subire munera judicandi causas civiles, & defacto exercere; cur ergo eis non licebit talem facultatem docere?

57 Hoc tandem confirmatur ex alia certa regula, & à jure benè comperta, nempè: *Id permissum censetur, quod non invenitur prohibitum*, sed ut probatum manet ex dictis *hoc cap.* & amplius patefiet ex dicendis *cap.* 3. nulla datur prohibitio edocendi leges circa Religiosos, aut Clericos Seculares: ergo illis permissum est tale jus docere. Major constat, *ex leg.*28. §.2. *ff. ex quibus causis majores leg.*43. §. 1. *de Procuratorib. leg.*1. §. *final. ff. de testib. cap. consuluisti* 20. 2. *q.* 5. *cap. quod si dormierit* 13. 31. *q.*1. *cap. Lex Divina* 18. 27. *q.*2. ibi: *Nam cur prohibeatur, quod prohibendum nunquam Sacra Scriptura, nec mundanæ leges declarant. cap. illa ne Sede vacante*, ibi: *Non est ita, quia jure captum non reperitur. Cap. Romana de supplenda negligentia Prælatorum, lib.*6. *optimus textus, ubi notat glossa in extravaganti antiqua de voto. Cap. nam concupiscentiam de constitutionibus*, ibi: *Nesciebam esse peccatum, nisi lex diceret.* Cui convenit ille locus Divi Pauli *peccatum non cognovi, nisi per legem.* Et ratio ex eo communiter desumitur, quod quicumque habet facultatem naturalem ex se, quatenus prohibitum non est. *Leg. statuas* 7. *Cod. de Religiosis, & sumptibus funerum*, ibi: *Cum jure suo, eorum, quæ minus prohibita sunt, unicuique facultas non denegetur.* Ex quo sequitur, quod permissio, quæ dimanat ex eo, quod non detur prohibitio contraria, non solum est dissimulativa, sed approbativa, constitutiva, & legalis, ut cum judicio advertit Gloss. *in dict. leg.*28. *verb. prohibeant*, ibi: *Nota in præsenti, quod omnia sunt permissa per legem, quæ prohibita non inveniuntur.* Et sic dicitur, quod licèt, & tutè quilibet eo uti potest, quod nullo jure prohibetur, ut tenet noster Can. *in disquisit. moral. circa capacitatem Canonicorum Jacobæorum ad obtinenda Beneficia secularia*, §.2. *n.*10. & §.9. *n.*43. & actus in dubio semper præsumi-

mitur permiſſus, & non prohibitus, ut latè tradit Menochius, *de præſumptionibus, præſumpt. 16. per totam*, unde ei, qui in judicio allegat actum eſſe prohibitum, incumbit probatio, & ſi non probat, ſuccumbit in cauſa, *elegans textus in leg. ab ea parte 5. de probationibus leg. 2. tit. 14. part. 3.* ubi Gregorius Lopez verbo: *Sobre tales negocios*, qui præſtat rationem: *quia præſumitur pro eo, qui dicit ſibi aliquid licere de jure: ſiquidem omnia videntur conceſſa, quæ non inveniuntur prohibita.* Ex quibus omnibus conſtantiſsimum eſt, quod non ſolum Militares; verùm etiam alii quicumque Religioſi, attento jure communi, poſſunt docere jus civile, tenet Pater Mendo *de jure Academico. lib. 2. q. 31. n. 377. & aliis in locis*, ubi defendit in communi Religioſorum poſſe doctorari in hac facultate. Verum: quia non deficiunt, qui huic reſolutioni ſe opponant, ſequenti in capite fundamenta contrariæ ſententiæ exagitabimus.

*Firmatur concluſio negativa, cum univerſo Jurium, & Authorum numero, qui ſtant pro hac ſententia.*

## SUMMARIUM.

*Jura, & DD. proponuntur, quique pro hac ſententia negativa adſtant, & in primis refertur littera cap.* non magnopere, ne Clerici, vel Monachi.

*Honorii III. reſcriptum relatum in* cap. ſuper ſpecula fin. *dict. tit.* ne Clerici, vel Monachi *adducitur litteraliter. n. 2.*

*Pro eadem confirmatione ſuccedit 3. cap. 1. dict. tit. lib. 6. n. 3.*

*Alia deciſsio Honorii III.* in cap. ſuper ſpecula 28. *de privileg. tranſcribitur pro hac eadem ſententia. n. 4.*

*Congruit etiam deciſsio textus in leg. 8. C. de malef. & mathem. & conſonat l. 2. C. de Hæret. & Manich. n. 5.*

*AA. citantur, qui faciunt pro hac ſententia, & primum locum obtinet Hoſtienſis in* cap. ſuper ſpecula *dict. tit.* ne Cleric. vel Monach. *n. 6.*

*Antonius de Butrio exponens* cap. non magnopere, & cap. ſuper ſpecula *eandem adſtruit ſententiam. n. 7.*

*Petrus de Ancarrano ſuper ſextum Decretalium ad dict. tit.* ne Cleric. *& citans Joannem Andream, in eandem conſpirat ſententiam. n. 8.*

*Cardinalis Zabarela in diverſis locis eadem fere verba protulit, ac Ancarran. in n. anteced. citatus. n. 9.*

*Tabiena in ſumm. loquens de arte medica, ait, non licere Clericis, ea uti, niſi gratis, & ubi periculum non imminet. n. 10.*

*Cardinalis Thuſcus docet Monachos non poſſe profiteri ſcientias prophanas, benè tamen Canonum, & Theologiæ. n. 11.*

*Guido Abaiſio Archidiaconus Bononienſis tenet docere ſcientiam civilem contineri in prohibitione canonica. n. 12.*

*Silveſter in ſumm. verb. excommunicatio latè tractat hanc materiam, & videtur ſe inclinare, ſolum privatè docentes excuſari ab excommunicatione lata. n. 13.*

*D. Antoninus etiam affirmat exeuntes è Clauſtro ad legendum facultatem civilem, vel phyſicam incurrere excommunicationem, ſi ad clauſtrum non reddierint intra duos menſes. n. 14.*

*Enrichus Boichius ſummans* caput ſuper ſpecula *idem affirmat de legente prædictas ſcientias, infectando ſententiam Hoſtienſis. n. 15.*

*Cardinalis Joannes Monachus in 6. Decretal. infert ex eo, quod Monachus non poſsit audire jus civile, non poſſe id docere. n. 16.*

*Menoch. de arbitr. percurrens cap. prohibitionis, ſentit Monachos, & Clericos non poſſe interpretari jus civile. n. 17.*

*Quintillianus Mandoſius dicit prohibitum eſſe Monachis, & Clericis, & Præsbyteris Leges civiles legere, & declarare. n. 18.*

Pro-

*Proſequitur, & ait idem Author indultum eſſe neceſſarium, ut Clerici, vel Monachi poſsint leges audire, ſeù explanare. ibid.*

*Mayolus de irregularitate inquit etiam legentes jus civile comprehendi in canonica prohibitione. n.19.*

*Rebufus tenet Religioſos non poſſe audire, nec legere jura civilia Pariſiis, & alibi. n.20.*

*Paſſerinus tenet non poſſe publicè doceri Leges civiles, vel Medicinam. n.21.*

*P. Pellizar. pro conſtanti Regula tenet non poſſe Religioſos docere jus civile. n.22.*

*Doct. D. Antonius Graña Nieto noſter primarius anteceſſor Sacrorum Canonum, tenet non licere Monachis, vel Præsbyteris migrare ad publicas ſcholas, ut doceant Leges, vel Medicinam relinquendo clauſtra, & templa, ubi reſidere debent. n.23.*

*Hucuſque AA. qui faciunt pro hac ſententia, & fit tranſitus ad evolvendas eorum rationes. Et prima eſt, ne occaſione ſcientię ſplrituales viri cum mundanis actibus involbantur. n.24.*

*Alia ratio deſumitur ex eo, quod forſan aliqua ſimulata cauſa evagandi detur diabolo tentandi locus, vel quia Chriſtus non vult Miniſtros ejus diverti ad curas Seculares, cui conſonat monitum D. Pauli. n.25.*

*Tertia ratio ex eo oritur, quod inter Religioſos, & Præsbyteros plauſus populorum per celſitudinem ſcientię ſint vitandi, & indecens debet reputari eos ſe exibere peritos diſceptationum forenſium. n.26.*

*Quarta ratio, quam ſolent præſtare AA. hujus ſententiæ, eſt, ne forſan profeſſione ſcientiarum Civilis, & Medicæ deprimatur, aut diminuatur lectio Canonum, & Theologiæ, quæ ſunt congruentiores ſtatui Religioſo, & Clericali, cui alludit locus D. Pauli ad Timothæum. n.27.*

*Ultima ergo ratio eo nititur, quod licet prohibitio Canonica non fuiſſet ita expreſſa, ſatis eſſet non fuiſſe expreſsè conceſſam facultatem docendi, ut non intelligatur permiſſa, Ex regula generali, videtur prohibitum, quod non fuit conceſſum. n.28.*

## *CAPUT II.*

1 PRobatur 1. prædictam prohibitionem oriri tanquam ex fonte puriſsimo *è cap. non magnopere. 3. ne Clerici, vel Monachi*, ubi Alexander III. in Concilio Turonenſi, ea protulit verba: *Non magnopere* antiqui hoſtis invidia infirmata membra Eccleſiæ præcipitare laborat; ſed manum mittit ad deſiderabiliora ejus, & electos quoque nititur ſuplantare; ubi pretioſius aliquod membrum Eccleſiæ ſua fuerit caliditate detractum; & undè nimirum eſt, quod in Angelum lucis more ſolito ſe transfigurans ſub obtentu languentium fratrum, conſulendi corporibus, & Eccleſiaſtica negotia fidelium pertractandi, Regulares quoſdam ad leges legendas, & confectiones phyſicales ponderandas, de clauſtris ſuis educit: undè ne ſub occaſione ſcientiæ ſpirituales viri mundanis rurſus actionibus involvantur, & in interioribus ex eo ipſo deficiant, ex quo ſe aliis putant in exterioribus providere: per præſentis Concilii aſſenſum ſtatuimus, ut nulli omninò, poſt votum Religionis, poſtfactam in aliquo loco Religioſo profeſsionem, ad phyſicam, leges vè mundanas legendas, permittatur exire. Si verò exierint, & ad clauſtrum ſuum infrà duorum menſium ſpatium non redierint, ſicut excommunicati ab omnibus evitentur, & in nulla cauſa, ſi patrocinium præſtare voluerint, audiantur: reverſi autem in Choro, capitulo, menſa, & cæteris ultimi Fratrum exiſtant, & niſi forte ex

„ex miſericordia Sedis Apoſtolicæ „totius ſpem promotionis amittant. Jam vides, ſi attente legiſti præfata verba, quid ex illis inferatur? verum quod inferunt Authores infrà referendi pro hac ſententia eſt per illud verbum *legendas* non tantum prohiberi auditionem juris Cęſarei, verum, & etiam ejus edoctionem.

2 Deinde ſequitur Honorii III. reſcriptum relatum, *in cap. ſuper ſpecula finali dicto titulo, ne Clerici, vel Monachi*, cujus hęc eſt littera: *Super „ſpecula*, ſanè licet fallax ſit gratia „cœterarum ſcientiarum, & vana „etiam pulchritudo, cum frumen„tum electorum, & vinum germinans „Virgines juxta Prophetam ſit bonum „ſuper omnia, & ſit pulchrum; quia „tamen Regulares quidam clauſtrale „ſilentium, & legem Domini animas „convertentem, & ſapientiam dan„tem parvulis, quam ſuper aurum, „& topatium amare debuerant reſ„puentes, abeunt poſt veſtigia græ„gum, & illicitè ſe convertunt ad „pediſequas amplectendas, quæ plau„ſum deſiderant populorum: contra „hujuſmodi præſumptores, exeuntes „ad audiendas leges, vel phyſicam, „fœlicis memoriæ Alexander prædeceſſor noſter olim inſtituit in Con„cilio Turonenſi, ut niſi infrà duo„rum menſium ſpatium ad clauſtra „reddierint, ſicut excommunicati ab „omnibus evitentur, & in nulla cau„ſa, ſi patrocinium præſtare volue„rint, audiantur. Reverſi autem in „Choro, & Capitulo, & menſa, & „cœteris, ultimi Fratrum exiſtant; „& niſi forte ex miſericordia Sedis „Apoſtolicæ totius ſpem promotionis „amittant. Verum: quia nonnulli ex „talibus propter quorundã opiniones „diverſas excuſationes aliquas aſſu„mebant: nos volentes, ut tales de „cætero ipſo facto ſententiam ex„communicationis incurrant, diſtrictè „præcipiendo mandamus, quate„nus, tam à Diœceſanis, & Capitu„lis ipſorum, quam à cœteris „Epiſcopis in quorum Diœceſibus „hujuſmodi ſtudent, tales, ſua appel„latione non obſtanti, excommunica„ti, prędictis pœnis obnoxii, publi„cè nuncientur: quia verò Theolo„giæ ſtudium cupimus ampliari, ut „dilatato ſui tentorii loco funiculos „ſuos faciat longiores, ut ſic fides „Catholica circuncinca muro inex„pugnabili bellatorum, quibus reſiſ„tere valeat, aſcendentibus ex adver„ſo ad Archidiaconos, Decanos, „Plebanos, Præpoſitos, Cantores, „& alios Clericos perſonatus habentes, „necnon Præsbyteros (niſi ab his in„tra ſpatium præſcriptum deſtiterint) „hoc extendi volumus, & mãdamus, & „appellatione poſpoſita firmiter ob„ſervari. Quid ergo clarius circa auditionem juris Cæſarei prohibitionem verſari, non autem circa edoctionem? Verùm enim vero, interpretes hujus ſententiæ ex præſenti capite prohibitionem reſultare circa edocendum tale jus non autummant; unde inter fundamenta hujus opinionis, licèt inviti referimus.

3 Succedit 3. pro confirmatione hujus ſententiæ, *caput primum dict. titul. ne Clerici, vel Monachi lib. 6.* „quo Bonifacius VIII. ſequenti modò „ſe expedit ſtatutum fœlicis recorda„tionis Honorii Papæ III. prædeceſ„ſoriis noſtri, quod Decanis, & Ar„chidiaconis, Præpoſitis, Plebanis, „Cantoribus, & aliis Clericis haben„tibus perſonatus audire Leges, vel „Phyſicam interdicit, ad eos, qui „Parochiales Eccleſias obtineri noſ„cuntur. Piæ memoriæ Clementis „Papæ IV. prædeceſſoris noſtri veſti„giis inhærentes, declaramus præſen„tis conſtitutionis oraculo, ratione „Eccleſiarum hujuſmodi non extendi, „niſi ædem Eccleſiæ fuerint Pleba„niæ ſub ſe capellas habentes, in „quibus inſtituantur Clerici perpe„tui nequeuntes ab ipſis abſque cauſa „rationabili amoveri. Neſcio verò ex

quo

quo verbo hujus capitis posit educi prohibitio edocédi leges, cum in literali ejus contextura tantum agatur de auditione ejusdem facultatis; sed Authores hujus sententię audacter similem nimis interdictionem protrahunt ad eam firmandam, & exornandam, ut paulò post videbimus.

4 Offert se se alia decisio Honorii III. *in cap. super specula 28. de privileg. & excessib. privilegiatorum*, quę ita se habet: Sanè licèt Sancta „Ecclesia legum secularium non reputat famulatum, quæ æquitatis, & „justitię vestigia imitantur: quia „tamen in Francia, & nonnullis Provinciis Laici Romanorum Imperatorum legibus non utuntur, & occurrunt raro Ecclesiasticæ causæ tales, quæ non possint statutis Canonicis expediri: ut plenius Sacrę paginæ insistatur, firmiter interdicimus, „& districtius inhibemus, ne Parisiis, „vel in Civitatibus, seu aliis locis „vicinis quisquam docere, vel audire „jus civile præsumat: & qui contra „fecerit, non solum à causarum patrociniis, interim excludatur, verum etiam per Episcopum loci, „excommunicationis vinculo innodetur. Ex hac equidem decisione crederem, quod interpretes hujus sententiæ possent majori cum ratione fundare verum suæ opinionis; sed quia localis eis visa est, vix unus ea utitur ad suam firmandam sententiam.

5 Desumitur præterea argumentum pro præsenti assertione, *ex leg. 8. Cod. de maleficis, & mathematicis*, ubi inquiunt Imperatores Valentinianus, & Valens, *culpa similis est, tàm prohibita discere, quàm docere.* Quibus verbis consonant ea *textus in leg. 2. Cod. de Hæreticis, & Manichæis*, ibi: *Nemo ulterius conetur, quę reperiret prophana præcepta, vel docere, vel discere.* Ex quibus juribus similis efformari solet argumẽtatio. Prohibita est facultas civilis, tam Religiosis, quam Clericis Secularibus, quoad auditum, sivè studium publicum: ergo, & eis similiter debet prohiberi illam edocere.

6 Ex authoribus primus, qui hanc excogitavit sententiam est Hostiensis, *in cap. super specula finali, ne Clerici, vel Monachi, verbo studeat*, ubi inquit, illud verbum explicans: *Sub audi principaliter, ut hic notatur, sub verbo ampliari. Sic ergo non solum auditus prohibetur: quinimò, & lectio*, ut sup. in cap. non magnopere, *& etiam studium, ut hic, & est expressum de utroque de privilegiis, cap. super specula.* Et commentando verbum *ab his* ejusdem capitis ait: *Ab his idest à studio, lectione, seu auditu harum sclentiarum.* & in cap. non magnopere, *exponendo verbum* legendas, *quo utitur in eo*, ita inquit: *Ex hoc videtur, quod si aliquis de prædictis exit Claustrum, & per se sibi ipsi, & soli in Camera sua legit leges, quasi studens in eis, licèt non vadat ad studium, sivè scholas: nihilominus tamen in hunc Canonem incidit.* Ex relatis manifestè apparet confusè intrincatè, & valdè perplexè se expedire prædictum Hostiensem.

7 Antonius de Butrio, similiter in eandem conspirat sententiam, *in dict. cap. non magnopere n. 6. & duobus sequentibus*, cum dicit: *Actus legendi est communis Doctori, & Scholaribus, & ideo si statutum imponit pœnam legenti in aliquo loco, imponit & audienti: & Monachus exiens claustrum, ut legens, seu studens in legibus, non ut audiat, excommunicatur, nisi intra duos menses redierit*, & in cp. super specula, eodem titul. ne Clerici, vel Monachi, *n. 10.* ait: *Quæro 6. an persona Ecclesiastica aliquibus personis possit privatim legere leges? Dic quod non: quia culpa similis, tam prohibita, discere, quam docere. Cod. de maleficis, lege culpa. Alii dicunt illud verum in sclentiis, quę in se non sunt malę, sed ideò audire non dentur, quia certè prohibitæ sunt: ad hoc notatur* de offic. deleg. cap. ex parte; *sed dic: quidquid isti dicant, lectio prohibetur,*

*tur, & ſtudium, ad patet ſupra: talis ergo non evadit ſententiam, ut non verbis, ſed rebus lex imponatur, & ſic à lectionis auditu, & principali ſtudio prohibetur.*

8 Quartum etenim locum occupat Petrus de Ancarrano *ſuper 6. Decretal.* ad titulum ne Clerici, vel Monachi *cap. 1. n. 3.* ubi ſic ait: *Quarto quæro an in Camera privatim, & ſecretè poſsit perſona Eccleſiaſtica legere leges ſociis ſuis? Hoſtienſis, quod non, inquit in illo capite: quia à lectione, ſtudio, & auditu prin ipaliter prohibentur; & vide circa hoc, quod notat Joannes Andreas in cap. cum quid fieri de regulis juris in Mercurialibus.*

9 Quintam aſſumpſit ſibi ſedem Cardinalis Franciſcus Zavarela, *ſuper 3. Decretalium in dict. cap. non magnopere in fine*, qui ita ſe explicat: „ Hodie autem prohibita auditione, „ prohibita eſt ex conſequenti doctri- „ na. Si enim non audiunt, non fient „ Doctores, poſſet tamen continge- „ re, quod Doctor fieret Religioſus, „ & tunc eſſet dubium, an poſſet do- „ cere? Et videtur quod non licitè „ doceat. *Et in cap. ſuper ſpecula finali* „ eodem titulo in principio, *ait*: Ter- „ tio præcipit excommunicationem „ publicari, prohibetur ergo auditus, „ lectio, & ſtudium. *Et n. 6. q. 7. pro-* „ *ſequitur*: Septimo quæro, an Reli- „ gioſus poſsit aliquibus privatim in „ Camera legere leges? Hoſtienſis „ quod non, quia culpa eſt tam pro- „ hibita diſcere, quam docere. Alii, „ ut refert, dicunt illud de ſcientiis „ damnatis omninò; ſecus de his, quæ „ in ſe malę non ſunt, ſed certis per- „ ſonis prohibitæ. Hoſtienſis verò „ dicit, quod hic prohibetur lectio, „ & ſtudium, ne lex imponatur „ verbis.

10 Obſtat etiam Tabiena (in ſententia adverſariorum) *in ſumm. verb. Medicus §. 3. Utrum Ars Medicinæ ſit Clericis, & Religioſis prohibita? Reſpondeo Clericis in Sacris, Religioſis, & Clericis in minoribus Beneficiatis non licèt uti, niſi gratis, & ubi periculum non imminet* cap. multa ne Cleric. vel Monach.

11 Cardinalis Thuſcus *tom. 5. practicarum quæſtion. litter. M.* verbo *Monachus concluſ. 319.* Poſtquam dixit, quod Monachis permittitur ſtudio litterarum vacare, in tantum, quod teneatur Monaſterium habere Magiſtros, qui doceant Monachos, non ſolum Gramaticam, ſed alias opportunas ſcientias: *ait n. 9. & fin. Limita qui ſcientias profiteri non poſſunt, ſed benè Canonum, & Theologiæ, alias verò prophanas ſcientias profiteri non debent.*

12 Guido Abaiſio Archidiaconus Bononienſis, *in lib. 6. Decret. tit. ne Cleric. vel Monach. cap. ut perie-* „ *culoſa 2. in fin.* ita ſe expedit: Sed „ poteſt dici, quod illa Decretalis lo- „ quitur de Monachis clauſtrum ob „ illam cauſam egredientibus: unde „ dicit Innocentius, quod ſivè in clauſ- „ tris audiant, ſivè legant non ligan- „ tur iſta conſtitutione. Sed dic cum „ Domino Hoſtienſi eſſe verum iſtud, „ quoad verba ipſius: mens tamen „ ejuſdem refragatur omninò: undè „ non ſine myſterio ponit hanc litte- „ ram, indiſtinctè docere intelligo ubi- „ cumque: nam exitus videtur fuiſſe „ cauſa impulſiva prędictę conſtitu- „ tionis: finalis vero: quia tales ſcien- „ tiæ Religioſis non congruunt, „ cum eis exercitium interdicatur; & „ hæc cauſa nunquam ceſſare poteſt, „ nec ejus effectus. Super decretum „ vero cauſa prima *queſt. 3. cap. Salva-* „ *tor n. 8. ait*: Quid ergo ſi non exeant, „ ſed in clauſtris audiant, vel legant? „ Reſpondeo, tunc ſecus eſt ſecun- „ dum Innocentium: quia dicti tales „ non ligantur prædicta conſtitutione, „ ſecundum Hoſtienſem: ſed Hoſtien- „ ſis dicit hoc verum eſt, quoad ver- „ ba: mens tamen illius contradicere „ videtur, qui putat, quod hoc egeat „ declaratione: ſed in hoc dubio con- „ ſu-

„ ſulit, quod quis reputet ſe ligatum: „ nam exitus videtur fuiſſe cauſa impulſiva prędictę conſtitutionis, & „ *progreditur*.

13 Pater Silveſter *in ſumm. verb. excommunicatio 9. excommunic. 6. verſicul. 4.* talia profert verba 4. Utrum „ incidat aliquis prædictorum (*de Religioſis, & Clericis loquendo*) legens „ aliquibus prædicta (*ſcilicet leges*) in „ Camera privatim, ideſt docens? Et „ dico ſecundum Hoſtienſem, quod „ ſic: quia ſtudium prohibetur, & „ lectio; cum lex non debeat poſita „ eſſe in verbis, ſed in rebus. Sed „ verius ſenſit Panormitanus, quod „ non: quia ſcilicèt Religioſis his vacare in Monaſterio licet, & etiam „ eis ſe mutuo docere; & idem eſt „ de aliis prædictis: immo Panormitanus ſentire videtur, non licere Religioſis has docere extra Monaſterium: nè involvantur actionibus mundanis: nec „ hoc facit, ut involvantur, ſicut ille, „ qui addiſcit. Nec obſtat, quod prohibetur legere: quia non ſummitur „ pro docere, ſed pro ſtudere: ſed „ hoc eſt mihi dubium, & ſecundum „ Archidiaconum videtur falſum, & „ contra intentionem legis, quidquid „ ſit de verbis.

14 Divus Antoninus Archiepiſcopus Florentinus 3. *p. ſummæ majoris, tit. 24. cap. 52.* docet, tractando de Religioſis, *quantum ad primos (ideſt de profeſsis) expreſsè, vel tacitè patet, quod non poſſunt exire clauſtrum ad legendum, vel audiendum legem, vel phyſicam, & contra faciens, ſi monitus, non reddierit intra duos menſes ad clauſtrũ, excommunicatur ipſo jure.*

15 Concordat doctrina Henrici Boichii *in lib. 3. Decretalium, dicto cap. ſuper ſpecula, n. 5.* qui ſic ait: „ Ego vero opinionem Hoſtienſis „ hic, & aliorum ſequacium credo veriorem, cum diſtinctione tamen „ quam in effectu ponit Hoſtienſis „ hic: quia aut quęrit de Religioſo le- „ gente, & talis ligatur ipſo facto, ut „ hic, aut de audiente: & tunc aut „ audit principaliter cauſa addiſcendi, „ non cauſa honoris, & tunc idem ut „ hic, aut principaliter cauſa honoris, non cauſa addiſcendi, ut Religioſus Canoniſta, vel Theologus „ vadit ad muſœum alicujus amici „ ſui incipiens in legibus, vel phyſica cauſa honoris; & tunc dicit „ Hoſtienſis non eſt mea interpretatio.

16 Joannes Monachus Cardinalis *in lib. 6. Decretalium, dict. cap. ut periculoſa 2. ne Clerici, vel Monachi n. 5.* in ea diſſerta prorrumpit verba: *Et ſic Monachus non poteſt jura civilia audire, ita nec docere.*

17 Jacobus Menochius *de arbitrariis, lib. 2. centur. 5. caſu 425. „ n. 34.* docet: Quo circa intelligimus „ Alexandrum ipſum non interdixiſſe „ Clericis, vel Monachis juris civilis „ ſtudia, ſed ſolum eos ea de cauſa „ egredi Monaſteria, & cum Laicis „ conſervari: & eadem ratione Honorius III. *in cap. ſuper ſpecula eodem „ titul. ne Cleric. vel Monach.* extendit „ ad Archidiaconos, Decanos, Plebanos, &c. Et non ſolum has leges audire, ſed interpretari interdixit „ idem Honorius *in cap. ſuper ſpecula. „ de privileg. in 6.* quam ſanè conſtitutionem intelligo non generaliter, „ ut leges interpretari non poſsint in „ Civitate Pariſiorum, ſed ut non poſſint à Monachis, Archidiaconis, & „ his ſimilibus, qui Pontifici ſubſunt.

18 Quintilianus Mandoſ. *tract. de ſignatura gratiæ n. 4. de licentia audiendi leges fol. 107.* fortiter ſe in hanc ſententiam invehit dicendo: *Ex omnibus ſupradictis clara colligitur concluſio, quod Monachi profeſsi, Præsbyteri, & alii ſupra nominati leges audire prohibentur, illaſque aliis publice legere, & declarare: an autem prohibitio ſimplices Clericos comprehendat? credo quod non, & poſteà.*

*Neceſſario igitur indultum, ſeù licentia audiendi leges, ſeù phyſicam, vel illas, ſeù alterutram explanandi, aliis à Monachis profeſſis, & à Præsbyteris, & aliis perſonis ſuprà expreſsis, obtineri debebit. Ad cautelam autem etiam ab ipſis ſimplicibus Clericis impetrari poterit, eis tamen illam non neceſſariam, ſemper aſſerui, licentiaque præmiſſa ab ipſis Præsbyteris, & aliis prænominatis ab ipſo Papa impetratur, & ita Romana Curia ſervat.*

19 Majol. *de irregularitate lib. 2. cap. 1. n. 13.* ita inquit: Phyſicam quoque legentes, vel juri civili legendo operam dantes Monachi ultra duos menſes ab Ordinum promotione dejiciuntur omninò, & excommunicati ab omnibus evitandi in Choro, in Menſa, Capitulo, & ſimilibus omnium poſtremi habendi ſunt: nec ſuper iis ab Epiſcopo, vel ſuperiore diſpenſari poſſunt, ſed à ſolo Pontifice: & ideò ex hoc veram, ac propriam irregularitatem incurrunt; quæ pœna non ſolis impoſita eſt Monachis; ſed & omnibus Clericis in dignitate, vel perſonatu poſsitis. Quæ intelligenda ſunt, ſi principaliter Phyſicam, vel jura civilia legant, alioqui ſi ſecundario, aut per occaſionem non, eſt locus iſtis pœnis.

20 Petrus Rebuffus etiam *in tractatu nominationum q. 5. ex n. 30.* ſic ait: Sic & licèt hic nominet Pariſiis tamen etiam habebit locum alibi, ut Sacerdotes, & alii expreſsi (nempè Religioſi) non poſsint audire, nec legere jura civilia Pariſiis, nec alibi per ſupradicta; nec voluit plus Pariſiis ligare quam alios. *Et n. 31. ibi:* Prohibet etiam in Civitatibus, & locis vicinis jura humana legi, non quod velit in aliis locis Sacerdotes, & alios jura humana docere poſſe, ſed ne fiat fraus per iſtos Religioſos. *Hanc enim intelligentiam deducit ex cap. ſuper ſpecula 28. de privilegiis, & ad n. 34.* diſputat, quod ſolum Papa poteſt de illa prohibitione diſpenſare.

21 Frater Petrus Maria Paſſerinus ſuperiùs citatus *cap. 1. n. 33. de hominum ſtatibus, & officiis tom. 2. moralium inſpectionum q. 187. art. 1. obſervat. 3. de facultate docendi n. 1154.* docet: Tandem quantum ad hanc partem conſiderandum, quod licèt Regularibus ſit prohibitum ſtudere legibus civilibus, & Medicinæ in publicis Univerſitatibus, & eaſdem facultates in iiſdem publicè docerè: *& loco citato* obſervation. n. 33. *inquit*: Non poſſunt legere quidem publicè jus Civile, ac Medicinam. Et n. 1135. *ait*: Itaque Regulares, omnes ſcientias, & diſciplinas docere poſſunt, quæ illos decent; Medicinam verò, aut jus civile prohibiti ſunt publicè docere: nam, & præcipuè quantum ad jus civile, quod totum forenſes cauſas reſpicit, & non Eccleſiaſticas, quas tractare non convenit Religioſis.

22 Deinde ſe opponit Pater Pellizarius *in manual. Regular. tom. 2. tract. 8. cap. 5. ſect. 2. n. 46.* qui etiam pro comperto tenet, quod Regulares minimè valent jus civile edocere: & fundamenta quærit licet extranea, ad ſuam illuſtrandam ſententiam: verum quia *num. 57.* aſſerit illos etiam poſſe Doctorati in ea facultate: in conſequentiam demonſtravimus *cap. ſequent. n. 22.*

23 Ex ſectatoribus hujus ſententię poſtremus eſt D.D.D. Antonius Graña Nieto, Primariæ Cathedræ juris Pontificii digniſsimus Moderator, & noſtræ almæ Univerſitatis Salmantinæ pro hac facultate jam diu Decanus *in cap. non magnopere 3. ne Clerici, vel Monachi, num. 2. in fin.* ſic ait: Merito Eccleſiaſtici artes illas docentes (nempè leges, & Medicinam) hac excommunicationis pœna damnantur, cum non deceat viros Dei in Clauſtris, & Templis commorantes ad Scholas, & Univerſi-

„ tates propter ſcientias illas tranſire „ atque evagari.

24 Ex Authoribus, qui occurrunt pro hac ſententia manet hucuſque fulcita. Deinde ratione prædicti Interpretes intendunt illam probare. Quippe ea in primis eſt, qua Pontifex Alexand. III. utitur *in d. cap. non magnopere, ne occaſione ſcientiæ ſpirituales viri mundanis rurſus actionibus involvantur.* Cui conſonat illud Divi Pauli decretum *nemò militans Deo implicet ſe negotiis ſecularibus.*

25 Secunda etenim ratio, qua utuntur aliqui, eſt: *Ne forſan aliqua ſimulata cauſa evagandi annexam præbeant, & inter eos per hoc detur Diabolo tentandi locus*, ut probatur ex Concilio Remenſi *cap.* 45. *Vel quia Chriſtus Dominus noſter vult ſuos Miniſtros ordinare, ne fortè præſentibus hominum curis, & ſtudiis, verbo Dei vacare non poſſint, immo ut valeant orationibus, ac miniſteriis pro ſubditorum ſuorum ſalute invigilare. Ex cap. te quidem* 29. 11. *q.* 1. Cardinalis Zavarela *in dict. cap. ſuper ſpecula, ne Clerici, vel Monachi n.* 3. quem refert Dominus D. Graña *in dict. cap. non magnopere*: cui conſonat illud Divi Pauli *epiſt.* 1. *ad Timotheum*, ibi: *Sicut rogavi te, ut remaneres Epheſi, cum irem in Macedoniam, ut denuntiares quibuſdam, ne aliter docerent, nec intenderent fabulis, & genealogiis interminatis, quę quæſtiones præſtant, magis quam ædificationem Dei, quæ eſt in fide.*

26 Tertia enim ratio, quam præſtant, ea eſt, quod plauſus populorum per celſitudinem ſcientiæ ſint vitandi, *ex Pſalm.* 118. vel quia indecens eſt perſonas Religioſas, ſeu Clericos peritos ſe exibere diſceptationum eſſe forenſium *ex cap.* 2. *de poſtulando.*

27 Quarta verò ratio, qua alii exiſtimant nitti prohibitionem doctionis harum ſcientiarum, eſt: ne aliàs ita ampliaretur numerus profeſſorum harum ſcientiarum, quod omnino deprimerentur Canones, & diminueretur Theologia; in quibus facultatibus peritos eſſe ſuadent varia decreta Pontificia, quatenus conformiores ſunt cum ſtatu Clericali, & Religioſo, & reſpiciunt ad docendam majorem perfectionem, & ad ſuadenda præcepta charitatis, *à quibus quidam aberrantes converſi ſunt in vaniloquium, volentes eſſe legis Doctores*, ut ajebat Divus Paulus *dicta epiſtol.* 1. *ad Timotheum.* Ergo prorſus prohibitæ ſunt leges, eaſque docere, tam Clericis, quam Religioſis: ſiquidem eis potius convenit præconizare Evangelium gloriæ Dei, quod creditum eis fuit, ut dictum vas electionis de ſe aſſeruit prædicto loco.

28 Ultimo arguunt Authores hujus ſententiæ, quod quando deciſiones Canonicæ ſtatutæ minime eſſent expreſsę in hac materia, ſufficeret, quod edoctio civilis non fuiſſet illis conceſſa; ut ſic prohibita cenſeatur Religioſis, ſeù Clericis. Hoc verò confirmant ex illa regula generali; nempè: *Cenſetur prohibitum, quod non invenitur conceſſum. Textus in cap. interior per alia de translatione Epiſcopi.* Ubi Gloſſa allegat plures concordantes, & probat textus *in cap. pervenit el ſegundo, juncta gloſſ.* verbo: *Alicujus* 93. *diſtinct. leg. necnon* 28. ubi gloſſ. verbo: *Prohibeant ff. ex quibus cauſis majores*: hucuſque Authores contrarii, & eorum fundamenta, quibus, ut ſatisfaciamus, ſuccedunt dicenda ſequenti in capite.

*In quo proponuntur ſolutiones juribus, & Authoribus, necnon rationibus, quibus nititur ſententia oppoſita.*

## SUMMARIUM.

*Primo reſpondetur capiti* non magnopere 3. ne Clerici, vel Monachi *intelligendo illud verbum* legendas *pro* audien-

diendas, *ut deducitur ex variis capitibus, & AA. qui hic citantur. num.1.*

*Ulterius expenditur, & intelligitur* cap. ſuper ſpecula final. dict. tit. ne Clerici, vel Monachi, *ubi licet verbum* legendas *ſit commune tam Magiſtro, quam Diſcipulo, in hoc cap. debet interpretari rigoroſa acceptione pro lectione, quam agit, qui ſtudet, non vero pro edoctione. n.2.*

*Ex doctrina antecedentis numeri reſpondetur cap.1.* ne Clerici, vel Monachi *in 6. & intelligitur tantum de Clericis curam animarum habentibus, leges civiles audientibus, non autem edocentibus. ita Barboſ. vot. deciſ.88.n.23. num.3.*

*Caput* ſuper ſpecula 28. *de privil. intelligitur de prohibitione locali, hoc eſt ne Pariſiis, & aliis locis vicinis Clerici, & Laici operam darent ſtudio civili, ut fortè deſereretur Theologiæ ſtudium in Galia, & ex aliis rationibus, quæ hic appinguntur.n.4.*

*Ad argumentum, quod deducitur ex l.8. C. de malef. & ex leg. 2. C. de hæretic. reſpondetur cum communi intelligentia AA. qui eas leges intellexerunt de facultatibus prohibitis, & improbatis, veluti magia, aut Conciliis hæreticanę ſectæ: quæ omnia prohibentur non ſolum in diſcendo, ſed docendo. n.5.*

*Ex dictis patefactum manet, nullum jus prohibere edoctionem legum: reſtat nunc reſpondere AA. & primo Hoſtienſi, cui ſatis ſit cum ſuamet doctrina, intelligendo verbum* ſtudere *pro diſcipulo, non autem pro Magiſtro. n.6.*

*Reſpondetur doctrinæ Butrii, qui allegat pro ſua ſententia leg.8. C. de malef. ſed quia hęc lex intellecta manet n.5. & communis opinio tenet privatim, & in Camera poſſe legi, & ſtudere legibus, manet convicta prædicta opinio. n.7.*

*Similiter venit intelligendus Petrus de Ancarrano ſuperius citatus. num.8.*

*Convictus expreſsè ſtat Cardinalis Zavarela in ſua eadem ſententia, quatenus infert ex prohibitione audiendi leges eſſe prohibitam edoctionem ipſarum, quod dicere eſt contra communem opinionem. n.9.*

*Tabiena tantum loquitur de ſcientia Medica exercitata à Clericis, & Religioſis, & cum ipſe doceat eis licere eam exercere ſine ſalario, & ſtipendio, & ultra hoc, toto zelo diſtat praxis Medicalis ab edoctione, potius pro nobis, quam contra nos, eſt ſua ſententia. n.10.*

*Cardinalis Thuſcus utitur verbo profiteri ſcientias legum, & cum ſit hoc verbum obliquum, potius videtur applicari ad diſcendum, quam ad edocendum: quia potius videtur profiteri, qui audit, quam qui docet in ſententia Abbatis. n.11.*

*Archidiaconi Bononienſis opinio falſa apparet, quatenus eſt contra communem in eo, quod ait, ſivè occultè, ſivè publicè edocere leges eſſe prohibitum Clericis, & Religioſis, ut dictum eſt n.6. reſpondendo Hoſtienſi. n.12.*

*Silveſter potius pro nobis facit, quam contradicit, quatenus reſolvit hanc quæſtionem cum Panormitano, qui prorſus favet huic noſtræ ſententiæ: & licèt dubitet an verbum* legere *debeat accipi pro ſtudere, aut pro docere, nihil obeſt: nam quis allegat Authorem pro hac vel illa ſententia? n.13.*

*D. Antoninus recipit eandem intelligentiam ac, quæ præſtita fuit* cap. non magnopere, *num. 1. quia nullum verbum addit deciſioni prædicti capitis. n.14.*

*Boichius intelligitur, ut manet intellectus D. Antoninus, & tributa reſponſio Hoſtienſi inſervit huic Authori. n.15.*

*Joannes Monachus appertiſsimè fallitur: quia utitur fundamento l. 8. Cod. de malef. quæ loquitur tantum de ſcientiis prohibitis. n.16.*

*Sententia Menoch. ſimili modo oſtenditur falſa, quatenus protrahit prohibitionem particularem factam Pariſiis, & aliis locis vicinis ad alia loca Romano Imperio ſubjecta, impingens in principia juris. n.17.*

Mar-

*Mandosius succedit, quem vocant AA. contrariæ sententiæ Authorē majoris notæ in eo, quod asserit expressè prohibitam esse non solum auditionem, verum etiam edoctionem legum absque dispensatione Pontificia: sed authoritas ejusdē Mandosii, in quantum refertur sententię Rebusi, nihil amplius authoritatis habet, quam ista, cui refertur; & rejicitur in illo quod affirmat de stylo Curiæ. n.18.*

*Mayolus tantum loquitur de legendo jus civile, quod verbum, ut dictum manet, potius studenti, quam docenti applicatur. n.19.*

*Rebufo satisfacit Navarrus arguens illum falsitatis, in eo, quod affirmat de stylo Curię. n.10.*

*Passerinus implicatur in illo, quod docet, prohibitum esse Clericis, & Religiosis publicè legere jus civile; cum ipse asserat posse in illo doctorari, cum per ipsum gradum munus edocendi conferatur. n.21.*

*Similiter P. Pellizar. convincitur de implicatione in terminis ex dictis in p. antecedent. n.22.*

*Doctrina Doctoris Graña intelligi debet de auditione, non vero de edoctione legum, & creditur error Typographi in extensione, qui tanto Authori imputatur. n.23.*

*Prima ratio, qua fundantur AA. contrariæ sententiæ, est, ne occasione scientiæ viri Deo dicati mundanis actionibus involvantur, aut implicent se in negotiis secularibus: quibus prędicta ratio non congruit: nam qui docet scientiam jam adquisitam, non involvitur de novo, sed communicat scientiam legalem, ut bonam, & necessariam ad regimen Orbis terrarum. n.24.*

*Ad secundam rationem, nempè ne daretur locus vagandi, & desererent, structionem fidelium: respondetur, quod edocere jus civile, undique honestum est, & exercitium talis seminandæ doctrinę, tam longe abest, ut Diaboli tentandi occasio detur, quin immo actus charitatis in eo prospicia-*

*tur; itaque ex variis locis scriptura sacra constat, Jesum Christum Dominum nostrum, & ad ejus exemplum Sanctos Apostolos, ac viros Religiosos versari in operibus manualibus. n.25.*

*Tertia ratio, quæ consistit, quod vitandus est plausus populorum in celsitudine scientiæ, facile dilluitur: nam si hoc verum esset, non solum juris civilis scientiæ, verum etiam Theologię, & juris canonici posset acommodari. Neque alia, quæ adducitur ratio, scilicet Religiosos peritos exhiberi disceptationum forensium obstat: quia causa pietatis jam vidimus hac part. tractat. 1. quæst. 5. posse disceptare. n.26.*

*Quarta vero ratio, ex qua deducitur prohibitio, est, ut potius inservirent scripturarum, & Pontificum decisionum lectioni: sed hęc nihil probat: quia inde sequeretur edocere grammaticam, Astrologiam, Arismethicam, Musicam, Rethoricam, & alias similes; esse prohibitum: sed hæ possunt componi cum Theologia, & sacris Canonibus: ergo, &c. n.27.*

*Ultima vero Regula, quod censetur prohibitum id, quod non invenitur concessum, dupliciter intelligitur. n.28.*

*Aliqui ex AA. adjiciunt aliam rationem prohibitionis, nempè ampliationem Theologiæ studii; sed huic satisfit cum Joanne Andręa loco hic citato. n.29.*

*Author non negat probabilitatem contrariæ sententiæ, sed solum defendit majorem probabilitatem habere sententiam, quæ facit pro edocendis legibus publicè à Religiosis in communi: quia eis non est prohibita edoctio, sed tantum studium. n. 30.*

*De Militaribus loquendo, addit Author non solum facere pro eis adhibita, & adhibenda probabiliorem prædictam sententiam, sed moraliter certam, & indubitabilem. n.31.*

## CAPUT III.

1 UT ergo promiſſa adimpleamus, reſpondendum eſt juxta ordinem capitis antecedentis, quod *in dict. cap. non magnopere*, non prohibetur legere jus Cæſareum docendo illud, tanquam Magiſtros, alios addiſcentes, ſivè occultè, ſivè publicè; ſed tantum legere, ſtudendo, & addiſcendo de novo, uti diſcipulos: quod quidem ſic oſtendo: nam in illo textu refertur, *quod Religioſi exibant è Monaſteriis ad legendas leges, & confectiones Phyſicales ponderandas, ſub obtentu languentium fratrum conſulendi corporibus, & Eccleſiaſtica negotia fidelium pertractanda.* Deindeque præſtatur ratio prohibitionis, ibi: *Ne occaſione ſcientiæ ſpirituales viri, &c.* Ergo eò egrediebantur è Monaſteriis ad ſtudendum, & ad diſcendum leges de novo; minimè verò cauſa docendi, ut jam docti, & in illis facultatibus inſtructi: nam ſi hic eſſet prætextus, quem Religioſi quærebant in exitu ſuo, non congrueret cum ratione prohibitionis paulò poſt aſſignata: & hoc patet: nam ſi ibi prohiberetur edoctio, fruſtra quæreretur color ad exitum, quem textus aſſignat: ſiquidem ſi exirent ad docendum, & ſic tractare negotia Eccleſiaſtica, fruſtra exhibant, cum jam docti in legibus poſſent abſque exitu è Monaſterio negotia pertractare, & ſic egredi ad docendum, eis inſerviret de obſtaculo. Nec obſtat verbum *legendas*, quo utitur dictum caput: nam licèt juxta ejus proprietatem, & rigoroſam ſignificationem convenit tam Magiſtro, quam Diſcipulo; in dicto textu intelligendum eſt ex mente, & verbis ipſius, pro lectione Diſcipuli, & non Magiſtri, ut in aliis locis intelligitur: *differti ſunt textus in cap. 1. de electione, cap. cum ex eo, eodem tit. in 6. cap. fin. 36. diſtinction. cap. final de ætate, & qualitate, cap. poſt translationem de renuntiatione*, docet Joannes Andræas, *in regula cum quis una via de regulis juris in 6. n. 8.* quem refert, & ſequitur Panormitanus *in cap. ſuper ſpecula finali dicto titulo, ne Clerici, vel Monachi n. 16.* Doctor Gonzal. *in commentariis ad ipſum textum*, & noviſsimè Fagnanus ibidem cum aliis. Deinde cum aliquod adhùc reſtaret dubium, profecto tollitur à Romanis Pontificibus Alexandri III. ſucceſſoribus: nempè ab Honorio III. *in dict. cap. ſuper ſpecula.* ubi tranſcribendo deciſionem *dict. cap. non magnopere*, loco verbi *legendas* bis utitur verbo *audiendas*, & Bonifacius VIII. *in cap. 1. & 2. ne Clerici, vel Monachi lib. 6.* ſimiliter accepit verbum *legendas* pro *audiendas*, ibi: *Religioſos leges, vel phyſicam audientes.* Undè clarè infertur, quod de illis verba fecit; tanquam diſcipulis: nam præcipit Summus Pontifex illos ejicere teneri Magiſtros, quos audierint, quare ergo neceſſe eſt, quod innovatio verbi *audiendas*, loco *legendas* vim habeat, aut correctionis, aut ſaltim interpretationis; quodcumque ſit, ſufficit, ut convincatur, quod edoctio non prohibetur.

2 Secundò expendunt contrarii, *cap. ſuper ſpecula final. ne Clerici, vel Monachi* docendo: quod licèt in eo utitur Summus Pontifex loco *legendas*, verbo *audiendas*: nihilominus hæc duo verba, quamvis quoad ſonitum diverſificari videantur, univoca eſſe quoad ſignificationem, & unumquodque ſub ſe continere *legere*, & *audire*, & in hunc finem verbum *ſtudent* ponderant, quo ibi etiam utitur. Hęc illi dicunt: ſed non ita eſt: nam etſi fateremur verbum *ſtudere* ad Magiſtrum, & Diſcipulum ſimul pertinere poſſe, nihil adverſus nos obſtaret: ſiquidem ex præjacto cap. contrarium colligitur: nam cum eo verbo *audire* utatur, quod propriè convenit Diſcipulo, ut notavit Andræas *ubi ſup.* convincitur expreſsè deſumi debere quoad ſignificationem, pro actu proportionabili Diſcipulo, non autem Magiſtro.

Quod

Quod quidem amplius ſuadetur : nam verbum *audire* indicat paſsionem, *legere*, & *docere* actionem ; ergo cum paſsio, & actio in uno eodemque ſubjecto reſidere non valeant ; ita nec dici poteſt, quod, prohibita auditione, prohibita quoque ſit edoctio, & lectio, prout diverſa ſunt, & reputantur, etiam juxta ſignificationem, ut patet ex prœmio Decretal. Et comprobant *text. in cap. 1. de locato lib. 6. cap. ſuper ſpecula de privilegiis eodem lib. 6.* ibi : *Diſcere, vel docere, leg: culp. 8. Cod. de Malef. & Mathematicis, leg. omnes 2. Cod. de Hæreticis*, ubi ſimiliter apponuntur pro diverſis verba *diſcere*, & *docere* : ergo non univocantur in ſignificato, contra id, quod tenent Interpretes contrarii. Nec obſtat verbum *ſtudent*, de quo *in dict. cap. ſuper ſpecula*, unde colligit Hoſtienſis, quod non ſolum condemnatur ſtudium, ſed lectio; illam præſtans rationem, quod tale verbum æque convenit Magiſtro, & Diſcipulo ; verum in eo appertiſſime fallit : nam præterquamquod verbum *ſtudere* propriùs, & frequentiùs applicatur in jure Diſcipulo, in quantum hic diſtinguitur à Doctore, quo nomine adſolet appellari, qui munus hoc docendi exercet, juxta *text. in cap. ſuper ſpecula finali de Magiſtris cap. ex ſtudiis de præſumptionibus*, cum pluribus aliis, conſtantiſsimum eſt, quod *in dicto cap. ne Clerici, vel Monachi*, verbum *ſtudent*, accipitur pro diſcipulis, & audientibus ; nam ad illos, non autem ad alios ſe refert Summus Pontifex juxta ab eo anteà prolata, ibi : *Exiiſſe de clauſtris ad audiendas leges*: docet Panormitanus *ubi ſup.* Deinde : quia *ſtudere* eſt valdè cupere; & ideò ſtudia litteralia dicta ſunt à cupiditate lectionum, ut notavit Archidiachonus *in cap. in nova 16. quæſt. 7.* denique hoc idem conſtat manifeſtè *ex l. 2. tit. 9. part. 1. verſic. la oncena* ; ubi cum referantur caſus, in quibus incurritur in excommunicatione jure canonico impoſita, dicitur : *E ſi algun Monge, ò Canonigo Reglar, ò el Clerigo que ſea de Miſſa, ò otro que haya dignidad, ò perſona, è fue à Eſcuelas para eſtudiar en Phyſica, ò en Leyes.* Nam ſecundum communem uſum loquendi ire ad ſtudendum in Scholis, non dicitur de Doctore, Lectore, vel Magiſtro, ſed de diſcipulo, qui vadit ad audiendum ; itaque non obſcure infertur, quod præfata lex partitę intellexit dictum *cap. ſuper ſpecula finali* de audiente, non autem de legente : atque ideò proculdubio Gregor. Lopez *ad legem relatam, nec dixit, nec allegavit pluſquam hunc textum, & cap. non magnopere, tanquam ipſi legi concordans.*

3 *Cap. 1. in 6. ne Cleric. vel Monach.* facillime reſpondetur ex doctrina allata *num. anteced.* & nunc addes; quod in hoc capite tantum agitur de auditione, non autem de edoctione legum : & Bonifacius VIII. in eo ampliat prohibitionem, quam anteà fecerat Honorius III. *in dict. cap. ſuper ſpecula*, ad Clericos Curam Animarum habentes : unde cum in eo, quod dentur plures, & plures perſonę prohibitæ ad audiendas leges, non autem ſic ſint prohibitæ ad edocendas eaſdem leges, in nihilo offendit aſſertionem noſtram : nec facit pro contraria ſententia prædictum Bonifacii reſcriptum. Et qui plura alia pro ejus intelligentia voluerit addiſcere, adeat Barboſ. *voto deciſsivo 88. n. 23.*

4 Minus etiam opponitur deciſsio Honorii III. *in dict. cap. ſuper ſpecula 28. de privileg. & exceſsibus privilegiator.* quatenus eſt prohibitio localis, ut patet ex illis verbis : *Ne Pariſiis, vel in Civitatibus, ſeu aliis locis vicinis, quiſquam docere, vel audire jus civile præſumat.* Nam localis conſtitutio, nec excedit, nec poteſt ſe extendere ad alios terminos, quam ſibi præfixos, juxta vulgare proloquium, ſcilicet. *Quod in uno loco prohibetur, in alio permittitur ; leg. ex ea cauſa 9. de poſtuland. text. in cap. valent 81. diſtinction.* Nec obſtat ſi dicas, in decretalibus non

ap-

apponi leges ſpeciales, ſed generales; quia ſecus eſt, ut indicat Gloſſa verbo *Judicis*, & ibi Scribentes in proœmio Decretalium, & patet *ex cap. 1. de locato*, ubi Abbas *n.* 10. docet Petrus Barboſ. *in l. 1. & 7. ff. ſoluto matrimon. n.* 52. conſonat *text. in cap. olim de Clericis conjugatis*, & ibi repetentes; atque adeò hoc verum eſt, quod præcipuum exemplum deſumitur ex dicto *text. in cap. ſuper ſpecula de privilegiis.* Nec rurſus obſtat, quod Summus Pontifex non potuit laicis prohibere leges audire, quatenus eſt negotium temporale, circa quod ipſi Laici non manent ſubjecti: nam facillime reſpondetur, quod Summus Pontifex id fecit, & potuit facere favore ſacræ ſcientiæ: quia occaſionaliter habet juriſdictionem in laicos. Unde futilis eſſe apparet ſententia Rebuſi, *ut infrà* videbimus. Sed nunc reſtat nobis inquirere rationem, qua prohibitum eſt Pariſiis, pluſquam aliis partibus, jus civile? Et hæc eſt: in ea Univerſitate namque magis florebat, quam in cœteris univerſi orbis facultas Theologica: unde Honorius III. timoris vi perterritus, quod permiſſa juris civilis lectione in ea Acadèmia, aut locis vicinis, fortaſſe declinaret Theologiæ ſtudium; ideò prohibuit tam Clericis, quam Laicis ſtudere, & docere civilem ſcientiam, & rectè: nam ut docet Balduinus *in proœmio inſtitutionum in prolegom. de jur. civili §. ſum vero*: & confirmat Poſſevinus *in ſua Bibliothec. ſacr. tom. 2. lib. 13. de juris peritis cap. 17. anno 1127. plus minusvè*, libri juris civilis, qui bello Longobardico amiſsi fuerant, manifeſtati fuerunt, quorum æquitate, juſtitia, & ſapientiæ dulcedine deguſtata, maximè commendata fuit talis facultas, ita ut plerique inceſſanter ejus ſtudio vacarent, & Longobardicas leges negligerent: ad quod juvavit Imperator Lotarius, jam abrogando prædicto jure Longobardico, & præcipiendo, quod de novo inventum publicè legeretur, jam præmiis valdè afficiendo profeſſores iſtius: quod quidem ex poſt facto nimiè, aut ſaltim pariter ſanxerunt ambo Federici I. & II. Ex quo ortum eſt, quod tanti habita eſſet Juriſprudentia, quod fere omnes ejus ſtudio libentiſsimè vacarent, ad conſequendos honores: cui accedebat ambitio aliorum, qui divitiarum cauſa, Medicinæ lectioni indefeſsò inſudabant: ex quo procedit illud vulgare proloquium, nempè *dat Galenus opes, & Juſtinianus honores.* Quibus enim prævisis inconvenientibus, ac animadverſo, quod oblivioni mandata erat ferè in Univerſum Theologia, à Summis Pontificibus conſtitutum eſt, quod Religioſi non audirent Leges, vel Medicinam. Quod fecit Alexander III. *ann.* 1163. quadraginta annis plus minus vè tranſactis à tempore, quo incepit lectura juris civilis. Et Honorius III. expoſt facto ampliavit *ann.* 1220. hanc prohibitionem erga Dignitates, & Præsbyteros: ſed Pariſiis ſolum id prohibuit, non autem in aliis Provinciis, veluti Italicis, aut Hiſpanicis, & ſimilibus; tunc quia in tota Galia agebatur præcipuè de jure municipali, unde nullum incommodum continebat talis prohibitio. Tum quia in Hiſpania, & in cœteris Provinciis ſuo dominio ſubjectis tales leges civiles tum receptæ non erant, nec Univerſitates dabantur, quibus legerentur, ut notant Interpretes communiter ad dictum textum *in cap. ſuper ſpecula de privileg.*

5 Ad argumentum, quod deducitur *ex leg. 8. C. de malef. & mathemat. juncta leg. 2. verſic. nemo ulterius Cod. de hæreticis*, reſpondendum eſt cum communi interpretum ſententia, quod dictæ leges apperte loquuntur de facultatibus prohibitis, & improbatis, quæ ſunt nempè magia, & hereſis: & hoc expreſsè colligitur ex littera eorundem textuum, & ex rubro, ſub quo jacent; & magis

ex eo, quod prædictus *text. in leg.* 8. fuit desumptus ex alia *l.* 8. *Cod. Theodosiano eodem titul.* ubi loquendo de Mathematicis, iisdem verbis utitur, ut docet Glossa, tam in uno, quam in altero textu, & *dicta l.*2. fuit similiter desumpta *ex l.* 24. *Cod. Theodosiano eodem*, ubi *Hæreticanæ Sectæ Concilia prohibentur, vel docere, vel discere.* Undè prohibitio in dictis juribus intelligenda est respectu rerum, non autem respectu personarum, & ideo æque prohibetur docere, vel discere. At verò facultas legalis cum non solum non sit prohibita, sed etiam probata, & commendabilis sit utroque jure, *leg.*1. *de justit. & jur. leg.*1. *ff. de variis, & extraordinariis cognitionibus textus in cap. super specula de privileg. cap.* 1. & 2. *de novi operis nuntiatione*, cum pluribus aliis adductis à Rebuffo *in tract. nominationum jam citato n.*14. constanter tenendum est, quod in illis duobus juribus non continetur facultas Legalis, seu Medicina.

6 Pro comperto habito, ut hucusque vidimus, quod nullo jure prohibitum est, docere jus civile publicè, parum obesset, quod innumerabiles Authores contrarium sensisent: sed ut hic levis scrupulus adhuc de medio tollatur, satagendum nobis est illis satisfacere, & convincere (pro tenuitate nostra) in iisdem suis sententiis. Et sic 1. se se offert in pugnam venire Hostiensis *in dict. cap. super specula finali, ne Clerici, vel Monachi*, verbo *studeant*, unde colligit, quod non solum damnatur studium, sed lectio, ob id nempè: quia verbum *studere* commune est Magistris, & Discipulis. Verum in hoc manifestè fallit: nam præterquamquod illud verbum propriùs convenit Discipulo, quam Magistro in toto jure, in quantum ille ab hoc distinguitur, *cap. super specula de Magistris, cap. ex studiis de præsumptionibus. cum pluribus aliis*, certissimum est, *quod in dict. cap. finali accipitur*, verbum *studeant* pro Discipulis, & audientibus, *ut in hoc cap. n.*2. *diximus.* Nec etiam obstat illud, quod allegat *ex cap. super specula de privileg.* quia ut relatum manet *n.*4. est decisio localis, quę protrahi non potest in generalem decisionem.

7 Nec obstat doctrina Antonii de Butrio, qui præterquamquod allegat pro sua sententia *textum in leg.* 8. *Cod. de Maleficis* (qui nihil contra nos facit, ut vidimus *supr. n.*5.) eo argumento utitur, scilicet imposita pœna legenti, imposita videtur audienti; quod quidem nos haud negamus: quod autem negamus, est, nempè, quod ipse ait, personas Ecclesiasticas privatim, & in Camera non posse legere leges; ad idque noviter suadet còmunis opinio, quæ tenet eo modo cuicumque Religioso licere tam docere, quam discere, & studere; unde manifestè fallit Butrius.

8 Similis est Petrus de Ancarrano in eo, quod asserit *cap. antecedenti n.*1. & sic pro ejus intelligentia dicendum venit, quod de doctrina Butrii asseruimus.

9 Cardinalis Zavarela *n.*10. citatus minus obstat: nam quis infert? Prohibita est auditio, ergo prohibita est doctio, cum auditio, & doctio, ut patet, toto Cœlo distent: nam auditio, & studium est ambitio sciendi, ad disceptandum in foro, & ad judicandum in Tribunalibus, quod prorsus alienum est à personis Religiosis, prout reputatur negotium sæculare: secus vero edoctio in Cathedra, ut Magister, quia hoc est communicare scientiam bonam, & necessariam, ut sepè sæpius diximus ex sententia Fagnani. Quapropter verior, & receptior opinio tenet, quod si aliquis didicerit leges ante ingressum in Religionem, postmodum potest eam facultatem edocere, & in ea doctorari. Quo convincitur arrogantia Cardinalis Zavarelæ in prima parte. Pro secunda verò videndum est responsum, quod præstitimus Hostiensi *n.*6. hujus capitis, cujus verba transcribit.

10 Ta-

10 Tabienæ vèro reſponderi neceſſe eſt juxta ordinem ſervatum, licèt falſo allegetur pro negativa ſententia: loquitur enim ibi tantum de arte medicandi in exercitio, non autem de edocendo hanc ſcientiam Medicam: nec omninò ſe opponit ut Clerici, & Religioſi poſsint uti tali arte, ſi gratis faciant, ut ex eo loco videre eſt: ergò ſaltim in ſententia Tabienæ praxis medicandi permiſſa eſt Monachis, & Clericis, ſi ſine ſalario, aut ſtipendio exerceant: & quod ipſis interdicatur praxis medicandi, quid ad nos? Cum toto Cœlo diſtet praxis medicalis ab edoctione, quemadmodum in Legiſtis alia eſt edoctio, alia vero diſceptatio forenſis, ut jam latius vidimus, *in hac part. tract. 1. q. 5. in princip.*

11 Nec etiam contraria eſt noſtræ ſententiæ authoritas Tuſchi Cardinalis: nam intelligenda eſt in ſenſu audiendi leges, & licèt hoc explicat illis verbis: *Scientias legum profiteri non poſſunt*, poſſunt, & debent expendi, intelligendo illa de profeſsione illius facultatis addiſcendo, quemadmodum ſuperiùs accipimus capita, quæ loquuntur circa hanc noſtram quæſtionem cum Panormitan. *conſil. 88. colun. 3. verſicul. 5.*

12 Ulterius ex communi, & receptiori, falſiſsima apparet Archidiaconi Bononienſis ſententia, cum doctrina Hoſtienſis. Raptus valdeque confiſſus probare intendit perſonis Religioſis interdici legere, & ſtudere publicè, & occultè: nam contrarium veriſsimum eſt, ſaltim quoad docendum ſivè occultè, & intra clauſtra, ſivè publicè, & ſic congruit doctrinæ hujus Authoris reſponſio prædicta Hoſtienſi *ſup. n. 6.*

13 Cœterum Pater Silveſter in ſumma, ſi benè perpendatur, potius pro nobis, quam contra nos facit: nam erga edocendi leges, quæſtionem occultè, & in Camera, reſolvit ex ſententia Panormitani, non tantum ita edocere, verum etiam publicè eis licere, præſtita ratione differentiæ edocendi, & addiſcendi. Et poſtea argumento ſibi obiter oppoſito reſpondet ex ſententia ejuſdem Abbatis Panormitani, licèt dubium oſtendat circa rigoroſam ſignificationem verbi *legere*, an deſumi debeat pro ſtudere, an pro docere? Quarè ſi aliquid obeſſet, eſſet hæc dubietas; ſed quis videt dubium Authorem allegare pro affirmante, nec pro negante?

14 Succedit nunc doctrina Divi Antonini, quæ communiter traditur pro adverſaria: ſed neſcio undè poſsit deſumi major contrarietas, quam quæ reſultat ex *cap. non magnopere*, cui reſponſum manet *n. 1.* nam ſemper venerabilis doctrina hujus Sancti Authoris, ita verbis adhæret prædicti capitis, quod vix ullum addidit, ut ex ejus littera videre eſt. Unde expoſito verbo *ad legendùm*, *ut n. 1.* egimus, potius pro nobis, quam contra nos eſt.

15 Henric. Boich. nihil magis authoritatis ſibi arripit, quam habebat Hoſtienſis: nam præterquam quod utitur verbo *legere*, ac Divus Antoninus *numer. antecedent.* allegatus, omnino tranſcribit prædictum Hoſtienſem.

16 Joannes autem Monachus in eo, quod aſſerit, *& ſic Monachus non poteſt jura civilia audire; ita nec docere*, appertiſsimè fallit, quatenus deſumit verba *ex leg. 8. C. de malef.* quia de ſcientiis in ſe prohibitis inquit: non autem de iis, quæ certis perſonis prohibentur, cum in ſe licitæ ſint, & ſine ullo periculo valeant profiteri, ut accidit in Legibus, & Medicina: quia hæ facultates, ut jam vidimus ſupra *n. 4.* in ſe bonæ, & neceſſariæ ſunt.

17 Deinde colligitur de falſa intelligentia Jacobi Menochii, quam præſtat *cap. ſuper ſpecula de privileg. in 6.* docendo: quod non ſolum Pariſiis, verum etiam aliis Provinciis Pontifici ſubjectis Monachis, Archidiaconis,

De-

Decanis, Plebanis, & ſimilibus interdictum eſſe leges audire, & interpretari. Nam hæc ſententia prorſus aliena eſt à tanto Authore, cum ex conſtitutione locali deducat generalem prohibitionem, quod fieri non poteſt, immo intelligenda eſt ſolum de locis, de quibus agitur in ea, & quod illa deciſio localis ſit, jam probavimus in hoc capite *n.*3. ex qua doctrina venit præcisè reſtringenda, quam fundat Menochius.

18 Ulterius reſpondetur Quintiliano Mandoſio, quem Achillē judicant Authores contrariæ ſentētiæ, & nos oppoſitum rectè judicamus verū: quia in toto ſe remittit Rebuffo: & nullā authoritatem habet amplius, quam ipſe, ad quem refertur; & tam unus, quam alter receſſit à via veritatis, quatenus torſerunt litteram, & veram intelligentiam capitum, quæ ad hanc materiam expectant, ut ex his videre eſt. Deinde falſo ſibi perſuaſit Mandoſius in eo, quod allegat neceſſariam eſſe diſpenſationem ad docendum leges, eamque impetrari ſolere à Summis Pontificibus, & ita Romanam Curiam ſervare. Nam reſpondemus, quod argumentum dicti ſtyli conſtans non eſt: quippè (ut eſt in proverbio) ſtylus Curię quandoque albus, quandoque niger. Docet Hoſtienſis. *in proœmio ſummę, colun.* 4. Lapus *allegatione* 2. Gomez *in Regul. triennali, q.* 53. *cap. finali*, idem Mandoſius *in Regul.* 33. *Chancellar. q.* 8. *n.*5. Prętерquamquod certum eſt, quod nulla datur prohibitio expreſſa, aut tacita in jure ad docendum leges, ut ex dictis conſtat, & expreſsiùs confirmat Joannes Andræas *in Regula cum quid una via circa finem*; eſt conſequens, quod opus nunquam fuit tali diſpenſatione. Deinde ſtylus, qui jure communi non fundatur, non eſt neceſſariò ſequendus, ut notat Gomez *in Regul. de infirmand. reſignatione q.*14. *in princip.* Nec in caſu, quo quis velit audire leges (quod ſtat prohibitum) neceſſaria eſt diſpenſatio Pontificia, ſed ſufficit eam impetrari ab Illuſtriſsimo, & Reverendiſsimo ejus Nuntio, ſeu Legato, ut latè Gambara *de authoritate Legati, lib.*2. *in Rubrica de variis Ordinariorum nominibus, ex num.* 282. *uſque ad* 318. quem refert, & ſequitur Emman. Rodriguez *tom.*3. *de Regularibus, quaſt.*67. *artic.* 5. qui tenent authoritatem Navarri, & Cardinalis Toleti in locis ſupra relatis, quod talis non datur ſtylus. Qui Interpretes, ut teſtes gravis notæ, & Scriptores ejus temporis, & in Curia exiſtentes digniores fiunt creditione, ex quo prorſus convicta manet Mandoſii ſententia.

19 Facilius reſpondetur Majolo: qui, ſi rectè perpenditur, potius favet, quam contradicit noſtræ ſententiæ; nam etſi dixit: *Quod Monachi phyſicam legentes, vel juri civili legendo operam dantes ſunt excommunicati.* Et paulò poſt: *Quod eadem pœna impoſita eſt Clericis in dignitate conſtituti s, & Præsbyteris.* Intelligendum eſt de ſola auditione legum, minimè verò de docendo illas, ut conſtat ex Authoribus quos citat, nempè Speculator, tam *in lib.* 1. *p.*1. *titul. de diſpenſationib.* §. *juxta, n.*13. *in fin.* quam *in lib.* 4. *part.* 4. *titul. ne Clerici, vel Monachi*, qui tantummodo de audientibus loquitur, cum Bernardo Diez *in praxi, cap.* 59. Silveſter *verb. irregularitas, verſic.*22. & quod magis eſt idem Majolus *lib.* 3. *cap.* 5. *num.*8. utitur cautiùs verbo audiendi, loquens in eodem propoſito, & materia.

20 Rebuffo ſatisfacit pro nobis Navarrus *in cap. non dicatis. n.*2. *verſic.*3. dico, qui adverſus eum inſurgit, eo quod falſo allegat ſtylum Curię Romanæ contrarium eſſe. Ac deinde inquit: *Jure verus eſſe contrarium, quod Rebuffus, ait nempè: quia ſola auditio publica, & ſtudium audientium publicè vitatur Monachis, ſed non auditio privata, nec prælectio, ſeu (ut ita dicam) doctio publica.* Idque ipſum facit Doctor Salced. in additionibus ad

Ber-

Bernardum Diez *dict. cap. 59. verſic. illud tenet* : quia ita ſimiliter reprehendit Rebuffum in eo, quod teſtatur de ſtylo Curiæ.

21 Paſſerinus verò noſtræ ſententię acriter oppoſitus, pariter etiam venit intelligendus in eo, quod docet, prohibitum eſſe Regularibus jus civile publicè legere : nam poſtquam hoc aſſerit, ipſo non obſtanti, inquit, quod poſſunt in ea facultate doctorari. Quis non videt manifeſtam in conſequentiam hujus Authoris? Nam quid conceditur per gradum Doctoratus, niſi facultas, & munus docendi? Ergo ſi in ſententia Paſſerini poſſunt doctorari, & munus docendi exercere poſſe neceſſarium eſt, ut rectè docet Pater Mendo *de jur. Academic. lib. 2. ſelectarum q. 31. numer. 377. & 379.* Deinde docet idem Paſſerinus, *quod Regulares omnes ſcientias, & diſciplinas docere poſſunt, quæ illos decent excepta Medicina, & jure civili, prout parum conformantur cum ſuo ſtatu, maximè quantum ad jus civile, quod totum forenſes cauſas reſpicit, & non Eccleſiaſticas, quas tractare non convenit Religioſis.* Hæc ille : verum falſo perſuaſus : nam in ſententia Paſſerini tota ratio, obquam non decet regulares jus civile docere, eſt : quia cauſas forenſes reſpicit; ſed Monacho licet pro utilitate Monaſterii munus advocationis exercere (quod totum forenſe eſt) *cap. 2. de poſtulando gloſſ. in cap. ſtipendiis eod. titul.* vel ex alia juſta cauſa, nempè miſerabilium perſonarum, vel gratitudinis debitæ, aut quia gravis commoditas ejuſdem, ſeu parvitas occupationis id expopoſcerit, ut docet Gratianus *tom. 1. diſceptationum cap. 57. n. 26.* Navarrus *in cap. non dicatis 12. quæſt. 1. n. 99.* Salced. *in praxi Canonica cap. 69. gloſſ. 1. limitatione 2.* ergo ſaltim in his caſibus decet Religioſum munus advocationis exercere: ergo ſi advocatio coram Judice Sæculari in aliquibus caſibus non opponitur decentiæ ſtatus regularis, minus opponi debet juris civilis edoctio. Rurſus hoc idem clarius ſuadetur ex eo, quod qui Doctor invenitur in ipſa facultate civili, & ita pauper exiſtat, quod patrimonium, aut Beneficium non habeat, poteſt legitimè ordinari : quia veroſimile eſt ex doctrina illum poſſe commodè ſubſtentari, docet prædictus Gratianus *loco citat. n. 30.* Frater Emmanuel Rodr. *in ſumm. part. 2. cap. 15. de Ordin. n. 15.* Gonzal. *in Regul. 8. Chancellar. de alternativis gloſſ. 4. n. 36.* ergo doctrina juris civilis indecens non eſt Clericali ſtatui, ſeu Regulari: ergo de primo ad ultimum convincitur ſententia Paſſerini.

22 Eodem modo parum conſequentem ſe oſtendit Pater Pellizarius in eo, quod negat Regulares poſſe docere civilem ſcientiam, & affirmando ex poſtfacto poſſe in illa doctorari: nam venit convincendus ex doctrina allata *num. antecedent.* & ex doctrina Patris Mendo *loco nuper citato.*

23 Tandem ſe ſe offert refellenda doctrina D. Graña, quæ quidem cum fundetur tantum in authoritatibus Cironii *in 5. compilatione cap. ſuper ſpecula finali, ne Clerici, vel Monachi*, & Duareni *de Sacris Eccleſię miniſteriis lib. 4. cap. 2.* & Gibalini *to m. de clauſura Regularium diſquiſ. 2. cap. 2. §. 3. n. 31. & ſequent.* (qui omnes loquũtur tantum de auditione, nec ullum verbum dicant de doctrina) credimus, quod forsàn fuit error Typographi potius, quam voluntaria extenſio prohibitionis à tanto viro facta.

24 Percurſis Authoribus adverſariis reſtat nunc nobis percallere rationes, quas præſtant, ut ſuam opinionem exornent. Eſt prima : *Ne occaſione ſcientię ſpirituales viri mundanis rurſus actionibus involvantur.* Eſt rurſus, *quod nemo militans Deo implicet ſe negotiis ſecularibus*, juxta Divi Pauli dictum. Verum prima ratio non obſtat; nam cum Panormitano *in dicto cap. ſuper ſpecula n. 16.* quem ſequitur

Fag-

Fagnanus *in dict. cap. non magnopere*, & ibi Dominus Gonzalez, dicendum est, quod procedit, & locum habet casu, quo quis incipit studere, non autem de eo, qui jam Magister talem scientiam docet, ea adhibita ratione differentiæ, quam præviderunt Authores modo allegati, ibi: *Nam facit id, ut rursus involvatur actionibus secularibus, sed ille, qui prius scientiam jam didicitam docet, non involvitur de novo, sed communicat aliis scientiam in se bonam, & necessariam ad regimen Orbis terrarum.* Cui accedit: quod allata ratio apropriari non potest ClericisSecularibus, ut rectè animadvertit Augustinus Barbosa *voto decisivo* 88. nec convenit Religiosis Militaribus, cum quibus omninò dicũt conformitatem, ut infrà videbimus. Itaque ut constans est, quod alia est causa Monachorum; alia Clericorum *text. in cap. alia* 16. *q.*1. proveniẽte differentia, ex strictione regulæ illorum, & ex districtione istorum, *ut probat text. in cap. Clericatus* 16. *q.*1. Et melior *text. in cap. nunquam de manu, versicul. fin. de consecratione distinct.* 5. Consequens est, quod licet prædicta ratio conveniret Religiosis ad prohibendum illis tam legalem scientiam discere, quam docere, deberet restringi circa seculares clericos. Ad secundam vero rationem ex loco Divi Pauli deductam respondetur: quod licèt verum sit, quod clericis secularibus, uti Religiosis prohibita sint negotia purè secularia, ipso non obstanti, non prohibentur illis, quæ sunt communia cœteris secularibus, nec quæ sunt necessaria ad degendum in seculo; sed tantum de illis, quæ licèt laicis sint permissa, sunt tamen illis expressè in jure prohibita, ut colligitur ex mente omnium Doctorum *in dicta rubrica, ne Clerici, vel Monachi.* Ubi optimè Boetius Epomphrisius *lib.* 5. *quæstionum heroicarum, & Ecclesiasticarum in notis*, & cum illis expressè prohibitum non sit leges civiles docere, non debet hoc reputari, ut negotium seculare, quod sensit Fagnanus *ubi sup.*

25 Ad secundam etenim rationem respondetur: quod si tota ratio, qua fundaretur prohibitio scientiæ legalis, esset, *ne daretur Diabolo tentandi, & vagandi locus, & ut potius invigilarent Clerici, & Religiosi in adstruendis fidelium animis*, sequeretur, quod officium quodcumque, quod impediret tale munus sacrum adimplere, prorsus prohiberetur: sed etsi officia minus honesta sint, compatibilia fuerunt cum ipso munere, nec fuerunt prohibita Religiosis, & personis ecclesiasticis: ergo fortiori ratione compatibile debet judicari munus docendi jus civile, quod undique honestum est. Major constat, & minor probatur: nam Apostolorum census semper fuit labore manuum suarum victum quærere, ut docet Divus Matth. *cap.* 27. & Divus Lucas *cap.* 8. Divus Joannes *cap.* 12. & Divus Marcus 6. *in cap.* qui Jesum Christum Dominum nostrum non modo filium Fabri, sed etiam Fabrum vocant, & de eo dixit Justinus Martyr. *Dialcont. Triphon. Jesus Josephi Fabri filius solebat, dum inter homines degeret aratra fabricare, jugaque, ut per has figuras justitiam doceret, & re ipsa fugam otii.* Similiter etiam Divus Petrus, ac alii Discipuli ante Christi Passionem piscabantur, quando per totam noctem natantes nihil præhenderant, Divus Lucas *cap.* 5. & Apostolus Gentium *in actibus Apostolorum cap.* 20. inquit: *Ad ea, quæ mihi opus erant, ministraverunt manus istæ.* De Æssenis scribit Eusebius *de Præparatione Evangelica lib.* 8. *cap.* 4. *Quod alia aliorum negotia sunt, quæ impigre subeuntes certant, non frigus, non calorem, non aliquam aeris mutationem formidantes. Sunt autem eorum alii Agricolæ, alii Pastores, alii apum Cultores: nihil facere recusant, quod cum utile societati sit, turpe non est, ingentes agros non laudant: sed tantum colunt, quantum necessitati possit sufficere.*

Idemque asserit Cassianus *de institutione Canonica lib.* 4. *cap.* 14. & Divus Hieronym. *in epistola ad Eustochium de Monachis Ægypti*, & Paladius *in Laussiacis cap.* 39. *de Monachis Sancti Pachomii*, ait: *Exercent omnem artem, & ex iis, quæ supersunt, edifficant etiam mulierum Monasteria, & custodias: sic autem erant eorum opera; alius quidem laborat in agro colendo, alius in horto, alius in Pistrino, alius in Æris officina, alius in fabricando, alius in arte fullonia; alius in parandis Coriis, alius in consuendis calceis, alius in pulchre scribendo, alius contexebat magnas sportas, alius canistros, & sportulas.* De Monasterio Theodosii idem testatur Theodoret. *in Philiteo cap.* 10. ac de Monachis Ægyptiis scribit Cassianus *lib.* 3. *de institut. cap.* 2. & idem Eusebius *lib.* 8. *cap.* 4. *& lib.* 9. *cap.* 1. quod compatibilia faciebant prædicta opificia cum Psalmis, & Scripturarum meditatione: & idem Theodoretus *de Magno Theodosio cap.* 10. scribit, quod hortabatur suos ad operandum, sed cum hac providentia, *ut in tempore, præscripta perageret Divina Officia, id autem, quod intercedebat temporis, impenderet operi.* Idque ipsum hortatur Divus Benedictus *in sua Regula cap.* 48. quod autem tantis viris liceret labores manuales parare non dubitamus, tum ob otium vitandum, tum ob victum quærendum, tum ob humilitatem exercendam: quia id nobis expressè docet Cassianus *lib.* 10. *cap.* 23. & Landmet. *de vetere Clerico Monacho lib.* 2. *part.* 2. *cap.* 6. ergo ob eosdem fines adimplendos licere potius debet, tam Clericis, quam Monachis jus civile edocere, idque munus exercere; ac compatibilia in illis fieri posse, quin in vigilare desinant in animis fidelium adstruendis.

26 Tertia etenim ratio facile dissolvitur, quatenus si verum esset, *quod plausus populorum per celsitudinem scientiæ esset vitandus*; pariter ac hoc propriatur facultati civili, procederet in Theologia, & jure Canonico. Sed quis dicet, quod plausus populorum vitandi causa ab his scientiis abstineri debet? Ergo nec sufficiens causa reputari debet, ut civilis scientia prorsus interdicatur: quod enim personis Religiosis, seu Ecclesiasticis interdici judicaremus, est nempè si causa plausus popularis addipiscendi, quis vellet facultatem civilem edocere: quia cum omnino aufugere debeant à quacumque plausibilitate ratione sui status, etiam ab ea abstineri debent; quæmadmodum eis non liceret, si causa delectationis, & voluptatis talem facultatem edocerent; licet secus esset, si causa eruditionis, & majoris perfectionis ejus doctrinæ eam doceret: conducit doctrina Gratiani *disceptatione* 37. *per totam*, & Albertus Trotius *de vero, & perfecto Clerico lib.* 2. *cp.* 35. Nec etiam obstat indecens esse Clericis, seu Religiosis peritos se exhibere disceptationum forensium. Nam si hoc absolutè verum esset, etiam esset, quod nullo casu possent advocatiam exercere, nec judicare causas civiles: sed dantur casus, in quibus prædicti tàm exercere, quam judicare causas civiles possunt, ut probatur *ex cap.* 2. *de postuland.* ubi Dominus Gonzalez: ergo indecens non est civilem facultatem docere. Major verisima est, & probatur amplius: nam munus advocati exercere, & causas judicare propriùs dicitur disceptatio forensis, quam facultatem civilem docere: sed ut jam diximus pro utilitate Monasterii, pro miserabilibus personis, pro conjunctis, atque pro victu quærendo, possunt illud munus exercere: ergò fortiori ratione munus docendi. Deinde hoc idem expressius confirmatur ex communi, & recentiori sententia, qua traditur Clericis licere, & decere causas civiles Ecclesiasticas terminare, tum ex eo, quod si illis licet, & decet literarum pure temporalium esse eruditos, ut docet Gratianus, & Albertus Trotius

tius *ubi supr.* cur ergo eos non decebit facultatis civilis professio ?

27 Minus offendit penultima ratio adversus nostram sententiam oppositа, nempè actum docendi jus civile Religiosis prohiberi, *ut potius inservirent scripturarum*, & *Pontificum decisionum lectioni* : quia hæc ratio nihil probat : nam si aliquid probaret, sequeretur ex ea, quod nullas artes profiteri possent, nisi prędictas, aut quæ cum illis connecterentur, vel conducerent ad eas facile acquirendas. Sed alias artes profiteri possunt purè temporales, utpotè Grammaticam, Astrologiam, Arithmeticam, Musicam, Rethoricam, Artem Poeticam, & alias similes, quæ cum Theologia, & sacris Canonibus nullam dependentiam habent, ut docent Gratianus, & Trotius superius allegati, Pater Mendo *de jur. Academic. lib. 2. selectar. q. 31. n.* 389. ergo ita pariter in facultate civili dicendum est. Patet consequentia : nam si illæ artes temporales conveniunt Religiosis ex eo, quod siquid mali in earum exercitio invenitur compensari potest cum ingenti utilitate, quæ in scitu illarum versatur, & cum commodo, quod secum trahit doctrina illarum artium, ut tenet prædictus Mend. *loco modo citat.* idem dicendum venit de facultate civili, cum doctrina illius non parum commodum secum trahat pœnes rempublicam, ut latè fundavimus *sup. cap. 1. n. 47. & seq.* Deinde etiam pro hoc stat, quod diximus eodem *cap. n. sequent.* ubi manet dèmonstrata connexio, quam habet jus Canonicum cum jure civili, & quam necessarium sit hoc addiscere, ut illud sciatur : ergò, &c.

28 Ad ultimam Regulam in contrarium propositam scilicet, *quod censetur prohibitum, quod non invenitur concessum* : respondetur dupliciter ; primo, quod hæc regula intelligenda est de illis rebus, quæ generaliter sunt malæ, illicitæ, & reprobatæ ; sed aliquo casu speciali conceduntur, seu permittuntur ob aliquam circunstantiam, aut rationem particularem, & tunc valet argumentum, & firmatur regula relata in contrarium : at vero quando res sunt in se bonæ, licitæ, & in genere approbatæ, & concessę omnibus, non habet locum hæc regula, sed alia, nempè *permissum censetur, quod non invenitur prohibitum.* Ita Glossę, & Authores in illis juribus ; ex quibus deducitur illa Regula contraria. Secundo etiam potest responderi, quod ad cognoscendum, in quibus rebus procedat unaquæque ex dictis duabus regulis, attendendum est admodum, quo leges disponunt : nam si lex procedit prohibendo, denotat, quod aliàs generaliter erat permissum, & procedit secunda regula ; & si lex disponit permittendo indicat, quod alioquin generaliter erat prohibitum, & procedit prima regula in contrarium appositа ; & hæc est differentia, quæ versatur inter edicta permissoria, & prohibitoria, quorum mentio fit quam plurimis juris locis *text. in leg.* 43. §. *cum quæretur* 1. *de procuratorib. leg.* 1. *in fine*, *ff. de testibus, leg.* 1. *de testamentis cum mille aliis.* Sic ergo cum decisiones, quę circa facultatem civilem loquuntur, disponunt per viam prohibitionis ( ut ex suo contextu colligitur, & suadent Glossæ, & Authores, *cap. 1. n. final.* allegati ) sine dubio ergo est, quod totum, quod in illis specificè, vel expressè non inveniatur prohibitum, est permissum, ut constat ex secunda regula cum concordantibus : docent Authores suprà allegati *cap. 1. n. final.*

29 Aliqui vero ex Authoribus contrariæ sententiæ intendunt probare, prohibitionem hanc favorabilem esse, undè amplianda potius, quam restringenda est : cujus opinionis fuerunt Hostiensis, & alii ejus sequaces ; hoc enim desumunt ex ea ratione qua utitur Summus Pontifex *in dict. cap. super specula. de privilegiis*, ibi : *Quia Theologiæ studium cupimus ampliare,*

*re*, quam dicunt æquè procedere in audiente, & *legente*; hoc eſt *docente*: quare extendi debet de auditu ad lectionem ex identitate rationis. Sed hæc objectio parvi momenti eſt, atque ei occurritur ex doctrina Joannis Andreę *in dict. Regul. cum quid una via.* ubi detexit errorrem Hoſtienſis, & tenet eſſe communem opinionem, quod dicta deciſsio odioſa eſt, & reſtringibilis ad ſolos ſuos limites, & proprietatem verborum. Et in confirmationem iſtius allegat, ut expreſſum, *text. in cap.* 1. *ne Clerici, vel Monachi lib.* 6. juncta diſpoſitione Doctorum, quæ præceſſerat, ut conſtat ex Gloſſ. finali, *in dict. cap. ſuper ſpecula*, & Gloſſa *in dict. cap.* 1. verbo: *Declaramus.* Inquit enim. *ideò ibi Pontificem ſic limitativè declaraſſe textum in dicto cap. ſuper ſpecula: quia ejus deciſsio pœnalis erat, & odioſa; ideòque reſtringenda*: quare ergo hodie licere non debet de hoc dubitari, nec diſputari poteſt, cum detur deciſsio expreſſa Pontificia, quæ id comprobat: tenet Panormitan. *in dict. cap. ſuper ſpecula n.* 16.

30 Nec ideò petullanter aſſeveramus ſententiam hanc pœnitus ratione carere, nulliſque omninò fundamentis ſubnitti: nam hoc decidere, nefas eſſe judicaremus. Habet ergo ſua motiva, non juſtifica, ſed ſuaſſoria, & juſtitiæ colore fucata, maximè ſi opinio talis accomodari velletMilitaribus, *ut ſequentibus capitibus* demonſtrabimus. Non enim negamus deciſsiones Canonicas, à quibus deſumpta eſt diverſitas opinionum circa ſubjectam materiam, prout verbis ambiguis partim utuntur, occaſionem præſtitiſſe ad opinandum, ſed non cauſam, aut rationes convincibiles. Hæ tamen, ſi adamuſim liberi, rectique judicii expendantur, quantumvis ab Authoribus contrariis forſan magnificatæ, & exaltatæ ultra veritatem, in ſubſiſtentes ſunt, vel tam exilię probabilitatis, & veriſimilitudinis, ut hoc *in cap.* vidimus, ac de cœtero videbimus, de Militaribus loquendo in particulari: unde ab hinc prorſus, in nihilo ſtimanda venit erga ſe ipſos: & ſi de novo, ut nunc contingit, ex poſt facto vellit ſubſcitari; quippè prætextus, & colores ſatis non ſunt (præcipuè contra juſtè poſsidentem, ac veram, & legitimam poſſeſsionem) ſed ea probabilitas, & veriſimilitudo in re tanti momenti neceſſaria eſt, quæ ſufficiat ad inducendam exploratam, perſpectamque juſtitiam, quæ tanta eſſe debet, ut moralem certitudinem producat, alioquin in omni prudentum, ſivè externo, ſivè interno judicio, parvi momenti judicandam eſſe neceſſe erit: nec à piaculo gravis offenſæ, aut injurię infons poterit diffiniri, qui, prævisis fundamentis ex parte militarium adſtantibus, ſimilia adhuc objectarit, cum eos, ſuaſque perilluſtres Religiones arguat ipſofacto de peccato, quod non licèt. Defendendū equidē ſuſcipimus, contra præſentaneam calumniam, ipſis venerabilibus Miliciis, ad legalem facultatem docendam, jus adfuiſſe: nedum quomodolibet probabile, ſed longè probabilius, ut propterea dici debeat certum, perſpectum, evidens, eo tamen evidentiæ genere, quod ſubjecta materia permittit. In Moralibus namque ſtultum eſſet quærere eam evidentiam, vel certitudinem, quæ reperitur in Mathematicis. Etenim ex Ariſtotele 1. *ethicorum cap.* 3. *indiſciplinati hominis eſt eandem in omnibus certitudinem quærere.* Debet ergo, qui vis conquieſcere, dum certitudinem eam reperit, quam requirit materia, de qua diſceptatur. Æquale quippè vitium eſt Mathematicum velle perſuadentem, & ethicum demonſtrantem: ſiquidem in contingentibus, ex quavis etiam minima circunſtantia, hypoteſis ſic alteratur, *ut quid cui anteponendum ſit, difficilis ſæpè eſt judicatio*, ait Phyloſophus dicto loco. Cœterum in his materiis, quando

do opinio occurrit notabiliter, & ſenſibiliter oppoſita probabilior, hæc dicenda eſt abſolutè certa : quia habet illum certitudinis gradum, qui in ſubjecta materia poteſt obtineri ; itaque quando quidem jura opinionem vehementè pro certitudine reputant, Gloſſ. *in leg. in repudianda ff. de acquir. hæredit.* Bald. *in leg. ſi quis extraneus §. ſciendum ff. eodem.* Ancarran. *conſil.* 354. *num.* 4. *verſic. Et quod vehemens opinio, facit text. in cap. veniens de Præsbyter. non baptizat. in fine* : ibi: *Et hæc præſumptio pro certitudine ſit habenda*, & in cap. *afferte de præſumptionibus.*

31 Ex quibus conſequi licet, quod quamvis opinio contraria, de qua *in cap.* 2. diſſeruimus, in ſe expectata probabilis fortaſsè ſit, compoſsita cum affirmativa opinione, quam latè fundavimus *cap.* 1. conjuncto jure ſpeciali, quod Militaribus in eſt, ab omni probabilitate neceſſariò decidet : quia cum hoc ſit juridice, & legaliter certum, utpotè vehementiſsimè probabile ( de quo clariſsimè innoteſcet ex dicendis *duplici in cap. ſequenti* ) ut illa opinio, illudque jus in contrarium oppoſitum, ſit legaliter, & juridice falſum, neceſſe eſt ex dialectica contradictionum lege. Sed inſtituto noſtro proprius accedentes, ad remque noſtram agrediamur, duplicis generis argumentis nobis utendum erit: prima poſsitiva ſunt, quę ſcilicet vindicant, & aſſerunt jura Militaribus ſpecialiter adhęrentia : poſteriora negativa : quia contraria momenta Patris Mendo diſsipabunt, quibus diſsectis veluti lux diſcuſsa caligine, aut fugatis nebulis, juſtitia cauſæ noſtræ, magis, magiſque eluceſcet.

***

*Quo exagitantur ſingularia ; quæ pro Religioſis Militaribus faciunt, ut licitè, & decenter docere valeant jus civile publicè in Scholis.*

## SUMMARIUM.

*Citatur P. Mendo in locis, in quibus aſſeruit capacitatem habere Religioſos Militares edocendi leges de jure communi, ſed de facto, & praxi eis non licere, nec decere: verum contrarium in hoc capite venit tenendum. n.* 1.

*Refertur Bulla Julii III. expedita ann.* 1554. *& verba conducentia ad noſtrum aſſumptum ad litteram tranſcribuntur. n.* 2.

*Ulterius allegatur Bulla Gregorii XIII. expedita ann.* 1573. *& verba ejus enarrantur, in quibus conceditur ad petitionem Philippi II. poſſe eſtudere jure civili ad Decretorum Canones melius intelligendos. n.* 3.

*Conſonat Bullæ antecedenti alia Innocentii VIII. conceſſa Univerſitati Piſſanæ expreſſa derogatione conſtitutionum in contrarium expeditarum, nempè Alexand. III. Honorii etiam III. Clement. IV. & Bonifac. VIII. n.* 4.

*Ex Bulla Gregorii XIII. relata ſuprà n.* 3 *deducitur concluſio, nempè eo, quod per illam indultum ſit ſtudium civile univerſis Militaribus, licet eis illud docere; ſed huic occurrit P. Mendo taxationem faciens pro neceſsitate juris Canonici adquirendi: verum hic modus taxandi impugnatur hic n.* 5.

*Diverſis rationibus occurritur intelligentiæ prædicti P. Mendo, jam deductis ex ſe ipſo, jam ex aliis queſitis ab aliis AA. n.* 6.

*Alia duplici ratione convincitur prædicta doctrina Mendi. Prima: quia veroſimile non eſt Philippum II. qui tanto invigilavit ſuper exactam diſciplinam, & reformationem Collegiorum Militarium, ſi neceſſaria eſſet Bulla ad docendum, eam non petiiſſe. Secunda ex*

*exemplaribus, quæ refert ipse Mendo eorum, qui fuerunt Judices in diversis Tribunalibus, quæ non darentur, si docti non essent, tam in jure civili, quam Canonico. n.7.*

*Ex ratione tradita num. anteced. descendit alia, nempè majorem prohibitionem dari in judicando, quam in edocendo: nam illud constat expressè, hoc vero saltim in dubio manet: ergo &c. Augetur hoc ex aliis rationibus, quæ videri possunt in hoc. n.8.*

*A paritate Clericorum Secularium desumitur aliud argumentum in favorem Militarium, quatenus inter se similitudinem habent, itaque (sicut illi, sint isti) possunt docere jus civile. n.9.*

*Deinde: quia ratio prohibitionis* cap. non magnopere, *nullomodo comprehendit Militares, ut diversis rationibus hic probatur. n.10.*

*Ulterius: quia nec Regulis, nec statutis Militarium opponitur edoctio legum civilium ob laxitudinem Regulę, quam profitentur. Quod ostenditur variis exemplis. n.11.*

*Ex stabilimenti nostri Ordinis variis in locis deducitur alia ratio probativa assertionis edocendi prædictas leges civiles. n.12.*

*Suadent prædictam veritatem dictę assertionis capitula diffinitionum Ordinis Calatravensis, quæ referuntur, & ex quibus arguitur pro nostra sententia. n.13.*

*Diffinitiones Alcantarenses id ipsum probant, & praxis, quæ communiter observatur, tam intra, quam extra Collegia in exercitiis militaribus, idem attestatur, ut pro constanti Regula asseritur in hoc n. 14.*

*Stylus, & consuetudo, quam habet Consilium Ordinum in concedenda quarta parte impensarum professoribus nostri Ordinis in hoc jure civili licentiandis, & doctorandis, clarè convincit facultatem edocendi nobis licere, & decere: nam aliàs credibile non esset tantum Senatum auxilium illud conferre velle. n.15.*

*Inconcussa admissio in universum recepta à nostra Schola Salmantina professorum Militarium conferente illis gradum in facultate civili, & ad se opponendum ad Cathedras in eodem jure, cui admissioni consonat grata receptio suorum exercitiorum à Sapientissimis Senatoribus Regiis Castellæ, suffragando pro illis ad Cathedras obtinendas, rectè probat assumptum sine ulla tergiversatione. n.16.*

*Narrantur pro consuetudine nostra perantiqua edocendi leges civiles plures oppositores, & professores Ordinis Alcantarensis. n.17.*

*Alii oppositores Canonistæ ejusdem Ordinis, qui publicè edocuerunt jus civile in Scholis Salmantinis referuntur. n.18.*

*E Collegio Calatravensi referuntur etiam alii quam plurimi purè legistæ oppositores, & professores. n.19.*

*Canonistæ, qui simul versati fuerunt in facultate civili publicè in iisdem Scholis ejusdem Ordinis, & Collegii enarrantur. n.20.*

*Nostri etiam Ordinis Jacobęi Antagonistæ simpliciter civiles adstiterunt ab antiquis temporibus plures, qui ennumerantur in hoc n.21.*

*Alii exprimuntur ejusdem Collegii alumni, qui licèt oppositores non fuerint, plurima exercitia litteralia in Universitate fecerunt laudabili dexteritate. n.22.*

*Canonistę oppositores ejusdem Collegii, & Ordinis, qui eodem tempore edocuerunt jus civile publicè in Scholis, ennumerantur. n.23.*

*Deducitur illatio certissima, nempè legitimam prescriptionem, quam pro se habent Militares, eis favere, ita ut nullo capite possit illis objici incapacitas. n.24.*

## CAPUT IV.

1 SUppositio, quod Religiosi in communi nullam habent prohibitionem de jure, ut possint le-

leges civiles edocere, reſtat nunc nobis inquirere, enodatis difficultatibus, quæ contra noſtram ſententiam robuſtas ſe exibebant : an circa Religioſos Militares aliqua verſentur ſpecialia, quæ fortaſſe illis faveant, ut non ſolum capaces de jure, verum etiam de facto ſcrupuloſioribus appareant ? Ad quod ergo animadvertendum eſt, quod licet R. P. Mendo, *in tract. de jur. Academic. lib. 2. quæſt. 30. num. 361. & quæſt. 31. n. 378. de Ordinibus Militaribus diſquiſit. 9. q. 3. num. 24. & 25. & q. 8. n. 67. & ſequenti*, fateatur tam Religioſos in communi, quam Militares in particulari theorica probabilitate, capacitate gaudere edocendi jus civile; tamen quia defacto negat eis talem probabilitatem aſſiſtere ob contrariam conſuetudinem, vel quia Sacræ Regulæ obſiſtunt, illudque prohibent: nos autem ſolum curabimus detegere improbabilitatem opinionis tanti Authoris, in quantum attingit ad Militares : & ſic ſalva manebit prædicta opinio quoad alios Religioſos in communi : nam ad noſtrum aſſumptum ſatis eſt improbabile non eſſe Religioſos in communi poſſe edocere theoricè, & de jure; quamvis defacto, & practicè non valeant in edoctione civili verſari, in quo non inficiamur. Unde prius agendum nobis eſt *in hoc cap.* de his, quæ ſpecialiter conveniunt Clericis Fratribus Militaribus, ut ab aliis ſecernantur Religioſis in facultate edocendi jus civile. Poſteà verò *ſequenti in cap.* ( Deo annuente ) ſententiam prædictam Patris Mendo refutabimus. Nunc ergo, ut incipiamus, affirmandum venit, quod prædicti Religioſi Militares non ſolum jus civile docere valent, attento jure communi, ſed etiam juxta praxim ſuam, ſtatuta, & diffinitiones ſuorum Ordinum : ac denique : quia indecens non eſt ſimile exercitium ſuo ſtatui, vel profeſsioni.

2 Ut enim promiſſa adimpleamus, primo ſciendum eſt, quod Militares non ſolum edocere, verum etiam ſtudere publicè in Scholis rectè poſſunt. Quamvis aliàs Religioſi in communi, & Clerici Seculares non valeant, ut jam diximus, & latè fundavimus *cap. 1. n. 2.* Et hoc ſuadetur ex Bulla Pontificis Maximi Julii III. de qua conſtat in ſtabilimentis Ordinis Divi Jacobi recentioribus, & compilatis *ann. 1652. fol. 32. tradit Bullar. Ordin. ann. 1554. ſcript. 1.* in ea verò concedit alumnis ejuſdem Ordinis Beatiſsimus Pater noſter, quod omnes, qui Præsbyteratus ſacro Ordine initiati non eſſent, poſſent ſtudere in Scholis publicis facultati civili : quod privilegium protrahi debet ad alios Militares ratione Bullæ participationis, qua gaudent, quin indigeant alia. Quo nixus fundamento Pater Mendo *dict. tract. de Ordin. diſquiſit. 9. quæſt. 3. n. 15.* reſolvit omnes habere facultatem ſtudendi virtute illius Bullæ abſque metu excommunicationis, licèt loquendo de aliis Religioſis in communi prohibitum eſſe teneat in ſtudio illius juris civilis poſſe exerceri. Sed hoc privilegium non comprehendit omnes, ſed ſolum qui Sacerdotes non ſunt: quapropter etſi extenſionem recipiat, quam diximus circa alios Militares, non ita univerſale debet reputari, ut omnes contineat, ſed tantum eos, qui ſacris Ordinibus initiati non ſunt : quare non videtur ſufficiens illud privilegium, ut aſſeveremus, quod virtute illius Militares in univerſum ſtudio juris civilis operam navare poſsint. Ergo, vel reſtringenda eſt aſſertio noſtra in principio hujus numeri appoſita, vel falſa judicanda eſt. Littera ejus Bullæ melius decantabit; ubi inter diverſa, quæ continet à Carolo V. petita, hęc ſequentia addit verba. Necnon, ut „ Scholares dicti Ordinis, dummodo „ Præsbyteri non ſint, juris Canonici „ facilius participent, & melius eidem „ Religioni prodeſſe poſsint, ut Leges, „ & alia jura civilia, tam publicè, „ quam

„ quam privatè audire, legere, & in-
„ terpretari libere, & licitè valeant
„ authoritate, & tenore prædictis
„ ſtatuimus, & ordinamus, ac cum
„ eis deſuper opportunè diſpenſamus.
„ Non obſtantibus conſtitutionibus,
„ & ordinationibus Apoſtolicis, ac
„ Militiæ, & Ordinis prædictorum
„ juramento, confirmatione Apoſto-
„ lica, vel quavis firmitate alia robo-
„ ratis, ſtatutis, & conſuetudinibus
„ contrariis quibuſcumque, &c. *Et*
„ *infrà*: dat. Romæ apud Sanctum
„ Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 6.
„ Septemb. 1554. Pontif. noſtri ann. 5.
Sed notandũ eſt in hac Bulla, quod ad conceſsionem talem faciendam nihil iſtius apparet in ſupplicatione fuiſſe petitum à Carolo V. prout ex ea videre eſt loco jam citato Bullarii.

3 Huic ſcrupulo facile occurrit aliud privilegium Gregor. XIII. in Bulla expedita *die* 8. *Septembris anno Domini* 1573. in favorem trium Ordinum Militarium, ut conſtat ex Bullar. Ordin. Div. Jacobi *ann.* 1575. *ſcript.* 1 tradit R. P. Mendo *dicta diſquiſit.* 9. *queſt.* 3. *n.* 14. & refertur in ſtabilimentis Ordinis Divi Jacobi *fol.* 32. atque litteralis ejus contextura hic proponi-
„ tur cenſori. Gregorius Pap. XIII.
„ ad perpetuam rei memoriam uni-
„ verſalis Religionis cura ſuſcepta nos
„ admonet, ut cunctorum Chriſti Fi-
„ delium neceſsitatibus, ea, qua poſ-
„ ſumus ratione, ſuccurramus. Exponi
„ ſanè nobis nuper fuit chariſsimus in
„ Chriſto filius noſter Philippus Hiſ-
„ paniarum Rex Catholicus, cum ut
„ ipſe conſtringat diverſos Sancti Ja-
„ cobi de Spatha, de Alcantara, &
„ Calatrava Fratres Freylos, ſeu aliàs
„ nuncupatos in diverſis locis, & Col-
„ legiis etiam forſan ad hoc inſtitutis
„ decretis, & Theologiæ incumbere,
„ ac pro decretorum intelligentia,
„ etiam neceſſe ſit juri civili
„ operam dare, id facere nullomodo
„ poſſunt abſque Sedis Apoſtolicæ li-
„ centia. Quare idem Philippus Rex,
„ qui prædictarum Militiarum perpe-
„ tuus Adminiſtrator per Sedem
„ Apoſtolicam ſpecialiter deputatus
„ exiſtit: Nobis humiliter ſupplicari
„ fecit, ut in premiſsis dictorum ſtu-
„ dentium utilitati conſulere de be-
„ nignitate Apoſtolica dignaremur.
„ Nos, qui Catholicorum Regum
„ votis libenter annuimus, ipſius Phi-
„ lippi Regis ſupplicationibus hujuſ-
„ modi inclinati, & omnibus, & ſin-
„ gulis Sancti Jacobi de Spatha, & de
„ Alcantara, ac Calatrava Fratribus
„ nunc etiã pro tempore exiſtentibus,
„ ac eorum ſingulis, quos deinceps in
„ Collegiis etiam ad hoc deputandis,
„ aut alibi in decretis ſtudere contige-
„ rit, ut pro eorum faciliori intelligen-
„ tia, ad tempus congruum arbitrio
„ ſuorum ſuperiorum jus civile audire
„ abſque alicujus irregularitatis, vel
„ pœnę incurſu, libere, & licitè va-
„ leant Apoſtolica authoritate, tenore
„ præſentium concedimus, & indul-
„ gemus. Non obſtantibus conſtitu-
„ tionibus, & ordinationibus Apoſto-
„ licis, ac Militiarium prædictarum,
„ & Ordinum, quorum illa exiſtunt,
„ juramento, confirmatione Apoſto-
„ lica, vel quavis firmitate alia robo-
„ ratis ſtatutis, & conſuetudinibus,
„ cœteriſque contrariis quibuſcum-
„ que. Datum Romę apud Sanctum
„ Marcum ſub Annulo Piſcatoris die
„ 8. Septembris 1573. Pontificatus
„ noſtri anno 2.

4 Conſonat huic Bullę alia conceſſa Univerſitati Piſſanæ ab Innocentio VIII. quam tranſcribit Lælius Mancinus *cap.* 1. *ſupr. citat. diſſertat.* 27. *Sacri jur. controverſ. n.* 24. *Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Univerſitati Scholarium Studii Piſſani: Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Sinceræ devotionis affectus, quem ad Nos, & Romanam geritis Eccleſiam, promeretur, ut illa vobis favorabiliter concedamus, per quæ perſonę Eccleſiaſticæ juris civilis in Univerſitate veſtra, ut æquum ab iniqua, licitum*

*tum ab illicito facilius discernere valeant, intendere volentes id licitè facere possint. Cum itaque sicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Reformatorum, seu Officialium dictæ Universitatis petitio continebat, sæpè numero contingat Archidiaconos, Archipræsbyteros, Decanos, Plebanos, Præsbyteros, Cantores, aut quamcumque aliam Dignitatem, seu personatum obtinentes in eadem Universitate, litterarum studiis insistentes, ut in jure Canonico melius proficere valeant, desiderare legibus operam dare. Nos vestri, aut Reformatorum, seu Officialium prædictorum supplicationibus inclinati, omnibus, & singulis Presbyteris, Archidiaconis, Archipræsbyteris, Decanis, Plebanis, Præpositis, Cantoribus, aut aliis personis Ecclesiasticis, Dignitates, seu personatus obtinentibus, & in dicta Universitate ubicumque pro tempore illam esse contigerit, si forsan ad alium locum transferatur, pro tempore studentibus, ut in Scholis publicè leges audire. Ac quoscumque actus publicos, per Doctores, & Scholares in hujusmodi facultate exerceri solitos exercere, ac ad Bachalaureatus, sivè licentiæ, & Doctoratus gradus, in eisdem legibus promoveri libere, ac licitè valeant. Fel. rec. Alexand. III. Honorii etiam III. & Clement. IV. & Bonifac. VIII. Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, ac aliis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis nequaquam obstantibus, authoritate Apostolica tenore præsentium, de specialis dono gratiæ indulgemus. Proviso, quod Archidiaconatus, & Archipræsbyteratus, Decanatus, Plebanatus, Præpositus, ac aliæ Dignitates, & personatus, quas in eisdem legibus in dicta Universitate studentes, pro tempore obtinere contigerit, debitis interim non fraudentur obsequiis, scilicèt eorum congruis supportëtur onera consueta. Nulli ergo omnino liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei àusu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Domini 1488. Kalendis Januarii anno quarto.*

5. Ex quo privilegio Gregorii infertur, quod absque controversia Religiosi Ordinum Militarium ab initio Collegiorum suorum extiterunt habiles audiendi leges in Scholis, & si aliàs, vel tanquam Religiosi, vel ut Clerici prohibitione Canonica forent impediti. Verum ne aliquid eis permissum sit sine contradictione, aut coarctatione, Pater Mendo *dicta disquisition. 9. quæst. 3. n. 14.* relatum privilegium taxavit pro certo tempore, & usque ad certum tempus, idest quatenus necessarium, vel expedire videretur ad intelligentiam juris Canonici: non autem permisit in auditione, & studio legum libere, & absque objecto addiscendi Canones versari posse, eo nixus fundamento, quod Gregor. XIII. illam Bullam concesit ad illum effectum limitativè, per illa verba *pro illorum faciliori intelligentia*, & ibi: *Ac pro decretorum intelligentia necesse sit, etiam juri civili aliquam operam dare.* Hæc ille vir doctus notavit: sed quod non miremur, percallata prædicta intelligentia, nos non desinit mensura, quam invenit eruditus vir ad studium legum pro faciliori intelligentia Canonum. Quis ex peritissimis in utroque jure certum terminum in hac materia invenit? Certè nullus: nam in tam vasto pelago uniuscujusque juris, quis limites vidit? Quis enim cum in iis doctior sit, majora dubia non habeat? Hæc enim civilis professio à nullo taxari potest, ut bene prævidit doctissimus vir Doctor D. Joannes Rodriguez Armenteros hujus Acadèmiæ Canonum Cathedrę Primarius, qui in laudem Domini Doctoris D. Josephi de Retes, Vespertinæ Legum Cathedræ in approbatione 48. quam præstitit discursibus Theologicis, & politicis R. Patris Fratris Joannis

nis Martinez del Corral, qui prædicto loco sic ait: *Taxari non potest, quod solum civilis juris professor existens Canonicæ prudentiæ materiam attingat subtilem; cum ultra juris Romani scientiam, quam præcipuè vir eximius, & suprà invidiam doctus calluit in jure Pontificio, quæstiones difficilimas, nec dum attigisse, sed subtiliter, ac ingeniosè resolvisse; cum enim semel vidi.* Quid enim clarius, ut pœnitus taxatio civilis facultatis nequeat dari? Deinde etiam convincitur Mendo: nam jus Canonicum, & civile ita connexa sunt, Pyrrhus Corradus *praxis dispensat. Apostol. lib. 5. cap. 5. n. 21.* quod nemo potest in illo prodesse, quin passim civili incumbat: ergo si in sententia tanti Magistri standum esset ad tempus ab eo præfixum, & hoc transacto abstensio necessaria videtur studii juris civilis (præterquãquod plurimæ materiæ Canonicæ indissolubiles essent ex defectu illius studii) daretur, quod illud privilegium ad vitandos scrupulos expeditum, plerumque eos excitaret, aut opus esset pro de relicto Canones habere; sed nihil ex his infertur, aut conjecturari valet ex Bulla Gregor. XIII. immo in ea occurrit Summus Pontifex, ut Patet universalis pro necessitatibus animarum desiderium ostendens majoris boni, & quod ex inde crescceret litteratorum Religiosorum utilitas in utroque jure, tanquam unito, & inseparabili, ut ex ejus littera constat: ergo minus rectè P. Mendo Bullam taxavit.

6 Deinde ergo minus consequenter se habet idem Author in eo, quod virtute Bullæ prohibitum censet, nomen posse dari juri civili à Collegis Canonistis, cum albo Academiæ scribuntur, ex eo, quod clarè evinceretur eo facto, primo, & principaliter incumbere velle studio juris civilis: nam si hoc, quia conjecturatur, est prohibitum virtute privilegii, fortius prohibitum esset post Bachalaureatum in jure Canonico matriculæ inscribi in jure civili; sed hoc admittit prædictus Author saltim uno, aut duobus annis loco superius citato, *n. 18.* ergo, aut in hoc fefellit, aut primum licèt. Major est certa: nam adepto Bachalaureatu in jure Canonico, in eo Magister est creatus, supposita necessaria sufficientia, & requisitis necessariis ad talem gradum exercendum, tenet ipse Mendo *lib. 1. selectarum de jure Academico, quæst. 11. num. 293.* ergo debet supponi leges scire Bachalaureum, quatenus sine illis Canones non possunt recte acquiri: sed ipso non obstanti viam invenit sapientissimus Vir, ut adhùc studio civili opera dari valeat, saltim uno, aut duobus annis: ergo facile dignoscitur, quod pro libitu suo jam ampliavit, jam taxavit præfatum privilegium, non autem juxta mentem Pontificis; ac perconsequens responsum, quod præstat objectioni, quam sibi facit *n. 19.* pœnitus fumescit. Rursus etiam convincitur: quia ut ait Gambara *de officio, & potestate Legati à Latere lib. 2. de variis ordinariorum nominibus, n. 289.* cum sequentibus: *Qui possunt, & debent scire Canones, ut sunt Clerici, necessario illis permittendum est studium juris civilis.* Quod quidem late fundat, & valde increpat adversus Curiales Datariæ, qui ad talem exercendam rem suadent, opus esse dispensatione, ac quod aliàs simile exercitium non licet; & postremo intercludit suam opinionem ea eleganti authoritate Baldi in procœmio decretalium, *quod merus Canonista merus asinista.* Quę doctrina opportunè adęquatur præsenti assumpto, & ex ea adversus prædictum Authorem sic eformo argumentum: per te Clerici Fratres Militares Canonistæ possunt, & adhuc tenentur scire Canones, tenet *disquis. 9. q. 3. n. 20. & sequenti, & q. 8. n. 67. & sequenti in dict. tractat. de Ordinibus*, sed sto, quod teneantur Canones scire in sententia Gãbaræ: ergo possunt ex se, & absq; ulla dispensatione legibus studere usque

ad

ad acquirendam prudentem ſufficientiam in jure Canonico: ergo ſuperflua ad id erat diſpenſatio. Nec obſtant verba Bullæ, quæ carpit Mendo pro ſua opinione: quia ex illis duntaxat colligi debet Gregorium XIII. oſtendere velle, quod Collegæ Canoniſtæ, ob illud privilegium, ne deſerant facultatem Canonicam.

7 Ulterius etiam ex prefato privilegio non obſcurè poteſt deduci Religioſos Militares ex eo tempore, quo conceſſum fuit, habiles judicari ad publicè docendas leges: nam alioquin veroſimile eſt, quod Catholica Majeſtas Philippi II. Equæſtrium Ordinum pro tunc Magiſtri, & Adminiſtratoris perpetui, cum eam Bullam impetravit pro ſtudio, etiam pro edocendo (ſi neceſſaria eſſet diſpenſatio) ſuas partes interponeret, ac preces ſuas dirigeret, maximè ſi attente proſpicimus eam curam piam, & diligentiam religioſam, qua Collegia noſtra pro formali erexit, ſeu reformavit, ut eorum Collegæ religiosè viverent, ac conventualem diſciplinam conſervarent. An ſic eſt, quod poſt expeditionem Bullæ Gregorii nulla prohibitione Canonica inveniuntur ligati Religioſi Militares, ut leges publice minime doceant: ergo ſatis colligitur eos prohibitos non eſſe. Sed ſi ſat non eſt, accipite nunc alia irrefragantia fundamenta, ex quibus hoc manifeſtiſsimè apparebit. Et primo probatur ex eo, quod eſto Religioſi ſint, tamen quoad munia exequenda pro ſecularibus recenſentur, ut plurimi, & ferè innumerabiles fuerunt electi ex eis in Quæſitores, & Fiſcales Tribunalium Fidei, in Senatores omnium Regiorum Senatuum, in Viſitatores, & Præſides eorundem, ac tandem Judices Eccleſiaſticos, & Seculares; ex quibus quoſdam refert P. Mendo. *dicta diquiſit. 9. q. 11.* & ut rem notam docet, *diſquiſit. 11. q. 4. n. 61. & 63.* atqui circa cauſas civiles pertractandas nullum verſatur dubium, quod Religioſi prohibiti ſint *cap. 2. de poſtulando, & ibi communiter repetentes*: & tamen, ut vidimus, Militares abſque tergiverſatione eas pertractat, tenet noſter Can. *diſquiſitione Scholaſtica circa capacitatem Jacobæorum ad obtinenda beneficia Seculania §. 6. n. 26.* ergo ſi Judices cauſarum civilium eſſe poſſunt, ex neceſſario antecedenti illud ipſum jus civile, quod publicè in ſententiis pronuntiant, poterunt edocere. Quod patet: nam ſententiæ pronuntiari non valent, quin exprofeſſo noſcatur jus civile, ut experientia conſtat, & tenet P. Mendo *ubi ſupr. q 3. n. 26.* ſed noſci non poteſt, quin addiſcatur, & doceatur, ut probat Rebuffus *de privileg. Scholar. privileg. 51. n. 136.* per illum verſiculum, *diſcere, ſi quæris, doceas: ſic ipſe doceris.* Ergo proculdubio Militaribus licet illam facultatem docere.

8 Magis utique ſuadetur: nam cauſas civiles judicare eſt miniſterium pure ſeculare, quod quidem non ita cõpertum eſt circa edocendas leges, ut ſæpè ſæpius probavimus: ſed non obſtanti prohibitione judicandi cauſas civiles, eas tot viri docti, & exemplares Ordinum Militarium ſine dubio validè, & licitè judicarunt: ergo majori cum ratione horum Ordinum profeſſoribus licere debet jus cæſareum edocere. Et hoc facilè conſtat: nam non debet, cui plus licet, quod minus eſt, non licere: ſed magis eſt, & majus inconveniens verſatur in judicatura cauſarum civilium, quam in communicatione doctrinę juris Cęſarei, ut per ſe notum eſt: ergo ſi illud licet, & hoc melius licere debet. Major veriſsima eſt; minorem autem licet in ea nulla detur difficultas, ſic oſtendo: nam judicare eſt negotium merè ſeculare, & ideò prohibitum: docere autem eſt communicare doctrinam in ſe bonam, quare nec negotium ſeculare reputatur, nec ut tale, nec ut aliud illicitum prohibitum eſſe conſtat. Tenet, & latè docet Fagnanus *in cap. ſuper ſpecula, ne Cleric. vel Mo-*

*na-*

*nach.* cum aliis pluribus. Ergo tam ob unam, quam ob aliam rationem manifeſtum eſſe apparet Militaribus licere in edocendis legibus verſari poſſe. Hoc etenim ſuadetur ex alia non inefficaci ratione : nam & ſi daremus (quod pro viribus negamus) edoctionem civilem Religioſis in communi prohibitam eſſe, Militares tamen non comprehendi clariſsimè conſtat: nam ſi hæc daretur prohibitio Religioſis in communi, Militaribus ſemper odioſa eſſet ; ſed in odioſis ſub appellatione Religioſorum non comprehenduntur: ergo cum talis prohibitio daretur, non poſſet extendi ad Militares. Major conſtat ex doctrina Patris Mendo; *diſquiſit.* 11. *n.* 79. ubi citat Fratrem Emmanuelem Rodriguez, qui ſentit *eas prohibitiones eſſe odioſas, quæ privant aliquare*; ſed ſi talis prohibitio daretur, privaret Ordines Magiſtris in illis facultatibus, quod eis valde gravoſum eſſet : ergo talis prohibitio eſſet Ordinibus multum odioſa : minor autem principalis probatur ex tradditis à P. Tom. Sanch. *in ſumm. lib.* 4. *cap.* 19. *n.* 23. Anſaldo *de juriſdictione part.* 3. *titul. unic. cap.* 8. *n.* 60. Aragon *in Div. Thomam* 2. 2. *q.* 88. *articul.* 1. *ad ultim.* Moneta *de commutatione ultimarum voluntatum cap.* 10. *n.* 392. Pater Azor. *inſtitut. moral.* 1. *part. lib.* 13. *cap.* 3. *q.* 3. *in fin.* P. Mendo *dict. diſquiſit.* 11. *n.* 80. qui tenent ſub decreto Tridentini *ſeſſ.* 25. *de Regularibus cap.* 25. nullum Regularem Militarem comprehendi : quia non veniunt in odioſis.

9 Aliud autem fundamentum pro Clericis Fratribus Militaribus deſumitur ex eo, quod ut alii Clerici reputantur, ac ſæpè hoc nomine Clericorum eos Pontifices nuncupant in ſuis Bullis, & conſtitutionibus, quaſi nulla habita ratione diſcriminis. Verba ſunt Patris Mendo *dict. diſquiſit.* 11. *n.* 61. ac quod gaudeant iiſdem privilegiis, & prærogativis clericorum ſecularium, tenet Carolus de Tapia, *in authent. ingreſſi cap.* 34. Lotherius *de re beneficiaria lib.* 1. *q.* 39. *num.* 23. conſtituit Gregor. XIII. *conſtitut.* 60. quæ incipit : *Quo magis, die* 23. *Martii, anno* 1580. apud Cherubinum *tom.* 2. *pag.* 329. & quod clerici ſeculares facultatem civilem communiter doceant in quacumque Univerſitate totius noſtræ Hiſpaniæ, & in hac noſtra Salmantina quotidie experimur, & frequenter videntur ex illis Cathedratici, & profeſſores, quin dubitetur de eorum capacitate, ut notiſsimum eſt. De ea tantum diſceptatum eſſe in Valliſoletana ſchola, teſtimonium invenimus, apud Auguſtinum Barboſa *allegat.* 56. *n.* 34. verum pro illis deciſſum eſſe tenet, & ſuadet *à num.* 35. ſingula percurrens fundamenta, & authoritates, quæ juri eorum patrocinantur. Hæc vero uniformitas ſtatus Religioſi Militarium cum clericis ſecularibus provenit, tum ex laxitudine Regulæ, tum ex vitæ norma, & habitu, in quo vix ſecernuntur, niſi in inſigni rubrę crucis, quam in pectore geſtant. Tenet noſter Cano *diſquiſit. ſcholaſtica morali, & canonica* §. 1. *per tot. & præcipuè n.* 4. ubi, & ſi tantum loquitur de Jacobæis, facilè protrahitur ejus doctrina ad alios : docetque etiam, §. 5. *n.* 24. ubi allegat ſpecioſa verba Patris Mendo : ergo incongrua omninò res videtur, quod clericis liceat jus Cæſareum docere : Militaribus tamen non liceat, eo ſolum, quod in majori perfectione laudabiliter permaneant, quin alia animadverti poſsit differentia ſalvo manente Religioſo ſtatu, de quo non parum ſe jactant : maximè vero cum ſi daretur talis prohibitio extenſiva ad docendum, æquè omnes comprehenderet, ut patet *ex cap. ſuper ſpecula finali, ne Clerici, vel Monachi.*

10 Non minus congrua alia offertur ratio, quæ hanc noſtram ſententiam veriſsimam demonſtrat : nam ſuppoſito, & non conceſſo, quod prohibita eſſet edoctio legum civilium

omnibus Religiosis, præterquamquod in ea non possint contineri Militares ex doctrina, quæ jam manet fundata *n.5.* Convincitur amplius ex eo: nam scaturiens fons, unde fluit hęc prohibitio, est ex *cap. non magnopere 3. ne Clerici, vel Monachi*; sed ratio impulsiva, & finalis talis constitutionis non comprehendit Militares: ergo non potest illos comprehendere talis constitutio. Major constans est ex *dict. cap. 3.* minor in qua est difficultas probatur: nam ratio, quę *in dict. cap. non magnopere* præstatur ad talem prohibitionem eliciendam, est, *ne exirent de Claustro, ne vè prætextu scientiæ, spirituales viri mundanis actionibus involvantur*: sed neutrum ex his Militares capit: ergo nec prohibitio comprehendit. Major verissima est, minor autem patefit ex sancta Regula nostri Ordinis Divi Jacobi, *cap. 33.* & ex Bulla confirmationis, ibi: *Clerici prætereà vestri Ordinis per Villas, & Oppida semper maneant.* Latè exponit videndus noster Cano *dict. disquisit. Scholastica §. 1. n. 4. & sequenti in fine, & n. 37. in medio*, tenet, licèt aliter se expedit, P. Mendo *dict. tract. de Ordin. disquisitione 11. à n. 16.* ubi de omnibus Ordinibus alloquitur, *& n. 48.* ita: *Ad plura munera secularia ex se evehuntur, degunt extra Communitatem Ecclesiis addicti, secularibus immixti victitant, & secularia negotia tractantes.* Ex quo clarè colligitur aliud inconveniens mundanarum actionum eos non offendere: tum quia praxis judicandi causas civiles, de qua *n. 7.* illud nos admonet, tum quia Ordines in suis territoriis habent quam plurimas Vicarias, ac ministeria alia Ecclesiasticæ jurisdictionis, quibus litterati tantum eorundem Ordinum inserviunt, terminantes in universum causas, quæcumque sint, ac de sua jurisdictione dependeant. Parochiquè etiam innumerabiles, in suis locis de more antiquo annuatim concurrunt ad electiones faciendas judicum, & decurionum, vel aliorum officiorum justitiæ, in quibus simul cum aliis republicanis suum præstant suffragium, litesque etiam, & forenses discordias dirimunt; quę quidem omnia sunt actiones mundanę, & tamen viri prudentes docti, & religiosissimi in illis se exercuerunt, non solum cum permissu, & consensu Ordinum, sed etiam cum formali eorundem præcepto, attento bono spirituali rectè gubernationis reipublicæ, quod exinde sequebatur. Ergo in Militaribus aliquid invenitur, ob quod, & si daretur relata prohibitio, rationes ejus motivę illis non convenirent.

11 Ex his, & aliis muneribus satis deducitur regulis, & institutis eorundem Ordinum absolutè non resistere immisceri in negotiis secularibus, dummodo honestum finem habeant. Quod sic probo; in seculo religiosos degere periculosum est, ut mundanis actionibus inuolvantur; sed illud Militaribus permittitur per privilegia Ordinibus concessa, ac ob eorum institutum, laxamque vitam: ergo absolutè hoc eis non repugnat. Major constat *ex dict. cap. non magnopere*; minorem autem sic ostendo: per Bullas testandi Clement. VII. Pii V. & Pauli III. de quibus mentio fit, apud nostrum Cano *dicta disquisit. 1. §. 4. à n. 15. usque ad* 18. constat Jacobæos testari posse ex proventibus occupationum suarum, tam intra, quam extra Ordinem quæsitis: & per totam disquisitionem, latè, & eruditè fundat eos posse obtinere quascumque Præbendas, & beneficia secularia: cujus fundamenta universa venerabilia Collegia Religionum, ac sapientissimi Doctores, vel Magistri hujus nostræ almæ Acadèmiæ Salmantinę dubio procul subscribunt, quod non solum Jacobæi, verum etiam omnes pro speciali instituto suo pro defensione Fidei, & exaltatione Christiani nominis præliare teneantur. Tenet noster Mota *lib. 1. de initio Ordinis Sancti Jacobi, cap. 9. num. 22.* ubi refert

fert quam plurimos interfuiſſe prælliis præliantes, quid quid dicat in contrarium Pater Mendo *diſquiſit.* 11. *quæſt.* 4. §. 1. *num.* 57. & *diſquiſit.* 15. *q.* 3. *num.* 41. *cum ſequenti.* videndus noſter Cano *ubi ſupr.* §. 1. *n.* 3. ubi apprimè eum impugnat: & ſimiliter *n.* 18. ſimulque docet Clericos Militiarum, ſub verbo *Militum* comprehendi, juxta ſtatuta, ac privilegia ſua, in quo non inficiamur: immo ut id affirmemus, ſingula fundamenta, quæ congeſsit pro comperto habemus; ſed milites equeſtrium ordinum in negotiis mere ſecularibus exercentur, & quod magis eſt ad noſtrum propoſitum, cauſas judicant, ac civilem facultatem docent, Cathedras moderantur, licèt profeſsi ſint, & tamen in probabiliori ſententia Religioſi reputantur, & ut tales in ſupremo Ordinum Senatu in Senatores laici eliguntur, ut conſtat ex Bulla erectionis ejuſdem Conſilii, qua præcipitur ordines gubernari *Per perſonas Religioſas* eorundem: ergo ſine dubio eſt, quod & ſi talis prohibitio edoctionis legum civilium daretur pœnes Religioſos in communi, ob eam rationem ne mundanis actionibus involvantur, Militares non comprehenderet; cum ea cauſa motiva ad illos non attingat.

12 Radicitùs adſtruitur, ac indefeſsè ſtabilitur aſsertio noſtra ex expreſsis ſtatutis, & diffinitionibus Ordinum, quæ eam facillimo negotio ſuadent eſſe veriſsimam: ſit primum teſtimonium, quod invenies *in ſtabilimentis noſtri Ordinis Divi Jacobi coordinatis anno* 1655. *tit.* 12. *de los Conventos, cap.* 1. ubi agendo de qualitatibus, quibus ornari debent, qui fuerint eligendi in Priores generales Ordinis, ait: *Y no pueda ſer electo, el que no tuviere quarenta años de edad, y ſeis cumplidos de Habito, ni el que no fuere graduado por lo menos de Bachiller en Theologia, ò en Derechos.* Quid ergo clarius ad denotandam facultatem prædictam? Sed ſi animum adhuc non explet hæc conſtitutio, accipe alias, quibus fortaſſe faciaveris: ſunt nempè in iiſdem *ſtabiliment. tit.* 20. *de los Collegios fol.* 198. ubi tractatur de libris tribuendis Collegis, & inquit: *Y à cada uno de los Canoniſtas ſe les dèn los textos de Canones, y de Leyes, y Abades.* Et fol. 197. *Item ordenamos, eſtablecemos, y mandamos, que en el Colegio, acabada la fabrica de èl, ò teniendo algun nuevo augmento de renta, aya quatro Colegiaturas mas de las ſobredichas, para quatro Paſſantes, y pretendientes de Cathedras; las dos de Theologia, y las dos de Canones, que duren tomo las demàs por otros nueve años: las dos de el Convento de Santiago de Velès, la una de Theologia, y otra de Canones. Y las otras dos de el Convento de San Marcos de Leon, la una de Theologia, y la otra de Canones. Las quales ſean proveidas como las demàs Colegiaturas del dicho Colegio; pues el intento de la Orden es, que ſe crien en ella Religioſos mui Letrados, y Doctos. Y las dichas quatro Colegiaturas ayudaràn mucho de ello. Y à la virtud de los que quiſieren aventajarſe en letras, y dar honroſa mueſtra de ellas.* Ex quibus verbis ſatis apertè colligitur intentio Ordinis in legenda facultate civili: nam cum quatuor ſint Collegiaturæ Magiſtrales ab eo aſsignatæ, & ipſe deputatæ ſint ad oppoſitiones Cathedrarum, clareſcit animus Ordinis in eo, quod unus ex illis quatuor Magiſtris ſtudentium in facultate civili ſe exerceret, jam docendo alios intra Collegium, jam ſe opponendo extra ad Cathedras: quia ſi aliàs hoc non eſſet, ac opus eſſet, quod in Theologia, & jure Pontificio omnes verſarentur, ſequeretur, quod duo ex illis vacarent, dum alii ſe opponerent, & duplex Collegiatura ex aſsignatis redundaret; quod tam unum, quam alterum eſt contra intentionem Ordinis, ut patet ex calce ipſius conſtitutionis, juncto principio: ergo Jacobæi virtute harum conſtitutionum poſſunt licitè in facultate ci-

civili versari. Et hoc facilius suadetur ex aliis *stabilimentis antiquis prœllo mandatis ann.* 1555. *titulo* 20. *de los Colegios*, *fol.* 141. ubi præscribitur forma disputandi, & ait: *Los Canonistas, y Legistas conferiràn à la misma hora*: ergo ab ævis antiquis in hoc Ordine Legistæ dabantur in Collegiaturis.

13 In Ordine verò Calatravę simul dari, atque in facultate civili licite, & validè versari posse ejusdem Ordinis Collegas, satis deducitur ex diffinitionibus ipsius *titulo* 3. *cap.* 3. ubi præscribitur forma eligendi Togatos, & in medio dicitur: *Y siendo la Colegiatura Canonista, conferiràn, què Religiosos pueden pretenderla, segun lo dispuesto en estas difiniciones, admitiendo para la proposicion solamente à los que estuvieren graduados en esta facultad, ò en la de Leyes. Et cap.* 4. *eodem titul.* prohibetur, quod iis, qui in ordinem fuerint ingressi jam graduati, non provideatur de Collegiaturis octo annorum, sivè sint graduati in Theologia, sivè in jure Canonico, aut Cæsareo, sed tantum in Collegiaturis quatuor annorum per ea verba. *Y siendo nombrado (como se dispone que sea) en la Colegiatura de su Facultad, assistirà en el Colegio quatro años solamente, prosiguiendo en la sciencia en que se gradùo.* Ergo si Collega invenitur graduatus in jure civili, potest & debet prosequi in eadem Facultate, saltim per spatium quatuor annorum. Totum hoc patet ex contextura hujus deffinitionis. Et amplius probatur *ex eod. tit. cap.* 9. ubi agitur de Magistris studentium, & ait: *Las quales dos Colegiaturas de Passantes no diputamos para facultad alguna en particular, sino que han de ser, ò ambas Canonistas, ò ambas Theologas; ò una Theologa, y otra Canonista, desuerte que los sugetos, que las ocuparen, las hagan à ellas de su facultad; y porque el fin principal de esta nueva institucion de Colegiaturas, es para la oposicion de las Cathedras.* Ex qua constitutione, & cœteris, quæ hinc manent annotatæ, sic argumentum conficio. Qui creatus fuerit Magister studentium potest suam Collegiaturam facere ad propriam facultatem, in qua fuerit graduatus; sed juxta constitutionem antecedentem Bachalaureus, Licentiatus, aut Doctor in jure Cæsareo, potest eligi in Collegiatura quatuor annorum; ergo si se opponat Collegiaturæ Magistrali, poterit suæ Legistæ facultati eam aplicare. Consequens patet: nam si potest Bachalaureus: verbi gratia, in jure civili Collega creari per quatuor curricula, ita ut teneatur prosequi in sua propria facultate, cur non licebit, si in Magistrum studentium eligatur? Certè nullum discrimen invenio, immo pro hac parte efficacissimæ rationes urgent ab intentione Ordinis emanatę. Nam quid aliud voluit ordo cum dixit, *ò ambas Canonistas*. Nisi quod una esset Legista? Nihil quippè. Capitulum generale valdè concupiscit duplicem Collegiaturam Magistralem inservire Cathedram oppositioni: sed si ambæ essent Canonistæ, hoc uno eodemque tempore contingere non posset, juxta morem per antiquum Universitatis, cujus respectu, non nisi uniuscujusque communitatis potest se opponere in una, eademque facultate: ergo à fortiori præsumendum est, quod eo casu, quo ambæ Collegiaturæ essent Canonistæ, voluit unam ex illis Legistă esse.

14 Ex diffinitionibus etiam Alcantarensibus *tit.* 12. *de los Estudios, y Colegios*, *cap.* 3. §. 18. non obscurè colligitur permissum exercitium legale, & purè civile: nam inquit: *Y los Canonistas Actuantes tengan las Conclusiones de la Instituta*, hæ enim Conclusiones pro formali fiunt, juxta antiquă consuetudinem Collegii, simul adstante Præsule, qui dubia prorsus dissolvat; sed eo casu, qui ipsis Conclusionibus præest, docet; & habetur respectu aliorum, ut Magister, in hoc actu, & aliis, in quibus similiter intervenit: ergo etiam in hoc Ordine permissa apparet edoc-

edoctio civilis. Cui etenim accedit inveterata praxis professorum hujus Ordinis, & aliorum Jacobæorum, & Calatravensium, qui præcedente consensu suorum superiorum in hac facultate Bachalaureantur absque ulla tergiversatione, & in publica Academia se exhibent Magistri, jam in arguendo, jam in explicando, (quod vulgo appellatur *de extraordinario*) ac tandem Cathedras in substitutione moderantes, & conclusiones, ut Præsules defendentes: circa quod testes advoco tot professores, & Magistros, quot nunc gloriosè sunt, vel pro tempore fuere, & ut rem notam, atque à nobis valde compertam magna cura, ac diligentia, scrutatis voluminibus publicis, & authenticis hujus nostræ Salmantinæ Universitatis, non semel tantum, sed pluries affirmamus: & qui nobis credulitatem non facilè tribuat, consulat prædicta volumina, & vix poterit tam innumerabilia exempla enarrare. Ex recentioribus tamen referimus *à n.16.* in modum Cathalogi, nonnulla, quæ utique commitantur alia quam plurima intra Chancellos Collegiorum exercitia, tum lectionum, tum conclusionum, & disputationum privatarum, (quæ communiter vocantur *conferencias*) quæ omnia exercitia fiunt in jure civili, præsentibus prælatis Dominis Rectoribus: è quorum moribus, ac sapientia credendum non est, quod talia exercitia permitterent, ni illis non solum permissum esset, verum etiam constitutum, ac inconcussè servatum. Nec præsumi licitum est, in per illustribus Religiosis, modestia, & sapientia plenis, & valde ornatis communitatibus talia observari contra conscientiam, si aliàs prohibita illis esset edoctio juris cæsarei. Hæc etenim præsumptio, si adhuc datur, prævisa relata observantia, temerariam, ac valde absonam moribus nostris esse crederem: nam cum illa officiat Religioni in communi sumptę, & decreta Pontificia prohibeant, quod non solum fiat verbis, sed etiam factis, vel præsumptionibus; apertè constat ab errare, vel contra conscientiam procedere, qui hoc idem de sacris Religionibus Militaribus judicent.

15 Curia vero, & stylus Regii, ac supremi Ordinum Senatus praxim nostram approbans, de medio tollit omnes difficultatum nebulas scrupulosioribus in hac materia: nam cum coram eo præsentamur ad examinandum pro obtinenda quarta parte expensarum ad gradus majores recipiendos, (quod requisitum necessariò debet præcedere, juxta stabilimenta nostri Ordinis *tit. 20. de los Colegios fol.197. ad tergum*) graduando in facultate civili puncta more Academico in Instituta ab uno ex Senatoribus præstantur, & quatuor viginti horis per actis textum pridie electum per spatium alterius horæ, pro rostris, ac januis appertis Senatus, coram gravissimis Patribus conscriptis graduandus se exponit, & sic emerita approbatione, succurritur ei è Thesauro generali, vel è mensa Domini Magistri cum quarta parte impensarum duplicis gradus juxta stabilimentum citatum, & nobis tam unum, quam alterum, etsi indigne, accidit. Idemque contingere cum illis qui de aliis Ordinibus comparent ad obtinendas collegiaturas magistrales (vulgo *Passantias*) virtute diffinitionum Calatravæ *tit.3. cap.9.* & Alcantarę *tit.12. §.1. in fin.* plures ex iisdem Ordinibus nobis testificarunt. Gradus enim, ac quoscumque actus litterarios in facultate civili docendi causa exercitos libenti animo sapientissimi Senatores admittunt, ac merita equa lance estimant, ac si in Theologia, aut jure Canonico forent facta. Eodem modo in hac re se habent Domini Priores generales, quoad omnia, quæ hic manent relata; ac quod magis est cum quotidie invigilent super subditos collegas, vix exercitium litterarum intendunt hi facere, quod illi antecedenter non sciant; & non ideo, quod

edoc-

edoctionis civilis ſint prędicti actus, eos reſiſtunt, immo indiſtinctè fovent, æque juvant, ac præmiis afficiunt tam Legiſtas, quam Canoniſtas, ſi litterati pariter ſe exibeant. Quo enim poſito: quo pacto, qua ergo ratione credendum eſt licitum non eſſe, quod tantam, tam gravem approbationem meretur? Nam qui ſciens non prohibet dum, poteſt: nedum permittere, ſed mandare videtur, ut expreſiſsimis verbis probat Ulpianus *in leg. ſemper qui non prohibet de regulis juris*, docet Madera *animadverſionum cap.* 21. *n.*8. ſciat igitur ex dictis, quod qui Militares accuſet contra conſcientiam, in jure civili verſantur, &etiam accuſat ſapientiſsimos, ac Religioſiſsimos ſuorum Ordinum Prælatos, & quod maximi ponderis eſt, tot, tantoſque viros, modeſtia, prudentia, & omni virtute, & doctrina ornatos, qui pro tempore obtinuerunt Senaturas in ſuo Ordinum Conſilio, & tam venerabundum Congreſſum arguit de peccato: ſed quis tam audax, quod tale prędi pitium, in trita, & vulgari ſemita eligat, aut requirat?

16 Sub eadem cenſura, & nota caderent Acadèmię celeberrimæ Hiſpanię in gradibus conferendis in facultate civili Religioſis Militaribus, ac præſertim noſtra Salmantina Athenas eadem accuſatione incuſaretur, quatenus non ſolum illis quoſcumque gradus in ea facultate confert, verum etiam permittit, & ſine diſceptatione ſemper aſſenſit, ut in publicis ſcholis doceant, & etiam eiſdem tribuit Cathedrarum ſubſtitutiones, ad earum oppoſitiones illos admittit, & ad alia ſimilia indiſcriminatim, ac alios ſeculares. Sed quis enim audebit in his tandiù peragendis, & permittendis doctiſsimum Clauſtrum aberraſſe, totque Viros ſapientiſsimos prohibitionem canonicam ignoraſſe, ſi forte daretur? Ergo hęc omnia abs dubio denotant Militaribus licere in prædicta facultate Doctores, & Magiſtros exiberi poſſe. Quod amplius deducitur è Regali permiſsione, & tolerantia Supremi Caſtellę Conſilii: nam eo, quod Oppoſitores Equeſtrium Ordinum ſcriptos videant in albo Univerſitatis, ad illud miſſo pro proviſsione Cathedrarum, non ideo eos repelli jubet, immo ſua merita litteraria aprobat. Itaque ſæpè ſępius viſum eſt, quod juſtiſsimi, & integerrimi Senatores pro illis multoties ſuffragarunt: & ſi nobis licet de propria ſorte decantare, referam inter alios Antagoniſmi noſtri infelices caſus, nempè duos in quibus Cathedram (& ſi immerito) competii; ex parte meritiſsimorum virorum obtinentium ſex adſtantibus ſuffragiis: ex parte vero mei amittentis quinque, ac tertio denique 21. adſtantibus ſuffragiis in Regali Conſilio decem pro me ſuffragarunt, & 11. pro eo qui Cathedram pro tunc obtinuit, ut notiſsimum eſt in Acadèmia noſtra. Et Frater Doct. D. Didacus Becerra & Vaicarce, Ordinis Alcantarenſis in Cathedra Inſtitutæ fuit proviſus abſque controverſia, *ut n. ſequent.* videbimus. Quid ergo quæſo, hoc eſt, niſi pro conſtanti ſupponere capacitatem Militarium, ac eam factis confirmare? Si enim tanti Patritii, tantiſque dotibus pręditi Conſules id ita judicant, quot authoritates pro Militaribus non faciunt? Certè nihil aliud cenſeri debet magis ſtabilitum, quam quod tanta opinione manet roboratum: maximè quia ſi prohibitio canonica Militares comprehenderet, omnes conſentientes tangeret, valentes rem prohibitam impedire, ut tenent graviſsimi Authores. An ſic eſt. Quod non ſolum non obviant, verum etiam approbant, & confirmant exercitium legum in Militaribus: ergo credibile eſt, quod non manent prohibiti. & hoc patet: nam ſi talis prohibitio daretur, quis enim præſumit tantum, ac tam graviſsimum cœtum, & alios, de quibus egimus *numer. antecedentib.* contra illam tam appertè ire velle?

velle? Ac in cenſuram Canonicam ſe male incidere, quam prædictum exercitium Militaribus reprobare? Nullus profecto erit: elice ergo ex dictis conſequentiam.

17 Exemplaria utique, quæ *num.* 14. obtulimus in confirmationem inveteratæ noſtræ conſuetudinis, erga edoctionem civilem, haud difficile eſt recenſere: immo facile, & per ſe notum ſtat apud Decanos noſtræ almæ Acadèmiæ, qui nunc eam faciliter ornant, undè libenter illa enumerabimus. Sit primus, & verè primus omnium Ordinum, quoad ſubjectam materiam, Alcantarenſis nempè Imperialis Collegii alumnus, doctiſsimus, & inſignis Vir omni virtute, & ſcientia præditus, & veneratione conſpicuus Frater Doct. D. Didacus Becerra, & Valcarce, qui non ſolum fauſtè Cathedram inſtitutionum meruit, verum etiam ad Digeſti veteris Cathedram aſcendit, & obtinuit: quo tempore inter alia, duo volumina in lucem edidit merè civilia, diſputationum Salmanticenſium unum, & alterum de jure Sacrorum. Huic etenim ſucceſsit in oppoſitione Frater D. Franciſcus Cortès, & Calderon, qui poſtquam plurimos tranſegit annos antagoniſticos in facultate civili cum communi approbatione Scholæ, fuit Inquiſitor Fiſcalis electus Sardinię, cum honoribus, & regreſſu ad Sanctum Tribunal Llerenenſe. Suum enim locum occupavit in eadem oppoſitione Frater D. Thomas de Eſcalante, cujus merita digna, quod ad majora elevarentur faſtigia, paulò poſt, & brevi conſumata implerunt tempora multa, undè fuit electus Quæſitor Fiſcalis Sancti Tribunalis Carthaginenſis in America, & nunc Llerenenſis Sanctæ Inquiſitionis Tribunalis. In ejus locum ſucceſsit Frater D. Ferdinandus Cabrera, Rector ejuſdem Collegii, qui pro meritis eandem oppoſitionem præſenti tempore adimplet. Alii fuerunt diverſis temporibus quam plurimi Profeſſores publici in Scholis, nimirum Fratres D. Didacus Gallego, & Morales, D. Petrus Flores Barrantes, Archidiaconus de Xerèz, Dignitas, & Canonicus Eccleſiæ de Badajòz, D. Michael Gutierrez Valdivia, D. Joannes de Ovando, & D. Andræas à Texada, & D. Franciſc. Calder. de la Barca, ad præſens oppoſitor Cathedrarũ pro eodem Collegio, & alii quã plurimi, quos difficile enarrare eſt, quorum ſapientia, & doctrina (licet Oppoſitores non fuerunt: quia ſuo tempore oppoſitio non vacabat) non ideò minus manifeſta fuit facta in Athenæo Theatro, jam explicãdo, jam arguendo jam publicas concluſiones defendẽdo.

18 Alii præterea ejuſdem Ordinis, & Collegii alumni antiquo, & noſtro tempore floruere Oppoſitores Canoniſtæ, qui interim, ac oppoſitiones faciebant Canonum, inſimul docebant jus civile publicè in Scholis, veluti Frater Doct. D. Alfonſus de Zevallos, Præſul Curiæ Guadalaxarenſis in Provincia Americæ. Illuſtriſsimus Dominus D. Petrus de Nogales, Inquiſitor Supremi Conſilii Sanctæ Inquiſitionis, & Epiſcopus de la Puebla dè los Angeles in Regno Mexicano, ubi obiit. Frater D. Rodericus Becerra, & Valcarce. Frater Doct. D. Andræas Hidalgo, & Armengol, Veſpertinæ Cathedrę Canonum Moderator in hac alma Academia, & ad præſens Prior Magacelenſis ſui Ordinis, & Judex Eccleſiaſticus Ordinarius cum territorio ſeparato. Frater D. Franciſcus Calderon de la Barca, qui fuit Prior ſui Sacri Conventus. Et nunc adeſt Frater D. Petrus Zambrana, ejuſdem Collegii Rector electus, qui omnes, antiquioribus exceptis, me adſtante, licèt Antagoniſtæ Canonum ſtiterunt, mihi conſtitit, quam plurimum docuiſſe in jure civili, tam intra Chancellos Collegii, quam publicè in Scholis. Quæ omnia exemplaria, ſi forte ſufficienter capacitatem non denotant, nec praxim

probant: ſatius adhuc cœterorum Collegiorum Ordinum altera illuſtrabunt, quæ ſequentibus numeris referemus.

19 E Collegio Imperiali Calatravenſi varii fuerunt alumni, qui hanc facultatem edocuerunt, & oppoſitiones fecerunt: ex his enim, qui in cognitionem adveniens occupat primam ſedem, eſt Illuſtriſſimus Dominus D. Joannes Morillo Velarde, qui poſt quam Tribunalia Inquiſitionis ſapientia ſua illuſtravit, Archiepiſcopus de Sacer in Regno Sardiniæ fuit electus, & ibi obiit. Obtinuit idem ipſe oppoſitionem in jure Cæſareo per aliquot annos. Aſt accidentia fortunæ, quæ proh dolor! Quaſi inſita in ſe habent Militares, infeliciter prȩmium Cathedrȩ communi Athenæo plauſu è merito deviarunt. In ejus locum ſucceſsit Frater D. Gaſpar de la Calzada diù permanens in oppoſitione civili, uſque dum vires ejus magno pondere oppreſſȩ, ita miſerrimè ęgrotarunt, quod in Regiam Cappellaniam ſui Ordinis evectus, vix ſuo muneri inſervire valuit. Pro antiquitate occurrit enumerandus Licentiatus Frater D. Joſephus de la Raſa, & Coſio, Licentiaturæ Laurea in jure Cæſareo ornatus in hac alma Univerſitate, ubi per ſpatium decem annorum ad Cathedras legit, & tandiu mirifica ſapientiȩ ſuæ doctrina docuit in eadem facultate: quòd eiſdem meritis benè perpenſis Illuſtriſsimus Dominus Inquiſitor generalis in Sanctum Tribunal Inquiſitionis Sicilianum illum propromovit, poſtmodum in Valentinum evectus, ubi ad præſens regens mirifica fama altiora promittit prȩmia ſibi concedenda. Pro tunc igitur quo oppoſitio Legiſta manebat occupata à D. Raſa, in Collegio degebat Doct. Frater D. Franciſcus Mellado, qui cum uberrimos fructus ſuæ doctrinæ in Academia noſtra præbuiſſet, & in facultate civili doctoratus coronam fuiſſet adeptus, Regis Cappellanus ſui Ordinis non ſine injuria meritorum permanet. Nunc verò, & jam diu oppoſitor actualis exiſtit Frater D. Petrus de Villalon Ramirez, ſui Collegii vigilantiſsimus Rector.

20 Aliorum, qui Canoniſtȩ in Schola primo, & principaliter prȩfulſerunt hujus doctiſsimæ Domus (qui etiam in jure civili uno eodemque tempore non parum docuerunt) longum eſſet promere Cathalogum: quare ergo liceat tantum nobis aliqua ex novioribus enumerare: ſunt nempè Illuſtriſsimus Frater D. Doct. D. Gregorius Solorzano del Caſtillo, antiquior Canonum primarius Regiȩ Chancellariæ Valliſoletanæ Fiſcalis, & Auditor, Judex Monarchiæ Sicilianæ, Indiarum Conſiliarius, & Caſtellæ Senatus, & tandem Epiſcopus Abulenſis, ubi vita functus eſt. Frater Doct. D. Ildephonſus Morillo Velarde, Primariæ quoque Canonum Cathedræ Moderator, ac Sanctæ Eccleſiæ Salmantinȩ Pœnitentiarius, ubi obiit. In locum oppoſitionis iſtius ſe ſubrogavit Frater Doct. D. Franciſcus de Dueñas & Peralta, qui pro merito ſuo, & animi dotibus jam diù Primariam antiquiorem Canonum Cathedram obtinet, & ad majora obtinenda clamat ejus fama. Tandem ſucceſsit in ejus oppoſitionem Frater Doct. D. Placidus à Sotelo, qui cum communi plauſu Licentiaturæ Lauream promeruit, peracto examine Divȩ Barbaræ Sacelli, & gradum Doctoratus Pontificum adeptus, varias oppoſitiones fecit in eo jure, & interim arguendo, præſidendo, ac explicando libros inſtitutionum publicè in ſcholis, ut alii Canoniſtæ ſimiliter fecerunt, ſe peritum in jure Cæſareo exhibuit, & nunc (ne dicam infauſtè) ab exercitiis litterariis Academicis ſeparatus degit in Vicaria *de Martos* ſui Ordinis occupatus. Alii vero innumeri referrentur, qui Profeſſores indiſcriminatim publicè edoctio-

tioni civili non vacarunt, tam in voce, quam in ſuis doctiſsimis ſcriptis, quæ præmanibus habemus, ſed tot enumerare latiſsimum campum deſiderat.

21 Non minus in publica edoctione civili inſudarunt Jacobæi Religioſi ab initio Regii noſtri Militaris Collegii: ſed cum per difficile etiam eſt, tot conciſſe referre in aliquibus enumerandis recentioribus, contenti erimus. Primo ex illis obtinet locum D. Gabriel de Benita & Plaza, cujus virtute, prudentia, & ſcientia ab omnibus cognita, dum Oppoſitorem civilem ſe exhibuit, in Vicarium generalem Abulę fuit aſſumptus, & in Conchenſe Sanctæ Inquiſitionis Tribunal deinde evectus. In præfata oppoſitione ſe ſubrogavit D. Auguſtinus de los Cobos, Cathedras juri Cæſarei ferè per decennium perlegens, & cum ſibi præmium tanto tempore retardaretur, extenuatis jam viribus, ac provecta ætate in Regale Uclenſe Cœnobium refugit, in cujus Clauſtro litteraturam ſuam, & Religioſam modeſtiam præconizante fama, præmium quæſivit, & non in reſiſtenter traduxit in Sanctum Tribunal Inquiſitionis Barchinonenſis Excellentiſsimus DominusD.Didacus Sarmiento Valladares, ejuſdem Sanctæ Inquiſitionis mirabilis Prę ſul generalis, ac tandem promovit in Murcianam Inquiſitionem. Nunquam felicior, quam cum me ipſum tanti anteceſſoris ſucceſſorem conſpicio (etſi in fauſtam ſortem quiſpiam alius fortaſſe appellaret) cum me intueretur litterariis laboribus plenum, & per 18. annum. completum Antagoniſtam, & ab ſchola ejectum. Non parum ideò lætatus ſum: quia juxta inſufficentiam meam judicor; ſed quia pietas Magni Philippi dilectiſsimi Regis noſtri, fortaſsè bene inſtructi ex illis præteritis laboribus ad Cathedram inſtitutionum traduxit me, abſente quinque annis ab alma Acadèmia, & occupato in Vicariatu generali Provincię Extrematuræ, Prioratus noſtri Legionenſis, & in Proviſſoratu Sede plena, & vacanti Epiſcopatus Gienenſis, quin oppoſitionem pro tunc feciſſem. Quadraginta ergo lectionibus completis in Primaria Cathedra antiquiori legum, benignitate quidē Regia,canonicè quidē inſtitutus ſubſiſto emeritus.Me verò abſente bis ad Cathedras legit D. Joſephus de Platas, inſignis juris Cæſarei profeſſor,Prior quondamUclenſis,Viſitator generalis noſtri Ordinis *de Alèdo,& Totana*.& Epiſcop.titular.Ordin. Succeſsit enim mihi in oppoſitioneDr. D. Franciſcus Antonius de Arce, qui pluribus annis non exiguis meritis, ſed communi laude eam occupavit, & nunc Vicarius *de Villanueva de los Infantes*.

22 Alii enim innumerabiles pariter fuerunt in Collegio, qui ſi pro more liceret, omnes ritè, & rectè ſe opponerent in hac facultate civili cum ambitus Antagoniſticus ſuo tempore patefieret, ac vacuus foret. Sunt nempè D. Joſephus Antonius de Tapia & Pizaño,qui Togatus præfuit Judicaturæ Eccleſiaſticæ, Vicarię, & & Gubernationi generali hujus Salmantini Epiſcopatus, eo tempore, quo calamitates bellicæ, ac Exercitus Luſitanus, & Anglianus hanc Civitatem circumcingebat: qua tempeſtate occurrit cum fideliſsima vigilantia, ac ſudore infatigabili tanti oppuli redemptioni, abſente ſuo Illuſtriſsimo Antiſtite: poſtmodum fuit translatus ad Vicariatum generalem Accitanum, in cujus Eccleſia Cathedrali ſimul etiam Præbendam Doctoralem obtinuit. D. Nicolaus Fernandez de la Regera, & Porres, Proviſſor olim Llerenenſis, & Vicarius generalis Provinciæ Extrematuræ noſtri Ordinis, poſtmodum *de Medina del Campo*, deinde Tudenſis Epiſcopatus, è quo fuit evectus ad Tribunal Sanctæ Inquiſitionis Sicilianum, deinde ad Corduvenſe promotus, quo tempore obtinuit,

nuit, ex mercede Pontificia, Prębendam Rationis in illa Sancta Eccleſia, ubi vita functus eſt. D. Antonius de Vera & Hermoſa. D. Antonius de Arguelles & Eſtrada. D. Franciſcus Caſtaño del Bado. D. Joannes Baſilius Angulò & Nieto. D. Balthaſar de Villarejo Ramirez, Inquiſitor Sanctę Fidei Inſularum fortunatarum, & nunc jam diu translatus ad Tribunal Barchinonenſe ejuſdem Inquiſitionis, ibi obiit D. Joſephus Gutierrez de Zevallos, qui fuit Quæſitor ejuſdem Sanctę Fidei Carthaginenſis in America, & nunc Limenſis Regni Peruani, poſteà vero Epiſcopus Cordubenſis, Tuchumam, & nunc Archiepiſcopus prædictæ Civitatis Limenſis. D. Joannes Diaz Navarrete. D. Joſephus Paulus Ramirez de Arellano. Et D. Ludovicus de Chaves, qui omnes magiſterio civili ornatiſsimi, me teſte, in diſcurſu triginta & duorum annorum ſe exercuerunt in docendo eandem facultatem publicè in ſcholis. Et meo tempore exierunt è Collegio, prętęr alios nunc exiſtentes, qui promittunt uberrimos fructus Doct. D. Joannes Balthaſar de Loayſa & Chaves, in eadem facultate civili gradibus ornatus, prius Fortunatarum Fiſcalis Quęſitor Fidei, deinde Llereneſ. & Cordubenſis Inquiſitor, & Canonicus Segobienſis ad majora pro meritis evehendus, & D. Emmanuel Bayllo & Solis, qui duo publicè Profeſſores infatigabili ſtudio ſe commendarunt edoctioni civili.

23 Immemor tamen non ero referre aliquos ex Canoniſtis, qui ſimiliter interea, ac oppoſitiones Canonum faciebant, jus civile ſimiliter edocuerunt. Sunt nempè Doct. D. Joannes Ramirez Primariæ Cathedrę in ſubſtitutione Canonica Moderator, in Supremo Conſilio Inquiſitionis meritiſsimus Fidei Quæſitor, qui expoſuit mirifica doctrina in uno volumine Bullam confirmationis noſtri Ordinis, non parum illud illuſtrans authoritatibus civilibus. D. Thomas Coſyo Rubin de Celis, quondam Antagoniſta Canonicus, & Vicarius generalis Salmantinus, è Collegio huic muneri inſerviens, ac tandem deceſſit Quæſitor Fidei de Corte, poſtquam indefeſſa ſolicitudine, jam diu prędictum munus ſubierat, in Siciliano, & Granatenſi Tribunalibus. Illuſtriſsimus Dominus D. Didacus Ibañez de la Madrid & Buſtamante, Regius Cappellanus pro Corona Caſtellæ, Decanus deinde de Luchera, Epiſcopus de Trevento, & Puzoll, in Regno Neapolitano, ac denique Epiſcopus de Zeuta, ubi obiit. In locum iſtius ſe ſubrrogavit Doct. D. Petrus Nuñez Florez Caballero, Primariæ Cethedræ Canonum Moderator, & Judex Scholaſticus Salmantinus, è Collegio hanc juriſdictionem exercens, communi plauſu, & dexteritate. Doct. D. Andræas Diez Romero del Portal, Primariæ Cathedræ ſimul etiam Moderator, quæmadmodum prudentia, ſapientia, & virtute ornatiſsimus undequaque, obiit. Et tandem Doct. D. Didacus Martinez Garrido, ad præſens oppoſitionem Canonicam occupat plauſibiliter, & fortunatè, Vicarius generalis ſimul Zamorenſis, & Epiſcopus electus Carthaginenſis in America.

24 Ex quibus omnibus clariſſimè infertur, quod (cum Militares habeant in ſuum favorem relatas Bullas ad auditionem legum, eæque ſint obſervatæ, & practicatę, ut jam diximus, ſimulque habeant conſuetudinem edocendi in hac Univerſitate, ac forent Oppoſitores in eadem facultate civili, in eaque Cathedras moderaſſent abſque alia diſceptatione) capaces ſint tam de jure, quam de facto: nam quid aliud denotant tot actus repetiti è conceſsione Bullę cum tractatu ſucceſsivo uſque ad hæc tempora, niſi conſuetudinem illis ſubvenire! Certe quid aliud? Maximè cum ex ſolo actu, & unico poſsit acquiri

qua-

quasi possessio, & induci observantia, & consuetudo, ex doctrina Bartholi *in leg.1.§. hoc interdicto ff. de itinere, actuque privato.* Perez de Lara *de Cappellaniis lib.1. cap.24. num.26.* Menochius *consil.51. num.40.* Dominus Salgado *de Regia protectione part.2. cap.9. num.29.* & pœnes se non unum, aut alterum adesse, sed infinitos actus, non per quinque, decem, vel viginti annos exercitos, sed de tempore immemoriali hucusque? Ergo evidens est jus nostrum juxta dispositionem legalem: cum etsi adversus prohibitionem militaret præscriptio, quam allegavimus, tanti temporis supererat, & sufficiebat quadraginta annorum. Deindeq̃ in nostro casu potius super esset: quia secundum jus, vel saltim præter jus est, ad quod decem annorum spatium duntaxat requiritur, aut inspicitur. *Text. in cap. ut litigantes de Officio Ordinarii in 6. cap. cum de beneficio, de Præbendis eodem libro*, docet Eximius P. Suar. *lib.7. de legib.cap.15.* Gratianus *disceptationum forensium cap.295.* Hunius *in Enciclop. titul. de consuetudine num.25.* Undè quid mirum, quod dicamus, & proculdubio affirmemus, Militaribus licere in præfata facultate civili versari! cum tot fundamenta, quæ in hoc capite percurrimus, & in primo indicavimus pro illis faciant? Sed quia illis non obstantibus R. Pater Mendo *in suo tract. de Ordin.* in nostram sententiam zeloso animo se invehit, praxim nostram negat, & leges municipales non vidit, in ejus oppositionem, pro exiguis nostris viribus, sequenti in capite defendere curabimus.

*Oppositæ sententiæ Patris Mendo enervantur fundamenta.*

## SUMMARIUM.

*Refellitur sententia P. Mendo, in eo, quod asseruit, consuetudine præscripta, & statui Religioso decentia, attentis specialibus prohibitionibus, non posse Militares edocere jus civile, sicut alii Religiosi in communi cum verbis ejusdem Authoris, ubi notatur ejus inconsequentia. n.1.*

*Assumptum numeri antecedentis clarius fit ex doctrina Pat. Lezan. & nostri Ocampo; sed adversus eos tripliciter arguit prædictus P. Mendo in tract. de Ordin. & expenduntur ejus fundamenta. n.2.*

*Respondetur primo fundamento P. Mendo incompossibilium cum sententia ejusdem Authoris. n.3:*

*Secundo, & tertio argumento fit satis, partim ex verbis ipsius P. Mendo, partim retorquendo illationes, quas facit, in se ipsum, & contra modum loquendi de his Ordinibus, salva pace tanti Authoris. n.4.*

*Aliud argumentum, quod dedudit P. Mendo adversus Militares ex communi praxi aliarum Religionum, & ex earum statutis, non convenit Militaribus: quia nec leges, aut statuta illud resistunt, immo suadent, ut supra dictum est, & ob alias rationes hic tactas. n.5.*

*Diversificari Militares ab aliis Religionibus in communi, in studio, & edoctione Canonum, patet ex communi praxi illorum, nempè edocendi publicè hanc facultatem, & in gradus Doctoratus recipiendo in eo jure, & Cathedris obtinendis, quod non decet alios Religiosos; sed hoc provenire asserit P. Mendo ex specialibus statutis, & privilegiis Militaribus: verum hoc etiam convincitur ex rationibus hic traditis. n.6.*

*Praxis, quam negat Militaribus P. Mendo edocendi leges civiles, convincitur ex exemplaribus innumerabilibus, & ex rationibus aliis non minus efficacibus, quæ illis favent. n.7.*

*Deinde convincitur id, quod atestatur prædictus Mendo de contraria consuetudine Militarium in edocendo leges civiles publice, ex aliis congruentibus rationibus, quæ hic præstantur. n.8.*

*Instantia, quę potest fieri authoritate*

*tate P. Mendo, ateſtante de contraria conſuetudine in ſpeciali tract. de Ordin. ſatisfit pulchris rationibus, quæ conferuntur in hoc. n.9.*

*Replicatur, quod ſi teſtimonium P. Mendo, ut unicum, & ſingulare, non ſufficit ad convincendam contrariam conſuetudinem, minus deſervire noſtrum debet, tanquam domeſticum: ſed reſpondetur pluribus fundamentis Juridicis plus æſtimari debere noſtrum teſtimonium, quam alterius. n.10.*

*In eò, quod aſſerit P. Mendo nullum verbum inveniri in ſtatutis, & definitionibus Ordinum Militarium Legiſtarum, apperte fallitur ex locis ſtatutorum, ſtabilimentorum, & diffinitionum hic citatis. n.11.*

*Pro ſua aſſertione tradit etiam P. Mendo conſtitutiones Collegiorum Militarium ſolum nominare Collegiaturas Theologicas, & Canoniſtas: ex quo deducit non poſſe dari Legiſtas in Collegiis: ſed hoc falſificatur diverſis rationibus hic allatis. n.12.*

*In conſtitutionibus Collegii veteris D. Bartholomæi deſignantur tantum Collegiaturæ Canoniſtæ, & Theologicæ, & tamen in Canoniſtis recipiuntur Legiſtæ. n.13.*

*Ex alia conſtitutione prædicti Collegii arguitur, unam eandemq; facultatem eſſe Canoniſtarum, & Legiſtarum. n.14.*

*Alia conſtitutio Collegii Conchenſis refertur, qua ſtatuitur numerus Collegarum, & in quibus facultatibus verſandorum: & tamen Canoniſtæ, & Legiſtæ mutuo optant oppoſitiones, & Cathedras jam Canoniſtas, jam Legiſtas, hoc eſt licet Legiſta Collega ſit, optat oppoſitionem Canonicam, & è contra: ergo pro una, eademque facultate reputantur, n.15.*

*Alia deducitur conſtitutio Collegii D. Ildephonſi Complutenſis, qua ſolum ſtatuitur duas Præbendas Canoniſtas in eo debere aſſignari, cæteras verò ſacræ Theologiæ, & nullomodo poſſe aſſignari Legiſtas, & tamen inſuper habito juramento, quod præſtant Collegæ de obſervandis conſtitutionibus, ipſi Canoniſtæ opponuntur ad Cathedras Legiſtas, & eas moderantur: ergo quia in praxi communi horum omnium Collegiorum, Juriſtæ, & Canoniſtæ pro una eademque facultate reputantur. n.16.*

*Ratio indecentiæ, quam apropriat Mendo Militaribus, in edocendo civilem ſcientium ſumeſcit, tam ratione exercitii edocendi, quod eſt per ſe bonum, & utile, quam ratione ſui laxioris ſtatus, & inſtituti. n.17.*

*Aſſumptum indecentię, quod tribuit Militaribus Mendo, in edocenda facultate civili, dupliciter evaneſcit, jam ex praxi per antiqua hujus Acadèmiæ Salmantinę in conferendis illis gradibus, & Cathedris moderandis, jam ex ipſo Mendo, qui conſtanter aſſerit alias artes eis licere docere, quas enumerat hic n.18.*

*Potius adhæret fini ſpirituali edoctio facultatis civilis, quam edoctio artium, quę referuntur in num. anteced. & ad id trahitur Bulla Leon. X. in Bullario Magno Cherubin. n.19.*

*Ex Decreto Leonis antea relato, ubi exercitium Philoſophię habetur tanquam non conducens ad verum finem: tamen in his tendentes nullam indecentiam invenit P. Mendo: ergo multo minor indecentia dari debet in edoctione civili: conſequentia probatur, & replicatio adverſus eam poſita ſolvitur. n.20.*

*Reſpondetur leg. 41. C. de Epiſcop. & Cleric. leg. 23. C. de teſtam. quas adducunt Authores contrariæ ſententiæ, pro indecentia edocendi leges civiles, & in vero ſenſu intelliguntur, ex rationibus hic traditis. n.21.*

*Præſtatur vera intelligentia Bullis Julii III. & Gregor. XIII. expeditis in favorem Militarium, nempè quod ipſæ fuerunt expeditę pro auditu, & ſtudio legum, non autem pro his docendis. n.22.*

*Præterea conſuetudo perantiqua Militarium explicat prædicta privilegia pro ſtudio, & auditione legum, & nulla-*

*latenus pro edoctione, quæ eis jure communi erat permissa. n.23.*

*Instantiæ, quæ objicitur, nempè declaratione, aut interpretatione opus non esse, quando constat clarè de mente Pontificis, respondetur convincibili ratione, hic n.24.*

*Bulla Gregor. XIII. amplior est quam Bulla Julii III. & ambæ in suis casibus prosunt Militaribus, quin intelligatur per posterius tolli anterius, nisi in illo, quod expressè revocavit. n.25.*

*Fit Cathalogus Præsbyterorum secularium, & obtinentium Dignitates, qui docuerunt publicè jus civile, & Cathedras in eo moderati fuerunt absque ulla contradictione, seù tergiversatione. n.26.*

*Postremo fundatur, quod eo, quod Militares non sint prohibiti à jure communi edocendi leges civiles, sequitur ex inde practicè posse eas docere: quia pensatis circunstantiis, quæ illis favent, & jam manent expensę, nulla debet considerari in illis prohibitio practica indecentiæ, contra Mendo. n.27.*

*In comprobationem assertionis n. antecedent. allegatur opinio Joannis Sanchez in suis select. quæst. citati à nostro Cano. n.28.*

## CAPUT V.

1 IGITUR sententiam negantem, Fratres Clericos Militares edocere posse jus civile publicè in scholis, stabilire conatur P. Andræas Mendo *in suo tractatu de Ordinibus disquisit. 9. quæst. 3. à n. 24. & quæst. 8. n.67.* cujus rationes, & aliæ, quę possunt proferri, evolvamus. Supponit primo, quod dixerat *in tract. de jure Acadèmic. lib. 2. quæst. 31. à num. 378.* circa Religiosos in communi, ibi: *Tenendum est ex se, & attento jure communi posse Regulares edocere jus civile, & Cathedras, in quibus legitur, moderari; non autem posse, attentis specialibus prohibitionibus Religionum, consuetudine præscripta, & status Religiosi decentia, & professione.* Quod quidem Clericis Fratribus Militiarum adaptat *dict. disquisit. 9. n.25. & n.67.* & ex identitate rationis sui asserti circa Religiosos in communi argumentum ad Militares adducit. Sed quidquid pro nunc sit de talibus censendis fundamentis, fateor me non posse callere vim illationis hujus. Religiosi in communi non possunt edocere publicè jus civile: ergo nec Militares possunt: maximè cum apud ipsum sapientissimum Mendo pluries doceamur in tot tantisque rebus diversificari. Usurpemus ejusdemmet Authoris verba, quæ hoc expressè denotant: ait sanè *disquisit. 11. q.4. n.48. Nam omnes ii* (alloquens de Militaribus) *non adeo strictè paupertatem profitentur, ac alii Religiosi; disponunt de suis bonis, ut asseruimus disquisitione 4. tum decedentes eo modo, quo dicimus disquisit. 15. gaudent redditibus beneficiorum Ordinum, ad plura ex se secularia evehuntur, degunt extra Communitatem Ecclesiis addicti, secularibus immixti vicitant, & secularia negotia tractantes, desidentque solum exteriori specie per tesseram à reliquis Clericis secularibus.* Ex quibus verbis satis infertur, quam in consequenter se habuisset P. Mendo in illa consequentia educenda ex illo antecedenti. Religiosi in communi non possunt edocere publicè jus civile: ergo nec Militares: cum in rebus tam connexis huic materiæ illos ab aliis differri constanter asserat: ergo aut hoc est falsum, aut illud: sed si hoc falleret, & etiam fallerent Bullæ, & statuta innumerabilia, quæ adstant Ordinibus: ergo diversa est diversificatio præfixa à præfato Authore, atque ejus consequentia apparet in Militaribus comparandis aliis Religiosis, in practica prohibitione edocendi jus Cæsareum. Deinde etiam adversus illum sic efformo argumentum: si daretur aliqua prohibitio edocendi leges, sive jure communi, sivè jure speciali erga Religiosos in communi, & Mi-

li-

litares, reſpiceret utique illud inconveniens vitandum, ne immiſcerentur in negotiis ſecularibus, ut ſæpè ſæpius retulimus: ſed in ſententia tanti Authoris *Militares ſecularibus immixti vicitant, ſecularia negotia tractantes.* Ergo falſo ſupponit illos prohibitos eſſe ex jure ſpeciali, quemadmodum alii Religioſi.

2 Hoc idem præterea urgetur, & confirmatur: nam rationes, quæ obſiſterent Religioſis in communi ad edocendas leges, minimè poſſunt extendi ad Militares: ſiquidem hi gaudent laxiori vita, & regula, *elegans textus in cap. beneficium de Regul. lib.*6. qua deciſione nixus Doctiſsimus Pater Lezana *tom. 1. qæſt. Regul. cap. 5. de jure, & obligationib. Regular. Militarium n.*42. *& ſequenti.* docendo quod beneficia ſecularia vacant per profeſsionem Religioſorum, ab hac regula excipit Militares per hęc elegantia verba: *Non videtur intelligendum de hujuſmodi Militaribus, qui, etſi ut dictum eſt, eſſentialiter Religioſi ſint: modum tamen Religioſorum non ſervant, & propterea à ſimilibus odiis eximuntur: tum quia non comprehenduntur in odioſis expectantibus ad Regulares, tum quia etſi Religioſi ſint, modum tamen Religioſorum non tenent, cum non omninò mutent ſtatum, & redditus quaſi proprios obtineant.* Quid clarius ad comprobandam exceptionem Religioſorum Militarium à cœteris Religioſis quoad hanc partem? Hoc idem tenet, & doctiſsimè illuſtravit noſter Ocampo *in reſponſione ad queſtionem: Utrum Clerici Fratres Jacobæi ſint capaces obtinendi beneficia ſecularia?* Verum jam intuemur Reverendiſsimum Mendo, adverſus ſuam ſententiam arma capere negando abſolutè, & generaliter tale privilegium Clericis Fratribus competere *tract. de Ordin. diſquiſit.*11. *quæſt.* 4. §. 1. *num.*49. *& ſequenti, junctò n.*47. ubi ſic tripliciter arguit. Duo incompoſibilia juxta varietatem eventuum conjungi non debent: ſed ſi tale privilegium generale, & abſolutum haberent Clerici Fratres, favorabilia omnium Religioſorum ſimul, & ſecularium conjungerentur in eis (quæ quidem ſunt incompoſsibilia) & ſic onera Religionibus annexa excuterentur: ergo tale privilegium intellectum abſolutè, & generale, utpotè conjungens incompoſsibilia, admitti non debet. Secundo arguit, in his, quæ, rigoroſè loquendo, odioſa ſunt, comprehenduntur prędicti Fratres Clerici: quia etſi diſtent ab aliis Religioſis in vitę tenore, attamen propriè, & ſtrictè inter Religioſos ſunt recenſendi: ergo falſum eſt dicere abſolutè in odioſis nomine Religioſorum non comprehendi Militares. Tandem tertio argumento magis offendit, quia ita ſe expedit: *Odioſa minimè cenſenda ſunt, quæ ex jure communi conveniunt omnibus Religioſis ratione ſtatus*; quod magis oſtendit in hunc modum: ſi quæ jure communi Eccleſiaſtico prohibentur Religioſis, eſſent odioſa, & ad ea non tenerentur Clerici Fratres Militares, fieret, ut ferè nulla lex, aut diſpoſitio Eccleſiaſtica eos ligaret; ſed hoc dicendum non eſt: ergo ad prohibita jure communi Religioſis tenentur Clerici Fratres: majorem vero ita explicat: *Nam leges, & diſpoſitiones prohibentes aliquid ſecularibus: quia ſeculares ſunt, eos non ligant: quia in his inſiſtunt, nempè quod ſint Religioſi: aliunde contenditur leges, & diſpoſitiones prohibentes aliquid Religioſis eos non ligare: quia odioſę ſunt, & ipſi in odioſis non comprehenduntur nomine Religioſorum: ergo undique ſoluti ſunt legibus, & diſpoſitionibus Eccleſiaſticis, onus aliquod continentibus; & quin ſentiant onus Religioſorum, nec ſæcularium, commoda utrorumque ſentire intendunt; & qui ratione ſtatus ſtrictioris legibus ſtrictioribus ſub eſſe debent ſolum ſibi faventes amplecti conantur: ſi fundamentum propoſitum vim habeat, hæc autem omnia ex terminis ſunt abſurda.* Hæc ille vir alias doctus

de tantis Ordinibus prorrumpit verba *dicto num.* 50. ſed ejus venia inflicta tela, quibus Ocampo vulneravit profligare, ſingulatim curabimus, & patebit ex ſequentibus.

3 Ad primum argumentum incompoſsibilium : reſpondeo alio argumento, quod ſic figuratur ; in ſententia P. Mendo ea appellantur incompoſsibilia quando conjunguntur favorabilia omnia Religioſorum, & Secularium : ſed hæc omnia Summi Pontifices, & declarationes Conciliares conceſſerunt Militaribus : ergo hæc omnia, quæ incompoſsibilia videntur in ſententia Patris Mendo, poſſibilia ſunt reſpectu Fratrum Clericorum Militarium. Major conſtat ex doctrina ipſius Authoris *dict. diſquiſit.* 11. *q.* 4. *n.* 47. *in fine.* Minor autem probatur : nam nullum Regularem Militarem comprehendi ſub Decreto Tridentini *ſeſſ.* 27. *cap.* 25. *de Regular.* quia non veniunt in odioſis, decidit Rota *die* 11. *Decembris anno* 1570. *& Congregat. Concil. coram Cardinal. Alciat.* ut videre eſt apud Barboſam *ibidem in declaratione.* Docet idem principium Portell. *in dub. regul. verb. Religioſus n.* 2. & illum referens noſter Ocampo *loco relato n.* 3. qui ſimul allegat Quaranta, & Petrum de Aragon, *ac loquendo de Equitibus Sancti Joannis,* idem affirmat Rodriguez *tom.* 1. *queſt. Regularium q.* 1. *articul.* 6. Alias etiam deciſsiones, & declarationes, quibus Militares excipiuntur ab odioſis, affert Proſper. Farinac. *in deciſsione Tridentini volumine* 4. *frequenter* : ergo aut deneganda eſt ſuprema poteſtas Papæ, & Concilii in hoc concedendo, aut fatendum eſt hæc incompoſsibilia, quę invenit P. Mendo, verificari poſsibilia in Fratribus Clericis Militaribus, virtute ſuorum privilegiorum. Illud innegabile eſt : immo ipſe Author facile concedit *loco citat.* §. 3. *num.* 80. *in medio* per illa verba : *Sed quis neget potuiſſe illis à Sede Apoſtolica id concedi* ( ſcilicet privilegum exemptionis in odioſis ) *tum ob Ordinum Militarium merita inſignia, erga fidem, & Eccleſiam : tum quia Fratres Clerici ex uno capite plus oneris, quam ſeculares ſubeunt, cum votis adſtringantur, & Ordinum ſtatutis ligentur : & ex alio, non adeo auſteram vitæ normam, nec ſemper intra clauſtra, ut alii Religioſi non Militares, ſequantur ?* Ergo privilegium Militarium, quod non comprehendantur in odioſis in ſuo ſenſu, & ſecundum ſuam generalem conceſsionem cenſendum eſt, quin ex eo excuti videantur onera Religioni anexa : quia non ideo deſinunt Clerici Fratres illa jucunde pro more ſuo comportare, votis adſtricti, & Ordinum ſtatutis ligati, ut ipſe Author fatetur in verbis ipſius relatis : ergo vel dicendum eſt, quod à priori ſententia ſtabilita *n.* 49. reſilivit ex poſtfacto *n.* 80. vel manifeſta apparet ejus inconſequentia. Quod ſanè de tanto viro non credimus ; ſed potius cum illud primum docuit ſibi occultaſſe tot conceſsiones, & declarationes Conciliares, & ſic partim illis in cognitionem ſuam advenientibus, rigorem ſuæ oppoſitionis mitigare cupiiſſe.

4 Ad ſecundum argumentum facile reſpondetur : ſiquidem in eo loquitur de ſubjecto non ſupponenti : non enim ex privilegio exemptionis in odioſis curatur Clericos Fratres Militares Religioſos non eſſe, ſed ſalva manente Religione in his, & aliis caſibus conſtitutionum generalium aliqua prohibentium Regularibus, non contineri : & hoc idem eſt, quod Pater Mendo compeſcuit *dicto n.* 80. *in fin.* ibi : *Ut ſic nec ab omnibus odioſis excipiãtur, nec includantur in omnibus.* Nec eſſet bona illatio, Fratres Clerici Militares ſunt Religioſi ſtrictè, & rigoroſè : ergo rigoroſè comprehendi debent in odioſis Religioſorum : quia illii manent privilegiati, ut jam vidimus : & ſic argumentum nihil adverſus nos facit. Nec obſtat, & ſi officiat in modo dicendi, tertium

argumentum: nam illud inconveniens, quod ex eo deducitur, nempè quod ferè nulla lex, aut dispositio Ecclesiastica Militares ligaret, nullius momenti est, si distinguamus: aut lex Ecclesiastica disponit prohibitivè circa substantialia Religionum, vel ultra normam instituti. Si primum transeat major: quia de hoc nec disputavit Ocampo, nec nos disputamus, & si hæc esset nostra disputatio, non inficiaremur in illa concedenda majori, ut de facto concedunt Ordines in observantia tanti privilegii. Si vero secundum voluit P. Mendo, pro viribus negamus majorem, ac tale inconveniens nullius momenti esse, & si non, audiamus verba prædicti Authoris „ *dict. n.* 80. inquit ipse: Quo funda„ mento infringitur, aut mollitur in„ conveniens §. 1. propositum, quod „ inde sequatur Clericos Fratres Mi„ litiarum, nec teneri legibus secula„ ribus, nec Ecclesiasticis onerosis, & „ sentire commodum: non verò onera. „ *Et paulò post*: Hinc in odiosis, quæ „ speciale onus afferunt, & sunt velu„ ti suprà normam vitæ, quam sec„ tantur, non veniunt; secus in aliis, „ quod prudenti judicio, & circunsp„ tantiis omnibus inspectis, pensandum est. Ergo in sententia tanti Magistri, quando leges Ecclesiasticæ loquuntur ultram normam vitæ, licet illis non teneantur Militares, inconveniens non resultat. Patet consequentia: nam in illis casibus illos non venire asserit, & tenent pariter de Novitiis Religionum communiter Authores, ac de Equitibus Divi Joannis pro constanti affirmat P. Emmanuel Rodr. *dict. tom.* 1. *quæst. Regul. q.* 1. *articul.* 6. sed si aliqua lex daretur, quæ prohiberet Religiosis edocere jus civile, loquebatur ultra normam vitę respectu Clericorum Militarium, ut probavimus *cap.* 4. *n.* 7. & 8. ergo haud deberent ipsi in ea prohibitiva lege comprehendi. Ex quibus omnibus falso asseruit P. Mendo in absurdum venire, Militares undique solutos esse legibus, & dispositionibus Ecclesiasticis, aliquod onus continentibus, cum ita maneant privilegiati, ut jam vidimus; ac nihil mirum, quod licèt ratione strictioris status legibus strictioribus subesse debeant, solum sibi faventes amplectantur, cum illud habeant tam amplum privilegium. Quod fortè mirandum venit, in eo est, quod Pontificum decreta ampliſsima, ac decisiones Conciliares, ita limitet sapientisſimus ille vir, quod ferè nullius roboris esse relinquat: ait etenim idem ipse, ut dicebamus *num.* 2. *quod odiosa minimè censenda sunt, quæ ex jure conveniunt omnibus Religiosis ratione status*: sed (ad rem nostram deveniendo) ex se, & attento jure communi, quicumque Regulares possunt docere jus civile in ejus sententia *lib.* 2. *de jur. Academic. q.* 31. *n.* 378. ergo Militares necesse non habent uti privilegio exemptionis, ut ex se, & attento jure communi possint docere jus civile. Totum hoc nobis concedere Reverendisſimum Mendo prospicimus, *in tractat. de Ordinibus disquisit.* 9. *quæst.* 3. *à numer.* 24. ergo videtur corruere nostra argumentatio. Verum adhuc non cessat.

5 Deducit quippè *dict. loco de Ordinib.* quod Clerici Fratres Militares, licet ut alii Religiosi attento jure communi possint docere jus civile publicè; non tamen possunt ob rationes speciales, quæ obstant aliis Religiosis communiter intellectis, nempè consuetudo prescripta, prohibitiones Religionum expressæ, aut implicitæ, vel decentia status Religiosi. Hinc etenim ellicit suum principale fundamentum ad denegandam talem capacitatem Militaribus: sed quam vanè, & futilè hoc faceret, ex sequentibus apparebit: nam aut apud Patrem Mendo materia de qua agebat erat clara, & benè comperta: vel obscura, & dubia: si illud: debuit illam tantum decidere juxta rationes spe-

ſpeciales ipſarum Militiarum: verùm non invenit, ut poſteà videbimus, & ideò conjunxit doctrinam præfixam circa alios Religioſos. Si vero hoc: nihil egit: nam in caſibus dubiis recurrendum non eſt ad antiquam obſervantiam Provinciarum remotarum, ſed ad conſuetudinem propriarum Regionum. *Leg. in ſtipulantibus ff. de Regulis jur. Leg.* 1. *Leg. & in contraria* 37. *ff. de uſuris. Leg.* 7. §. 10. *de Adminiſtratione, & pericul. tutor.* & ſic in omnibus actibus, & contractibus attenditur conſuetudo loci, quo fuerunt celebrati, uti in evictionibus rei venditæ accidit. *Leg. ſi fundus ff. de eviction.* & in legatis pecuniariis. *Leg.* 10. *in fine de legat.* 1. *Leg.* 75. *de legat.* 3. & aliis ſimilibus caſibus. *Leg.* 31. §. 19. *de edilit. edicto. Leg.* 1. *in fine de ventre inſpiciendo. Leg.* 1. *Cod. quæ ſit longa conſuetudo. Lege* 27. *de legibus*, docet Maſcard. *de probat. concluſ.* 423. *num.* 11. D. Valenzuel. *conſil.* 35. *num.* 228. Cyriac. *controverſ.* 23. *num.* 22. D. Solorzan. *de Jure Indiar. lib.* 1. *cap.* 23. *num.* 20. & quando deficit lex propria ad nova emergentia, recurrendum eſſe ad ſpeciales leges locorum vicinorum, non autem ad antiquas, & quæ ſunt Regionum exterarum. Nos admonet *text. in cap. ſuper eo de cenſibus, leg. de quibus ff. de legibus*, tenet Quintilianus, *declamatione* 331. ibi: *Si quid ultione dignum non habet lex, manifeſtum judicium proximum ſequi debere.* Ergo cum Pater Mendo in deſumendis exemplis ad commune Religionum recurriſſet ad convincendam prohibitionem practicam Clericorum Militarium in edocendis legibus, clarè infertur oleum, & operam amiſiſſe: quia niſi in ſubſtantialibus Religionis, veluti in tribus votis, in nihilo alio conveniunt cum communi Religioſorum: ſuntque prorſus diverſa inſtituta, regulæ, & vitæ norma. Si enim argumentum deduceret, eruditus aliàs vir, ab allis Religionibus Militaribus, nempè D. Joannis Hieroſolimitani, Monteſiæ, Chriſti, vel aliarum Militiarum, quarum plurimæ florent cum magna gloria Eccleſiæ Dei, convinceret proculdubio: quia currebat paritas ob conformitatem, quam cum illis dicimus in vitæ norma, & inſtituto; itaque etiam legem requirere videretur è vicinis Regionibus, aut quaſi propriis. Verùm cum in eis Equeſtribus Ordinibus non inveniſſet leges, & conſuetudines contrarias ad ſuam opinionem fundandam ad Regiones longinquas refugiit; infeliciter tamen! quia ad caſum præſentaneum ſerò veniunt, & non conducunt. In comprobationem perpendite verba Patris Mendo, *dict. tract. de Ordinibus diſquiſit.* 9. *quæſt.* 8. *n.* 8. ibi: *Et quamvis alii Religioſi non Militares juri Canonico non ſtudeant publicè, nec in illo gradum Doctoratus ſuſcipiant, id non ex juris prohibitione provenit, ſed ex ſpecialibus Religionum ſtatutis, ac conſuetudine: & quia communiter inſtituto eorum non congruit, & ſaltim Theologia ſcientia eſt eis opportunior.* Et paulò poſt: *At inſtituto Clericorum Fratrum juris Canonici facultas eſt valdè opportuna.* Ergo ex eo, quod Regularibus in communi aliquid ſit prohibitum ex ſpecialibus ſtatutis, conſuetudine, & ratione ſtatus: prohibitum non eſt Clericis Fratribus Militaribus, ut contingit in facultate Canonica: ergo minus conſequens oſtenditur Mendo in eo, quod adaptat Militaribus de prohibitione edoctionis facultatis civilis.

6 Sed in hujus argumentationis occurſum venire Reverendiſſimum Mend. facile proſpicimus, in eo, quod inquit *dict. diſquiſit.* 9. *queſt.* 8. *num.* 68. *Quod ideò prohibitio circa Religioſos in communi non protrahitur ad Militares: quia Canonum ſtudium per ſtatuta, & diffinitiones illis eſt commendatum, ſuſceptio gradus in illa facultate, & Cathedrarum moderatio approbata, ac conſuetudine plurium, qui & gradum, & Cathedras obtinuerunt, cum ingenti boni publici utilitate, & ipſorum Ordi-*

num

*num Militarium ſplendore, atque ob id licitum, decens, & congruum firmatur.* At vero edoctio juris civilis, quemadmodum Regularibus in communi prohibita eſt ex ſpecialibus ſtatutis, & conſuetudine præſcripta, ac ſtatus Religioſi decentia, & profeſsione; ita ſimiliter ob eaſdem tres cauſas reperitur prohibita Clericis Fratibus Militaribus, ita ſe expedit *dict. quæſt. 8. n.67.* Sed licèt hæc doctrina convincatur de falſa, ex dictis *cap. anteced.* aliquantulùm tamen temporis impendemus in oſtendendo per partes ejus falſitatem: verum antequam promiſſa adimpleamus, nos vocat (licet ad noſtrum aſſumptum non pertineat) alia indefenſabilis opinio Patris Mend. (ignoſce mihi erudite vir: quia veritas rei ita me cogit ſolvere habenas) in eo, quod affirmavit de prohibitione circa omnes Regulares, ex ſpecialibus ſtatutis, & conſuetudine, ne poſſint edocere jus Canonicum: quia communiter congruum non eſt eorum inſtituto, & id impediunt ſpecialia ſua ſtatuta, & inveterata conſuetudo. Nam contra primo rigoroſa edoctio eſt, quæ per ſcriptum fit, maximè ſi in lucem opera edatur, ut notum eſt: ſed innumerabilia volumina purè Canonica inveniuntur ab Authoribus Regularibus ſcripta, & alia moralia, quæ plerumque ſunt Canonum plena; & tamen non ſolum non impeditur eorum lectio, & ſtudium, ſed à cenſoribus valdè commendatur, & ut plauſibilis doctrina meritò approbatur. Ergo prohibita non eſt edoctio Canonica Regularibus. Cui accedit communis traditio ſcholæ noſtræ, qua communiter fertur, quod ab ęvis antiquiis Clauſtrales Franciſcani, Auguſtiniani, & Dominicani regebant, & moderabantur Cathedras ſalariatas Canonum: de quo mihi teſtatur adeſſe plurima teſtimonia, ac in Archivo publico Univerſitatis ſervari, & docet Pater Mendo *dict. lib. 2. ſelectar. quæſt. 31. n. 387.* quæ omnia ſanè denotant R. Mendo clarè fefelliſſe in deneganda capacitate edoctionis Canonum Regularibus. Optarem profectò aliqua ex ſpecialibus ſtatutis, quibus id prohiberi aſſerit, indicaſſet: nam in mentem noſtram licet ea requiſivi, nullum hucuſque advenit: unde in præfatam ſententiam libentèr nos conferimus, & ad viam, de qua digreſsi ſumus, revertere intendimus.

7 Ait quippè Pater Mendo, Clericis Militaribus in primis obſtare præſcriſptam conſuetudinem edocendi leges, ſed neſcimus qua fronte hoc aſſeverat, cum contrarium ſit veriſsimum, & id ipſum facillimè ſuadent tot exemplaria Oppoſitorum, & Profeſſorum purè civilium ex tribus Collegiis Togatorum, quæ *cap. anteced.* enarravimus *à n. 7. cum ſequentib.* & ante illos innumerabiles fuiſſe à fundamentis Collegiorum ſuorum, è Tabellionatu, vel Secretaria Univerſitatis conſtabit, ſi curioſus voluerit in hujus rei veritate confirmari: quæ omnia, cum notoria ſint omnibus, miramur illam obſervantiam, ita ignoraſſe Patrem Mendo. Accedit ulteriùs alia congruens ratio: nam poſſibile eſt, quod ex illis pluribus, qui moderati fuerunt Cathedras Canonum, de quibus teſtatur ille vir doctus *dict. diſquiſit. 9. q. 8. num. 68.* nullus ex illis docuit publicè facultatem civilem? De quo tunc fuiſſet ſtylus, nec intendimus, nec poſſumus teſtificari; attamen credibile eſt illud obſervari, ut nunc obſervatur, & neceſſariò requirit ad Cathedras, etiam Canoniſtas, ferendas, aliquos actus civiles facere. Deinde etiam veroſimile eſt, quod tanti viri trium Ordinum perilluſtres, qui in Judices cauſarum civilium fuerunt evecti (quorum diffuſum Catalogum facit P. Mendo *diſquiſit. 9. q. 11.* & faventeDivina gratia multo majorē prodiri ſperamus) omnes illi introjerūt inReligionem, ea ſcientia civili neceſſaria ad benè regendas judicaturas? Potuit contingere; ſed per difficile, aut poſ-

pœnè impoſsibile cordatis videbitur. Tandem verò ſi contraria eſſet conſuetudo aſſerto Patris Mendo, quomodo poſſet exerceri juriſdictio Eccleſiaſtica in diverſis Vicariis, & Proviſſoratibus Ordinum per perſonas Religioſas ipſorum, uti ſemper communi acceptatione fuit exercita, & quotidie animadvertimus exerceri? Sanè igitur fatemur illam ſcientiam civilem neceſſariam acquiri non poſſe in quinque curſibus, ad quod tempus minus rectè voluit taxare ſtudium talis facultatis ille vir, alioquim eruditus, virtute Bullæ Gregorii XIII. ut dictum manet *num.2.cap.* 4. ergo neceſſum eſt, quod ſimiles Vicarii, & Proviſſores, ac alii, qui exercent juriſdictionē Ecclaſiaſticam, diù profeſsi fuiſſent in Acadèmia jus civile: ergo quando non adeſſet praxis tam inconcuſa, & inveterata, ut conſtat ex dictis, ex his duntaxat poſſet judicari conſuetudo ex parte Militarium, quibus etenim ſubvenit quam habent Equites ſuorum Ordinum, qui etſi profeſsi ſint, & ſacris Ordinibus initiati, talem facultatem profitentur, jam ſtudendo, jam docendo, jam Cathedras moderando. Et quod hæc conſuetudo Religioſis conveniat, patet: nam ex eo, quod corpora miſtica ſint, hi Equeſtres Ordines compoſsiti ex his duobus membris Clericorum, & Laicorum inſeparabilibus, tenet eruditiſsimus Confrater noſter Doct. D. Joannes Ramirez *in expoſitione Bullæ confirmationis Ordinis Div. Jacobi cap.* 5. *num.*12. *& cap.* 25. *num.* 1. perdifficile eſt dari in hac materia praxim licitam in unis, quin aliis proficiat. Et ſuppoſito, quod facit Mendo, quod à jure communi talis conſuetudo non eſt reprobata Clericis Fratribus, præſumi debet, quod legitima ſit, ex dictis à D. Solorzano, *tom.* 2. *de jure Indiar. lib.* 3. *cap.* 24. *num.* 16. cum deinde manet firmata ſuperiorum ſcientia, Acuña *in decretum cap.* 3. *num. fin. diſtinct.* 4. *& cap.* 7. *n.*5. *diſtinct.*8.

8 Amplius etiam convincitur Mendo: nam conſuetudinem contrariam, nec potuit, nec debuit inducere: quod patet: nam etſi ſuo tempore demus, quod nullus aderat profeſſor facultatis civilis ex Militaribus, non ideo potuit colligere, & multo minus aſſeverare conſuetudinem adſtare in contrarium: quod manifeſtè probatur: nam in facultativis actibus nulla valet dari conſuetudo, ut latè tenet Dian. *in coordinatis reſol. moral. tom.*6. *tract.*2. *reſol.*26. Rochus de Curtè *in tract. de conſuetudine ſect.*4. *num.* 77. Auguſtin. Barboſ. *voto deciſ. ſivo* 76. *ſect.*6. *à num.*1. *& voto* 49. *à num.*35. Deinde etiam hoc idem confirmo ſequentibus exemplis: puta ſi habeo facultatem altius tollendi in ſolo meo uſque ad Cœlum: dato, quod altius non tollam per tempus etiam longiſsimum, non inducitur conſuetudo contra me: quia nihil factum eſt in contrarium. Docet Abbas Panormitan. *conſil.* 57. *columna penultima, in* 2. *volum.* item ſi damnum paſſus nunquam egit actione legis Aquilię, per hoc non eſt inducta conſuetudo, nec ſublata facultas agendi, juxta prędictum Rochum de Curtè *loco nuper citato.* Poteſt tandem exemplificari alio pulchro caſu, quem tradit Calderinus *conſil. ſuo ſub titul. de conſuetudine*, ubi conſuluit, quod licet Prælatus Eccleſiæ deputaverit laicum in operarium, vel fabricerium Eccleſiæ per octoginta annos continuos, & nunquam deputaverit clericum: tamen, quia ille fuit actus voluntarius, & meræ facultatis, non fuit ſublata facultas ipſi Prælato deputandi clericum: & in noſtra Acadèmia Salmantina manet judicatum à Carolo II. Rege noſtro fœlicis recordationis *in Regali Schedula data die* 24. *Maii* 1692. pro decidenda controverſia Doctoribus mota à Collegiis Majoribus, quæ deſiderabant illos ſibi replicare teneri in omnibus ſuis concluſionibus. Unde clarè evincitur, quod

etſi

etsi suo ævo Pater Mendo fortasse Collegas Militares edocentes jus civile non agnosceret, minus rectè de contraria consuetudine affirmavit: quia licet pro tunc Professores juris civilis minimè darentur, non ideò videri debet eos jus edocendi non habere: quippè dato, quod hoc sit facultativum, & liberæ electionis, potuit contingere, quod iidem ipsi potius se inclinarent ad jus Canonicum, quam ad civile, & sic falso desumitur ex eo argumentum contrariæ consuetudinis: præterquamquod non vane conjecturamur in illis temporibus P. Mendo, Militares versari publicè in professione civili: nam invenimus tractatum de Ordinibus prædicti Authoris typis mandatum *anno* 1657. Salmanticæ, & librum ingeniosum disputationum Salmanticensium Fratris Doct. D. Didaci Becerra, Ordinis Alcantarensis editum in eadem Civitate *anno* 1669. *mense Januar.* Undè cum spatium tantum duodecim annorum mediet inter unum, & alterum opus, facile credendum venit eo tempore, quo scribebat P. Mendo scripsisse quoque D. Becerra: quia hujus opera juxta profunditatem doctrinæ, & diversarum materiarum, quas in ea tangit, & latè fundat, non quatuor, aut octo annis studii facultatis civilis potuit ea dexteritate peragi. Et confirmatur *ex lib. resolutionum capitularium sui Collegii*, ex quo constat oppositionem subscripsisse in ea facultate ad se opponendum in Universitate *ann.* 1664. eique præhabito examine contulisse Regium Ordinum Senatum Collegiaturam Magistralem in eo jure: & tandem, quod *ann.* 1673. tulit Cathedram Institutæ. Nec valet si dicas: ad obscurescendam conjecturam, quod Frater Becerra intravit in Ordine jam Magister in illa facultate. Quia hoc est falsum: immo quod verissimum est, in Collegium advenit merè Grammaticus, de quo certi sumus ex dictis plurium antiquorũ illius equestris Ordinis.

9 Sed licet hęc ita firmata maneant: dices tamen multum officere assertioni nostræ authoritatè Patris Mendo: tum quia Author est scientificus, & majoris notę, tum quia ex professo egit de Ordinibus Militaribus; quam ob rem præsumi debet pro veritate suæ testificationis. Non inquam hoc nobis obstat, non authoritas tanti Authoris (quamvis eam semper veneramur) quia unicus, & singularis est, & quia majori authoritati testandi de aliqua re si vergat in præjudicium tertii minimè credendum esse asserunt Doctores, quos citat, & sequitur Fragosus *de Republica Christiana tom.* 2. *part.* 2. *lib.* 5. *disputat.* 15. *num.* 8. *& sequent.* Pater Dian. *in coordinatis tom.* 1. *tract.* 5. *resolut.* 21. qui etiam tenet *tom.* 6. *tract.* 2. *resolut.* 34. ex doctrina Patris Villalobos, & ut communiori sententia, quod minimè credendum est Doctori de consuetudine testanti, ita Zevallos. *Communium contra communes quæst.* 1. D. Vela *dissertatione* 15. *n.* 39. Pareja *de Instrumentorum editione titulo* 2. *resolut.* 2. *n.* 53. Pater Alphonsus de Leon *de censuris recollectione* 5. *num.* 558. ubi eam præstat rationem: quia consuetudo non sic de facili præsumitur *cap. fin. extra de consuetudine*, & ad id allegat decisionem Rotæ. Non iterum obstat, quod specialiter de Ordinibus tractasset: quia ex hoc nihil amplius pro eo conjecturatur: quia non solum testatur de contraria consuetudine Militarium, verum etiam omnium Religionum: undè cum consuetudo universalis non sit uniformis, sed difformis, non est attendenda, sed reccurrendum est ad jus commune. Pater Alphonsus de Leon *ubi supr.* aut saltim credendum est ateſtanti pro locis in quibus versatus est, ut ex pluribus Authoribus tenet Dian. *Coordinatus tom.* 1. *tract.* 5. *resolut.* 21. ubi citat Rollandum à Valle, Cacheranum, Riminaldum Juniorem, Hondedæum, & alios. Ergo ita dicendum venit de testi-

tificatione Patris Mendo, nempè quod tantum ei credi debeat in eo, quod teſtatur de contraria conſuetudinè edocendi, reſpectu Societatis Jeſu: quia utpotè Religio propria reſpectu ipſius, vicem proprii loci ſortitur, cum Religioſus locum proprium non habeat; non autem in eo, quod teſtatur de aliis. Et quamvis de his Ordinibus ex profeſſo egiſſet, undè videbatur ei adhibenda major fides ex dictis à Joanne Sanctio *in ſuis ſelectis diſputationibus diſputatione* 48. *num.* 48. tamen in hac materia non major fiducia contrahitur: quia hic agitur de materia facti, quæ eſt conſuetudo, tenet Curtius *ſection.* 4. *n.* 9. *fol.* 140. doctrina verò Sanctii locum duntaxat habet in iis, quæ juris ſunt, ac quæ conſiſtunt in ratione intellectus. Deinde etiam: quia prædictus Mendo quamvis ſpecialem tractatum de Ordinibus compoſuit, præſens punctum minimè ex profeſſo tractavit, ſed levi manu tetigit. Ultimo enim ex alio *cap. nihil* probat ipſius atteſtatio contrariæ conſuetudinis: nam cum ad eam probandam neceſſario requiratur plena probatio ſecundum commune Doctorum, ut ait Curtius *nuper citat. num.* 10. aut ad minus per duos teſtes ſit probanda. *Leg. ubi numerus ff. de teſtibus*, & unus licet ſit majoris exemptionis non inducat probationem, *ut probatur ex leg.* 9. *Cod. de jur. jurando*, Fragoſus *ubi ſup.* & Diana *poſtremo loc. citat.* clarè conſtat prædictum Authorem, cum unicus ſit in atteſtanda contraria conſuetudine Militarium, & ſi fortè de vero deponeret, nihil agere contra nos, nullamque fidem ei præſtandam: quia plenè non probat, nec præſtat rationem declarationis ſuę, ſed abſolutè, & generaliter loquendo denegat conſuetudinem edocendi obiter; ut ex illo videre eſt loco ſuperius citato.

10 Dices tamen, quod ſi hæc omnia probant non eſſe fidem præſtandam Patri Mendo, probant etiam adverſus nos, ſaltim in eo, quod affirmamus de poſitiva conſuetudine in favorem Militarium: nam ſimiliter unicum eſt teſtimonium noſtrum de hac re, & nullus hucuſque de tali negotio fuit teſtificatus: quam ob rem, & quia præterea domeſticum eſt noſtrum teſtimonium, melius reppelli debet, quam prædicti Authoris: quia teſtis in ſua cauſa nemò admittitur *cap.* 6. 12. 20. 22. 24. 29. 44. & 51. *de teſtib. leg.* 18. *cum ſequenti, tit.* 16. *par.* 3. Antonius Gomez *lib.* 3. *variar. cap.* 9. *num.* 1. Pater Thom. Sanchez, *lib.* 6. *Conſiliorum cap.* 5. *dub.* 18. Farinac. *in praxi tom.* 2. *de teſtibus q.* 60. Riccius *part.* 3. *collect.* 557. & *part.* 4. *collect.* 1147. Tiraquel. *in tit. Cod. rei inter alios acta verſiculo hęc limitatio, & ſequenti.* Hæc, inquam, & non ſine gravi fundamento replicabis: verum facilis reſponſio offertur in promptu, ſuppoſita diſtantia, quę adſtat inter ignorantiam noſtram, & profundiſſimam ſapientiam tanti Magiſtri: nam quamvis pari paſſu ambulemus in ſingularitate teſtificationis, magna tamen verſatur differentia: quia nos non abſolutè, & generaliter atteſtamur de conſuetudine, ut facit prædictus Author, ſed eam probamus exemplaribus. Teſtes enim advocamus Doctores, & Magiſtros illa approbantes: nos tamen referimus ad volumina Secretarię Univerſitatis, undè non unica, & ſingularis depoſitio noſtra judicari debet: quia illam confirmant unico contextu inſtrumenta allegata, & authoritas Clauſtri hujus noſtræ almæ Academię in gradibus conferendis. Præterquàmquod exprofeſſo agitamus hanc materiam, & diligentiori cura indagata veritate nos ſcribere præſumendum venit: quin obſtet quod dicebatur de domeſtico teſtimonio, quia prohibitum non eſt, immo permiſſum in cauſa propriæ communitatis teſtificari, tenet Bobad. *lib.* 3. *Politic. cap.* 8. *num.* 96. Noguerol. *allegat.* 26. Menochius *lib.* 2. *de arbitrar.*

*caſ.*

*caſ.* 106. Jul. Capon. *tom.* 1. *diſceptat.* 95. Riccius *part.* 5. *collect.* 1859. Giurba *de feud.* §. 2. *gloſſ.* 19. *num.* 74. Eſcobar *de puritat. part.* 1. *q.* 11. §. 1. *à num.* 37. & licèt hæc regula limitatur ab aliquibus Authoribus, caſu, quo caſu vergat in utilitatem teſtificantis individui, nobis tamen accommodari non valet: quia ſumus in poſſeſsione docendi, ac Doctoratus gradus in jure civili, nobis licèt immerito tributus in hac alma Salmantina Acadèmia abolendus non eſt, & ubi etiam obtinuimus primariam Cathedram in hoc jure. Undè cauſa purè communis eſt Militaribus Ordinibus, nullumque intereſſe ex parte noſtra verſatur, pluſquã vivam rationem oſtendere, atque eorum honorem vindicare à calumnia, qua nunc temporis intenditur eorundem profeſſores labefactare, in eo, quod dicitur non poſſe illos facultatem civilem edocere. Nec cenſenda eſt unica atteſtatio noſtra, ita abſolute, ob id, quod nullus alius Author de hac conſuetudine fuiſſet locutus: quia etſi in ſcriptis non detur alia, tot Magiſtri, & Doctores noſtræ Univerſitatis una voce hoc idem deponunt, qui ſunt teſtes in numero plurimi, & omni exceptione majores, quales factum hoc requirit, *cap.* 1. & 7. *de Teſtibus*, *cap.* 1. *de conſanguinitate*, Cobarruv. *in cap.* 8. §. 11. *à num.* 17. Riccius *part.* 7. *collectan.* 3096. præterquamquod, ut jam probavimus ſuprà *cap.* 4. *à num.* 17. exemplis ibi adductis affirmativè probatur, ut requiritur in ſententia Dianæ *in locis ſuperius citat.* non ſolum tranſcurſu temporis decem annorum, qui ſufficit ad inducendum uſum cujuſcumque privilegii tenet Molina *de Hiſpan. primogen. lib.* 2. *cap.* 6. *à n.* 58. ſed tranſcurſu centum, & ultra annorum; quo ergo nedum plenè, ſed pleniſsimè manet conſuetudo probata, de qua aſſertio noſtra.

11 Falli enim oſtenditur prædictus Mendo, quatenus prohibitionem edocendi leges deducit ex eo, quod ſtatuta, & diffinitiones ſpeciales Ordinum illud prohibent, ut inquit *in dict. diſquiſit.* 9. *q.* 3. *num.* 25. & *q.* 8. *numer.* 67. & *ſequenti*; quia ſpecificè, & expreſsè contrarium tenent, ut probatur *ex ſtabiliment. Ordinis Divi Jacobi tit.* 12. *cap.* 1. ubi agitur de conditionibus, quas habere debent, qui ad ſortes in Priorum electione ſunt introituri, & reppelluntur in hoc *capite, qui non fuerint ſaltim Bachalaureati in Theologia ſacra, in jure Canonico, aut civili*, per illud verbum, *ò en Derechos*: quod nihil aliud denotare valet, cum nulla alia jura agnoſcamus in ſcholis, nec tales gradus conferri ſoleant in juribus aliis, quam in illiis duobus. Ulterius etiam hoc idem patet *ex iiſdem ſtabilimentis fol.* 197. ubi aſsignantur quatuor Collegiaturæ Magiſtrales, duplex Theologica, duplex Canoniſta, ut qui eas occupaverint uno eodemque tempore doceant curſantes Collegas, & ad Cathedras ſe opponant; ſed juxta morem per antiquum Univerſitatis non niſi unus in una facultate (quæcumque ſit) poteſt ſe opponere: ergo intentio Ordinis cum illas Collegiaturas conſtituit: fuit: quod ſi unus eſſet Theologus, alter eſſet Artiſta, & ſi unus Canoniſta, alter Legiſta: nam aliàs minimè poteſt rectè intelligi prædicta conſtitutio: ergo tam ex una, quam ex altera conſtitutione clarè infertur Capitulum generale cenſuiſſe habiles Clericos Fratres ad docendas leges. Aliud ſimile argumentum deducitur *ex diffinitionibus Calatravæ titul.* 3. *cap.* 9. ut diximus *cap. antecedent. num.* 13. & clarior eſt illatio ex eo, quod definitum extat *in dict. titul.* 3. *cap.* 3. & 4. earummet diffinitionum: ubi alloquens Capitulum venerabile illius Equeſtris Ordinis de illis, qui poſſunt ſe opponere ad Collegiaturas Canoniſtas, inquit, quod tantum admitti valeant, qui fuerint graduati in illa facultate, aut in jure Cæſareo, ac quod quicumque ex illis

ſit

ſit electus, proſequatur in ea ſcientia, in qua invenitur graduatus. Quid ergo clarius adverſus prædictum Mendo? Sed adhuc non ſiſtit: nam progreditur, & ait *dicta diſquiſit. 9. q. 3. n. 25.* quod in diffinitionibus, & ſtatutis Ordinum, *nec ullum verbum eſt de jure civili.* Cum enim hanc clauſulam perlegerem, fateor me perſuaſum fuiſſe, ex dictis, & dicendis, quod parum illos libros revolvit, ut illud aſſereret. Nam ſi videret ſtabilimenta Ordinis Divi Jacobi coordinata *ann. 1555. titul. 20. de los Collegios fol. 198.* inveniret, quod ibi dicitur, quod Canoniſtis tribuantur corpora juris Canonici, & civilis, & ſimul Abbates. Et ſi quæreret *ſtabilimenta antiqua edita ann. 1555. fol. 149.* ſimiliter reperiret ſtatui, quod Canoniſtæ, & Legiſtę conferant, ſeu diſputent in una eademque hora: ac denique *in diffinitionibus Alcantaræ titulo 12. de los Eſtudiõs, y Colegios cap. 3. §. 18.* etiam diffinitum eſſe, quod Canoniſtę propugnatores, ſivè actuantes habeant concluſiones inſtitutionum Imperatoris Juſtiniani, & ſic paſsim alias conſtitutiones, tam in uno, quam in altero Ordine, haud obſcuras ad præſens aſſumptum reperiret, ſi quæreret: ac per conſequens ex illis convictus evadit prædictus Author in eo, quod allegat de legibus municipalibus Ordinum prohibentibus facultatem civilem. Et hac reflexione amplius refutatur: nam ſi iiſdem legibus nullum verbum eſt de jure civili, quomodo dici poteſt id idem illis legibus prohiberi? Ego ſanè non amplector, quomodo illud fieri poſsit, & quam vim habeat prohibitio, quæ rem prohibitam non demonſtrat.

12 Nec aliquid pro Mendo facit, quod plura ſtabilimenta, & diffinitiones ipſorum Ordinum tantum appellant Collegiaturas, & Collegas Canoniſtas, non autem Legiſtas, cum eos nominãt: nam præterquamquod ex eo non poteſt deduci implicita prohibitio, quã deducit: quia contrarium conſtat ex dictis *num. antecedent.* Hic modus diverſificandi Collegiaturas Theologicas ab aliis, ut magis communis, & decentior, deſumptus fuit, non autem, quia intentio Ordinum foret impediendi ſtudium, ſeù edoctionem civilem; non ſtudium: quia aliàs ad quid petita fuiſſet antea diſpenſatio? Non edoctio: quia ex eiiſdem ſtatutis, & diffinitionibus contrarium colligitur, eo, quod diſponant duos Oppoſitores Canoniſtas in unaquaque communitate adjici, ac permittant, faciantque habiles ad electionem Priorum eos, qui fuerint graduati in unoquoque jure: nam gradus ad docendum ordinatur, ut ait ipſe P. Mendo. *de jure Acadèmic. lib. 1. q. 11. num. 293. & ſequent. lib. 2. ſelectar. quæſt. 31. num. 377.* & hanc elicit illationem, ibi: *Deinde hic gradus præſtatur, & accipitur ad docendum cum publico teſtimonio ſufficientiæ, & doctrinæ: quare ſi gradum accipere poſſunt, etiam poterunt docere eas facultates, aliàs foret gradus fruſtraneus, & inutilis.* Ex quo ſatis infertur minus rectè intelleXiſſe dictum P. Mendo prædicta ſtatuta, & diffinitiones: nam prout ſonat verbum *Canoniſta*, & ſecundum ipſius rigoroſam ſignificationem intelligere eas leges, eſt illas neſcire: quia ſcire leges, non eſt verba earum tenere, ſed vim, ac poteſtatem: *text. in leg. 17. ff. de legibus, leg. 3. §. 9. de Adimendis legatis*, hoc eſt ſententiam, & mentem, ut tenet Donellus *lib. 1. Commentarior. cap. 13.* Merill. *lib. 1. Obſervationum cap. 25.* Galvanus *de uſufructu cap. 1. num. 1.* Oroz. *de Apicib. juris lib. 3. cap. 1. num. 10.* Deinde etiam: quia verbum *Canoniſta* non in opportunè poteſt accipi pro *Legiſta*: nam reputatur pro una eademque facultate, ut traditur in ſtatutis hujus almæ Academiæ Salmantinę, *tit. 33. §. 53.* ibi: *Y declaramos por una miſma facultad Canones, y Leyes*: & attento ſine utriuſque facultatis in id ipſum

ſe

se inclinat Ludovicus de Miranda, *in Director. Prælator. tom. 2. quæst. 26. artic. 2. conclus.* 4 notarunt Joannes Andræas, & Doctores per Hostiensem, *in tit. de novi operis nuntiatione*, & *in cap. finali de Magistris*. Et licet prædictus Mendo huic fundamento se opponat *ubi nuper num.* 374. interpretando illa verba statutorum circa alios effectus, jam suffragando pro Cathedris, jam ad designandas lectiones, quę ab studiosis sunt audiendæ, & gradus obtinendos, non autem ad assumptum nostrum conducere asserat: quia re ipsa diversæ sunt illæ facultates, & inter utriusque finem versatur discrimen: tamen non satisfacit: nam utraque facultas etiam ad hunc effectum invicem amicatur, & connectitur, plurimumque una ab alia juvatur: & sub verbo Canonista comprehenditur Legista, ut notavit Joannes Andræas, & Doctores per Hostiensem *in titulo de novi operis nuntiatione*, & *in cap. final. de Magistris*. Et magis patet: nam aliàs Collegia, quæ habent Togas signatim Canonistas, non permitterent, eos, qui illas occupant, aliam, nisi facultatem Canonicam docere: atqui continuò videmus similes Togatos in facultate civili versari: ergo quia facultas Canonista, & Legista pro una eademque reputatur. Major est certa: nam si diversæ essent facultates, credi non valet in observantissimis Communitatibus, in quibus tot viri docti, & timorati præfulgent, contra constitutionem, & voluntatem appertam glorioſissimorum Fundatorum tale observare velle. Minor autem vulgò constat, & experientia demonstrat innumerabiles Collegas Canonistas Cathedras in jure Cæsareo moderari: quam quidem commitatur consuetudo nostra, & si non equè fœliciter in regendis Cathedris, in oppositione tamen, & in aliis exercitiis litterariis nos versando, licèt statuta, & diffinitiones signent Canonistas, aconerent Togatos continuatione facultatis ejusdem. Quę omnia sufficiunt ad interpretandum statutum prædictum: quia optima etenim est legum interpres consuetudo, ut ait Calistratus *in leg.* 37. *de legibus*, tenet Larrea *decisione* 53. *n.* 3. Ergo potius huic interpretationi standum, quam intelligentiæ, quam præstat prædictus Pater Mendo statuto relato.

13 Quod quidem amplius expendimus: nam in Collegio Veteri Divi Bartholomæi prima constitutio ex assignatis à suo glorioso Fundatore, ait: *Quod in prædicta domo dicti Collegii sit quindecim studentium commoratio, & habitatio decem Canonistarum, & quinque Theologorum. Omnium sit unus Rector, & tres Consiliarii cum Rectore; itaque sint in nomine quatuor, & hi quatuor Ordinationum, & negotiorum ad prædictum Collegium, & ejusdem Studentes pertinentium habeant onus.* Hęc enim constitutio cum aliis ejusdem Collegii fuerunt confirmatæ à Benedicto XIII. *anno* 1414. & postea à Martino V. *anno* 1418. tradit D. Franciscus Ruiz de Bergara *in histor. ejusdem Collegii*, & refert eas Bullas: *In vita fundatoris à fol.* 47. *cum duobus sequentibus. Et constitutione* 47. ita ait: *Item defendimus: quod nullus Canonistarum Leges audire præsumat, præter trienium post susceptionem gradus Bachalaureatus, & hoc, duas lectiones in qualibet die contra faciens, privatur, secundum Rectoris, & Consiliariorum arbitrium, & discretionem.* Et licèt apparet ex novioribus constitutionibus factis ab eodem Collegio *in die* 14. *Januar. ann.* 1524. transactis jam 124. ab origine fundationis, quod dictum Collegium virtute Bullę Julii II. habebat facultatem statuendi de novo constitutiones, & declarandi, & interpretandi factas, ut id ipsum declaravit in præfato congressu (& si in Bulla prædicta, quæ stat in fine constitutionum, nulla mentio fit Collegarum numeri, & eorum profes-

sio-

ſionis) tamen apparet viginti, & tres conſtitutiones ibi addidiſſe, ut conſtat ex *fol.* 35. *uſq. ad* 38. & 14. *conſtitutio*, quę agit de forma, qua poteſt recipi Legiſta pro Canoniſta, ita ait: *Item cerca de la conſtitucion* 106. *que ſi tomaren Legiſta por Canoniſta, è la otra, que* Scholaris ſolùm audiat Decretales, *declaramos, que ſe entiendan, è hayan lugar en eſta manera, que el que fuere graduado Bachiller en Leyes, è huviere hecho tres curſos en Canones, para ſe hacer Bachiller en Canones, que pueda ſer Opoſitor, è ſer elegido por Colegial, concurriendo en èl todas las otras calidades, que ſe requieren; con tanto, que eſtos tales Legiſtas no puedan ſer mas de dos, y eſtando dos de ellos en el Colegio, no pueda ſer otro Opoſitor, ni ſer eligido.*

14 Cui accedit alia conſtitutio inter eas, quæ fuerunt factæ à prædicto Fundatore *anno* 1437. quæ eſt 13. & loquitur de ſubſidio præſtando Magiſtrandis, & Doctorandis Collegis: hæc verba facit: *Item volumus, & mandamus, quod ſi aliquis Collegialium exiſtentium in dicto Collegio voluerit aſſumere gradum Magiſtratus, ſivè in Theologia, vel in Artibus, vel gradum Doctoratus in jure Canonico, dentur ſibi pro ſumptibus dicti gradus quadraginta floreni auri de Aragonia; & ſi fecerit receptionem, & acceperit gradum Licentiaturæ, ſivè in jure Canonico, ſivè in Theologia, & Artibus, dentur cuilibet viginti floreni auri, ſi Collegium habuerit unde.* Ex quibus conſtitutionibus ſatis deducitur, nec Fundatorem cogitaſſe de Legiſtis, nec data Facultate à Bulla Julii II. per noviores conſtitutiones poſſe permitti, niſi duplicem Legiſtam: ſed ferè omnes licentiantur in jure Cæſareo, & raro, aut nunquam licentiantur in jure Canonico, ut omnibus patet: inſimulque etiam hoc Collegium dat tres Oppoſitores cuicumque Cathedrę juris civilis, non obſtanti, quod dicta ſtatuta ita ſint, ac quod jurent de cuſtodiendis prędictis conſtitutionibus. Ergo quia prædicta facultas civilis reputatur, ut Canonica: nam aliàs quomodo verosimile eſſet tale venerabile Collegium hoc practicare, & obſervare, ut omnes vident, ſi eſſet quid diverſum, mediante Religione juramenti. Ac per conſequens argumentum, quod deſumit P. Mendo de eo, quod Collegiaturę Militarium appellantur Canoniſtæ, nihil facit, nec ponit in eſſe, ut Collegæ poſsint docere jus civile.

15 Id ipſum ſuadent conſtitutiones Collegii Conchenſis, quibus fuit fundatum virtute Bullæ Adriani VI. *datæ Romæ ann.* 1523. *ubi fol.* 25. *tom.* 2. ipſarum conſtitutionum *cap.* 1. *de num. Collegarum, & facultatibus, quibus debent operam dare*, ita ait: *Statuimus, & ordinamus, quod ad Collegium recipi valeant viginti Scholares: quorum octo ſacræ Theologię: octo juri Canonico: duo juri Civili: & duo Medicinæ operam dent. Qui poſtquam admiſſi fuerint ad aliquam dictarum facultatum, ad aliam non ſe transferant: ſed circa eam, ad quam admiſſi ſunt, diligenter intendant. Permittimùs tamen, & conſulimus Theologis, quod per biennium, aut triennium juri Canonico intendant, ut commodius Eccleſiarum regimini prodeſſe valeant, ſi quando eis in eiſdem reſidere datum ſit: Canoniſtæ verò (ſi voluerint) per quinquenium leges audire valeant: ſicut in Adriani Bulla continetur: ſic tamen, quod Theologi primo quadriennio ſoli Theologiæ: Canoniſtæ vero ſolo Canonico juri operam dent. Sed quoniam juxta Hieronymum, conturbat accumen legentium, qui ſeculares Libros legendos prohibet: idcirco nulli eorundem Collegarum prohibemus, quin aliquando (ſi velint) humanis litteris ſe immiſceant, ſic tamen, quod ab eis non abſorveantur.* Ex qua conſtitutione duo tantum permittebantur Collegæ Juriſtę, & licèt ex poſtfacto Paul. V. *ann.* 1611. Bulla ſua commutaſſet duas Collegiaturas Medicas à liminè fundationis in Juriſtas, tamen remanent octo Theologi, octo Canoniſtę,

niſtæ, & quatuor Juriſtæ: ſed in tam parvo numero Juriſtarum Collegarum, tot ſunt Oppoſitores Juriſtæ, quam Canoniſtæ, & ferè omnes ſunt profeſſores juris civilis publicè in ſcholis, nulloque diſcrimine habito, an Collegiatura ſit Juriſta, an Canoniſta, optant oppoſitiones, ac Cathedras moderantur, ut omnibus patet. Ergo hæc praxis confirmat amplius aſſumptum propoſitum.

16 Conſtitutiones vero Collegii Divi Ildephonſi authoritate Pontificia ſtatutæ *ann.* 1510. & praxis, quæ ibi obſervatur demonſtrant etiam magis, & magis aſſumptum noſtrum: nam poſtquam *fol.* 9. *conſtitutione* 7. (ubi agitur de qualitate eligendorum ad Præbendas, & curſibus per eos neceſſario faciendis, & de tempore, quo permanebunt in Collegio) diſponit glorioſiſsimus Fundator, *conſtitutione* 52. *fol.* 80. quod ſequitur: *Statuimus etiam, ut in eodem noſtro Collegio ſint duo profeſſores ſacrorum Canonum, quam maximè docti, & inſtructi haberi potuerint; quorum unus regat Cathedram Primæ, alius Cathedram Veſperarum juris Canonici hujus noſtræ Univerſitatis. Et prohibemus, ne unquam in noſtro Collegio poſsit inſtitui Cathedra juris civilis, nec aliquo modo præfatum jus civile legatur in eodem Collegio: quia cum duæ ſint celebres Univerſitates in hoc Regno Caſtellæ, in quarum utraque juris Canonici, & civilis ſcientia ſemper floruit, ideò non eſt noſtræ mentis de hujuſmodi facultatibus providere, niſi ad primævam inſtitutionem ſcholarium, qui ſecundum Synodales noſtras conſtitutiones, non niſi habitis ſaltim mediocribus fundamentis juris Canonici, ad ſacros Ordines ſint promovendi, &c.* Hac ſuppoſita conſtitutione, praxis, quæ hodie obſervatur, omnino diverſa eſt: nam licet intentio Fundatoris expreſſa fuit, quod omnes Collegæ ſint Theologi, & ſolum permittit, quod duo ſint Canoniſtæ, quin aliquo modo recipiatur in Collegio Legiſta, plerumque hi admittuntur, oppoſitiones civiles faciunt, ac Cathedras inſtitutionum moderantur. Et ad hunc modum in aliis Collegiis jam Sanctæ Crucis Valliſoletano, jam Ovetenſi, & Archiepiſcopali Salmantinis id ipſum obſervatur, & tamen omnes jurant cuſtodire ſuas conſtitutiones. Ergo ſi in tam graviſsimis Communitatibus id practicatur, quid mirum! Quod Ordines Militares intellexiſſent conſtitutiones ſuas, quæ loquuntur circa Canoniſtas de Legiſtis: maximè, cum ex ultima conſtitutione ſtabilimentorum Ordinis Divi Jacobi ſtabiliatur nullam obligare ad peccatum lethale, niſi in quantum obliget jus commune.

17 Poſtremo alia ratio indecentię ſtatus, quam excogitavit P. Mendo, ut Clericis Fratribus Militaribus prohiberetur edoctio civilis, ſimul etiam corruit: nam licet hęc cauſa conjuncta cum aliis relatis, poſſit conſiderari ſufficiens, ut cœteri Religioſi talem facultatem edocere non valeant, non eſt tamen ſufficiens reſpectu Militarium, cum alię ceſſent, ut jam vidimus, & hæc ceſſet, ut nunc videbimus. Nam præterquamquod in ſimili edoctione exercenda judicari non debet exercitium indecens, quatenus communicat aliis ſcientiam in ſe bonam, & neceſſariam ad regimen Reipublicæ, ut docet Abbas *in cap. ſuper ſpecula finali, ne Clerici, vel Monachi num.* 16. late Fagnanus *in d. cap. non magnopere, eodem*, unde videbatur omnibus communis eſſe talis edoctio, ex ſe, & ſuaptè natura, ni conſuetudo, & contrariæ leges municipales venerabilium Religionum cœterarum id prohiberent: inde cum hæc omnia faveant Militaribus, & ex parte exercitii indecentia non reſultet, ſequitur manifeſtè inhoneſtum illis eſſe non poſſe in tale facultate verſari. Cui accedit, quod ratio, *dict. cap. non magnopere*, ſcilicet *ne rurſus involvantur in negotiis ſecularibus,*

*bus* (unde desumitur indecentia juxta sensum prædicti P. Mendo) intelligi debet (quando approprietur edoctioni huic) tantum de Religiosis strictioris vitæ, non autem de Clericis secularibus, nec de Militaribus, quibus in omnibus conveniunt, ut diximus *sup. cap.* 4. *n.* 6. & sicuti alia causa est Monachorum alia Clericorum, *cap. alia* 16. *q.* 1. ita etiam infertur distinctio vitæ, & professio inter alios, & alios: *text. in cap. si Clericatus* 16. *q.* 1. melior *text. in cap. Nunquam de manu, versic. fin. distinction.* 5. & quamvis Religiosis, ac simul Clericis prohibitum est immiscerì in negotijs secularibus; sunt tamen aliqua negotia, quæ, respectu Religiosorum strictiorum vitæ, reputantur, ut secularia, & non habentur, ut talia respectu Clericorum (& sic respectu Militarium ob similitudinem) & hoc provenit ex diversitate Regulæ uniuscujusque, *dict. cap. Alia* 16. *q.* 1. *dict. cap. Nunquam versic. fin. de consecratione, distinctione* 5. ibi: *Ecce illi* (scilicet Præsbyteri seculares) *fruuntur suis rebus, ministrant Ecclesiis, adeunt valnea, unguenta non spernunt, & in omnium flore versantur. Ad quod, & ante respondi, & nunc breviter respondeo me in præsenti non de Clericis disputare, sed Monachum instituere.* Et quod hoc idem intelligi debeat, ac intelligatur de Militaribus ad distinctionem aliorum Religiosorum, comprobatur ex eodem Pat. Mendo *dict. tract. de Ordinib. disquisit.* 4. *q.* 6. *n.* 58. ibi: *Nam ut non semel in hoc opere annotamus, non eadem pariter licent, aut non licent omnibus Regularibus omnium ordinum: pluraque decent Religiosos Militiarum, quę dedecent Regulares cœteros: nam illi minimè profitentur institutum adeo austerum, ac cœteri; sed benigniùs, ac minus rigidum. Et disquisit.* 11. *quæst.* 4. *n.* 48. Ex cujus doctrina infertur, quod prædictus Author immemor sui ipsius deducit æqualem indecentiam pœnes Militares, ac pœnes Religiosos alios in communi, quatenùs idem ipse ibi docet, illos profiteri distinctam vitæ normam, ac praxim diversam sacrorum votorum suorum ab aliis Regularibus in communi. Potuit enim præoculis habere, quod asseruit *eadem disquisit.* 9. *q.* 11. *& disquisit.* 11. *q.* 4. *n.* 61. *&* 63. Tenendo pro comperto innumeros harum Sacrarum Militiarum electos fuisse in Judices: quia si aliqua daretur indecentia, fortiùs versaretur in judicaturis regendis, quam in moderandis Cathedris, utpote id negotium proculdubio seculare est: hoc tamen minimè, ut dictum manet. Ergo si nulla indecens ratio prohibet Militares in sententia prędicti Authoris in Judices eligi; perrarò, aut nunquam videatur similia officia civilia exercere cœteros Religiosos ob decentiam status: aliquid est indecentiæ respectu istorum, quod erga illos intueri non debet. Ergo falso assumit ex indecentia status Religiosi in communi, quod eadem obstat Clericis Fratribus Militaribus.

18 Rursus etiam hoc idem fulcitur: nam suppositа observantia perantiqua harum sacrarum Militiarum edocendi leges, ut diximus *à n.* 7. *hujus capitis*, quomodo ergo credendum est in ea praxi persistere voluisse cum in honestate, & indecentia? Et amplius urget: nam si illud esset, quis credet de hac nostra alma Academia Salmantina indecenter gradus contulisse, & de supremo eorum Ordinum Senatu tanto tempore permisisse observari? Certè hæc omnia per se sola sufficiebant (quando alia non adstaret ratio) ad ostendendam decentiam exercitii illius: Militares que ea gravissima authoritate securos esse in conscientia, & honestè processisse, ac procedere in ea edocenda facultuate. Attamen alia quam plurima fundamenta illis subveniunt, quæ tetigimus *cap.* 1. *à num.* 38. *usq. ad finem*, & ad præsens assumptum trahenda sunt, cui non parum con-

veniunt, & ſic adverſus prædictum Mendo argumentamur. In ſua ſententia Militares licitè, & decenter poſſunt publicè edocere Philoſophiam, linguam Hebream, Græcam, Mathematicam, & ſimiles Artes, ut videre eſt in ſuo *tractat. de Ordinib. diſquiſit. 9. quæſt. 8. num. 68. in fine*, ſed ſi aliqua daretur indecentia in facultate civili edocēda, potiori ratione verſaretur in illis artibus docendis: Ergo ſi hoc decet, & illud magis decere debet. Major conſtat, minor etiam probatur ex eodem Mendo *in ſuo tractat. de jure Academic. lib. 2. queſtion. 31. num. 389.* ſed inquit: *Quod licèt aliqua incommoda dentur* (ſcilicèt in illis Artibus docendis) *ſanè accidentalia ſunt, & ad ea vitanda ratio ipſa ſtatus Religioſi maximè inſervit.* Sed in Militaribus incommoda accidentalia expectari non debent, eo quod doceant facultatem civilem, ut docuimus *ſuprà cap. 4. per totum.* Immò commendabilis eſt ad benè regendas ſuas judicaturas, ut jam vidimus *cap. 4. num. 5. & numer. antecedenti hujus capitis*: ergo ſi illis opportet illarum Artium edoctio, multò fortius edoctio civilis. Deinde: etſi demus aliqua incommoda reſpectu illorum, compenſantur ex abundanti fructu, qui pœnes ſuos Ordines inſequitur, ut de Artibus relatis intellexit prædictus Author *dicto numer. 389.* nam utiliùs eſt ipſis Sacris Militiis ipſum exercitium, quam aliarum Artium: ergo ſi utilitas communis excuſat incommoda in miniſterio iſto, & ratio ſtatus Religioſi inſeruit, ut ait Mendo, cum hęc omnia dentur in Militaribus: cur in alio miniſterio civile inſervire, eos excuſare non debent, ut decens reputetur edoctio? Sanè fateor me non poſſe hucuſque perquirere fundamenta, unde poſsit elici indecentia circa Militares in tali facultate edocenda: nam ſi pergimus ad Grammaticam, invenimus *dicto numer. 389.* etiam aſſerere prædictum Authorem Regulares quoſcumque poſſe illam docere, tanquam munus virtuti conforme, & aptum ad proximi charitatem fovendam; atqui indecentiùs eſt talem facultatem docere, quam civilem: ergo ſi illud decet, & hoc decere debet. Minor experientia patet: nam quis non videt Præceptores Grammaticos cum ſecularibus permixtos intuitu curæ, & diligentiæ, qua illos onerant Patres, & propinqui puerorum? Et quis etenim (quod magis eſt) non animadvertit eos verberantes diſcipulos; ſuper his autem invigilantes indefeſſè ad ſuos corrigendos mores, jam ne ludant, jam ne in diverſorio graviter inquieſcant? Viſitant cubicula ſua in horis deſtinatis ad ſtudium, ac tandem curant de ſuo decore, & decentia, veſtitu de lotu oris, & manuum, & aliis ſimilibus, quæ quidem ſunt parum propria ſtatus Religioſi: ſed nihil ex his pertinet ad Doctorem juris civilis, niſi actus docendi, miniſteriumque hoc ſit apprimè bonum, & neceſſarium Reipublicæ: ergo ſi Grammaticæ munus à Summis Pontificibus commendatur Religioſis, ut ait Mendo *dicto numer. 389.* à fortiori Cæſareum magis debet commendari, in quo nihil aliud intervenit, niſi pura edoctio.

19 Majorem indaginem adhuc capit hæc doctrina Patris Mendo: nam ſi reſpicimus finem earum Artium, quarum mentio fit apud ipſum *dicto numer. 389.* majori cum ratione poteſt dici temporalis, quam finis juris civilis: nam hic tendit ad lites dirimendas, ad bonum regimen Reipublicæ, & ad ejus tranquilitatem conſervandam. Habet vero dependentiam, & connexionem cum jure Canonico, quod totum eſt ſpirituale: ſed quæſo quid commodi ſpiritualis invenies in illis Artibus edocendis? Nullum, quippè credimus inveniri poſſe: quia ſunt vanitate plena, & ad eruditionem temporalem tantum de-

ſerviunt. Quid ergo commune habent cùm Sacra Theologia, aut jure Canonico? Nemo plerumque affirmavit: ergo aut dicendum eſt, quod hæ artes reprobantur Religioſis, ut parum honeſtæ, aut ſi decent, multo fortiùs dicendum eſt jus civile opportere. Ob hanc argumentationem, non enim ideò negamus multa bona temporalia ex illis artibus ſubſequi poſſe; ſed quod dicimus eſt, quod nullæ ex illis tendunt primò, & principaliter, & per ſe ſolæ ad ſupremum finem, niſi fortaſsè reductivè, & mediatè. Perpendite ergo in hujus doctrinæ confirmationem verba Leonis X. in Bulla, quæ incipit Apoſtolici in Bullario apud Cherubin. *fol.* 171. tradit Quaranta *verbo Magiſter fol.* 294. ubi loquendo de Philoſophia, ita ait: *Omnibus, & ſingulis Philoſophicis in Univerſitatibus ſtudiorum generalium, & alibi publicè legentibus diſtrictè præcipiendo mandamus, ut cum Philoſophorum principia, aut concluſiones, in quibus à recta fide deviare noſcuntur, auditoribus ſuis legerint, ſeu explanaverint, quale hoc eſt de animæ mortalitate, aut unitate, aut mundi æternitate, ac alia hujuſmodi teneantur eiſdem veritatem Religionis Chriſtianæ omni conatu manifeſtam facere, & perſuadendo pro poſſe docere, ac omni ſtudio hujuſmodi Philoſophorum argumenta, cum omnia ſolubilia exiſtant, pro viribus excludere, atque reſolvere, & cum non ſufficiat aliquando tribulorum radices præſcindere, ſed & ne iterum pullulent funditus evellere, ac eorum ſemina, originaleſque cauſas, undè facilè oriuntur, removere; cum præcipuè humanæ Philoſophiæ ſtudia diuturnoria, quam Deus ſecundum verbum Apoſtoli evacuavit, & ſtulta fecit abſque Divinæ Sapientiæ condimento, & quæ ſine revelatæ veritatis lumine in errorem quandoque magis inducunt, quam in veritatis elucidationem. Et ad tollendam omnem in præmiſſis errandi occaſionem, hac ſalutari conſtitutione ordinamus, & ſtatuimus, ne quiſquam de cætero in Sacris Ordinibus conſtitutus Secularis, vel Regularis, aut aliàs ad illos à jure arctatus, in ſtudiis generalibus, vel alibi publicè audiendo, Philoſophiæ, aut Poëſis ſtudiis, ultra quinquenium poſt Grammaticam, & Dialecticam, ſine aliquo ſtudio Theologiæ, aut juris Pontificii incumbat. Verum dicto exactio quinquenio, ſi illis ſtudiis in ſudare voluerit, liberum ſit ei, dumtamen ſimul, aut ſcorſim, aut Theologiæ, aut ſacris Canonibus operam navaverint, ut in his Sanctis, & utilibus profeſſionibus Sacerdotes Domini inveniant, undè infectas Philoſophiæ, & Poëſis radices purgare, & ſanare valeant.*

20 Ex hoc decreto Leonis ſatis jam liquet, plurima pericula dari in exercitio Philoſophiæ, in nihiloque conducere per ſe ſolam ad verum finem: & tamen, ut jam vidimus ex Mendo, indecentia non impedit in illa facultate verſari: ergo multo fortius id dicendum eſt de jure civili, in quo docendo, nullus ex Summis Pontificibus pericula invenit, nec adhuc pro tempore prohibuerunt. Docent Calderinus *conſilio* 5. *num.* 2. *in tit. ne Clerici, vel Monachi*, Ciron. *in Paratitthla, lib.* 3. *Decretalium titul.* 50. Auguſtin. Barboſa, *voto deciſivo* 88. *num.* 7. cum aliis, quos refert. Unde ſequitur immediatè, quod in ratione decentiæ, permiſſa etiam cenſeatur civilis facultas: ſiquidem non invenitur prohibita. *Leg. nec non* 28. §. 2. *verſiculo quem clauſula, ff. ex quibus cauſis majores. Leg.* 43. §. 1. *de Procuratoribus, leg.* 1. §. *finali, ff. de teſtibus*, conſonat *text. in cap. conſuluiſti* 2. *quæſt.* 5. ibi: *Quod non eſt Sanctorum Patrum decreto ſancitum, non eſt ſuperſtitioſis adinventionibus præſumendum: & textus in cap. quod ſi dormierit* 13. 31. *quæſt.* 1. nam cur prohibeatur, quod prohibendum nunquam Sancta Scriptura, nec

mun-

mundanæ leges declarant. *Cap. Lex Divina* 18. 27. *quæſt.* 2. verum dices, quod hæc omnia probant, licere ea, quæ non inveniuntur prohibita, non autem decere : quia non omne, quod licet honeſtum eſt, *text. in leg.* 144. *leg.* 197. *de regulis juris.* Divus Paulus *Epiſt.* 1. *ad Corinthios cap.* 6. & 10. ibi : *Omnia mihi licent, ſed omnia non conducunt, & omnia quidem licent, ſed omnia non ædificant.* Sed hæc objectio parum nobis officit : nam ea Regula, & locus Divi Pauli intelligendus eſt de caſu, quo aliquid liceat, & ad praxim repugnet honeſtas, non autem de illis caſibus in quibus aliquid ſecundum legem, vel præter legem licitum ſit, & cum honeſtate, & decentia practicetur : quia licet detur major honeſtas in eo, quod non practicetur, ſufficit, quod actus docendi honeſtus ſit, licèt pius eſſe non appareat, ut in ſimili tenet Pater Thom. Sanchez *in præcepta Decalogi lib.* 7. *cap.* 8. *num.* 52. & in hoc caſu hæc regula locum non habet, ut notavit Petrus Faber. & Gotofredus *in prædictis juribus* : undè cum indecentia nulla, nullumque ſcandalum animadvertatur in Militaribus in edocendo jus civile, ut dictum manet *à num.* 13. ſatis colligitur illam Regulam nuper firmatam in nihilo nobis offendere, ad noſtrumque aſſumptum accommodari non poſſe. Optarem ſanè, Reverendiſsimum Mendo, qui ex ratione indecentiæ elicuit prohibitionem talem erga Militares, rationes, unde eam deſumit, demonſtraret, & quod non tam levi manu tangeret rem tanti momenti: ſed quod mihi videtur eſt, quod nullas alias ſpeciales invenit, quam communes erga omnes Religioſos, undè eſtivè ſe expediit. Supponimus igitur meliùs eſſe in ſacra Theologia Scholaſtica, & Morali, & in jure Canonico, & in ſacra Scriptura verſari Militares : ſed cum eis indecens non ſit facultatem civilem edocere, tanquam neceſſariam ad regimen ſuorum Ordinum, & minimè repugnantem ſuis ſacris Inſtitutis; clarè infertur, quod in ratione decentiæ illis prohiberi non valet, eo, quod jure communi prohibitum non ſit, ut ipſe Author fatetur, *ubi ſup.* ergo undique tenendum eſt Clericis Fratribus Militaribus non tantum licere jus Cæſareum docere, verum etiam eos decere.

21 Huic etenim modo dicendi Patris Mendo conſonat alius quorundam Authorum contrariæ ſententiæ, qui ex *leg.* 41. *Cod. de Epiſcop. & Cleric. & ex leg. conſulta Divalia* 23. *Cod. de Teſtament.* ibi : *Abſurdum Clericis eſt, immò etiam opprobrioſum, ſi peritos ſe velint oſtendere diſceptationum eſſe forenſium*, deducunt indecentiam in edocendis legibus. Sed huic objectioni facilimè pro nobis ſatisfacit *gloſſ. in dict. leg. repetita* 41. dicendo, quod hæc verba intelligenda ſunt, *ut Clerici prohibita non faciant : permiſſa autem à lege faciant*, ut conſtat *ex leg. Placet.* 17. *eodem tit. Cod. de Epiſcop. & Clericis*, & ideò ſcire leges debent Clerici, ut probatur *ex leg. Leg.* 7. *ff. de legibus.* Sed ut jam abundè probavimus, prohibita non eſt edoctio facultatis legalis, nec Clericis Secularibus, nec Fratribus Militaribus : ergo talis argumentatio eis approprianda non eſt. Rurſus ii textus ex quibus indecentiam deducunt contrarii, loquuntur de Clericis, qui uſurpabant juriſdictionem temporalem Judicibus ſecularibus : itaque ea verba *diſceptationum forenſium*, debent intelligi de miniſterio judicandi cauſas inter laicos, & de rebus temporalibus, *juxta textum in cap. forus de verborum ſignificatione*, aut de miniſterio advocandi: quia Advocatus propriè eſt, qui diſceptat in foro. *Leg. quiſquis* 6. *Cod. de poſtuland. leg.* 1. *leg. Advocati* 14. *Cod. de Advocatis diverſorum Judicum*, & in his duobus generibus diſceptationum : nequaquam autem in aliis ſa-

cris Canones judicarunt intervenire indecentiam, quam conſiderarunt in hoc noſtro tractatu Interpretes contrarii, *cap. ſed nec procurationes, ne Clerici, vel Monachi*, ibi: *Sed ne Procuratores Villarum, aut juriſdictionis Secularis, ſub aliquibus Principibus Secularibus viris, ut juſtitiarius eorum fiat. Cap. ne Clerici, eodem titulo*: ibi: *Nec Sacerdos officium habeat Vice-Comitis, aut Præpoſiti Secularis. Cap.* 1. ibi: *In placitis Secularibus poſtulari.* Et ibi: *Coram Seculari Judice Advocati in negotiis Secularibus fiant, & non præſumant.* Quod comprobat textus *in cap. Sacerdotis de poſtulando. Leg.* 48. *tit.* 6. *part.* 31. Bernardus Diaz, & ejus additionator *in praxi cap.* 57. 60. *& ſeq. & cap.* 63. Ulterius: quia ſi benè animadvertantur leges prædictę, & alia jura Canonica, quæ cum illis conveniunt; conſtabit, quod genericè, & abſolutè loquuntur de Clericis, non tantum Præsbyteris; verum etiam cujuſcumque ſacri Ordinis, & adhuc de minoribus Ordinibus initiatis, dummodo habeant aliquod Beneficium Eccleſiaſticum. Ex quo evidenter infertur, quod minimè poſſunt allegari, nec applicari prohibitioni audiendi, aut docendi leges civiles: quia aliàs ex diametro pugnarent cum deciſsione textus *in cap.* 1. *ne Clerici, vel Monachi lib.* 6. & cum communi Doctorum ſententia, qui unanimes conteſtantur, prædictam prohibitionem non extendi ad cœteras perſonas Eccleſiaſticas, quam ad Dignitates, Perſonatus, & Præsbyteros, de quibus *in dict. cap. ſuper ſpecula.*

22 Aliquis fortaſſè dicet Julium III in relata Bulla *num.* 2. *cap.* 4. ſolummodo diſpenſare cum Clericis Jacobæis, non Præsbyteris, ut poſsint leges civiles, tam publicè, quam privatè, audire, legere, & interpretari, non tamen cum omnibus, tam Præsbyteris, quam non Præsbyteris diſpenſare: quia ibi id concedi-

tur cum hac limitatione, *dummodo Præsbyteri non ſint*, & à contrario ſenſu ex hoc arguet: ergo ſi Præsbyteri ſint, non poterunt publicè, nec privatè audire, legere, & interpretari, & conſequentèr, nec docere, nec doctorari. Arguet etiam 2. Quod Bulla Gregorii XIII. de qua ſuprà *cap.* 4. *num.* 3. nihil addit privilegio conceſſo à prædicto Julio III. ſiquidem in hoc diſpenſatur non ſolum audire, ſed & etiam legere, & interpretari: in illo vero tantum loqui de auditione, & non de auditione abſoluta, ſed de auditione pro faciliori Canonum intelligentia: ergo privilegium Gregorii in nihilo inſervit Militaribus. Ad primum argumentum reſpondeo, concedendo antecedens, & conſequentiam, ſed nego illationem: quia Julius III. ex eo, quod diſpenſet in audiendo, legendo, & interpretando jus civile, *ſi non ſint Præsbyteri*, non infertur, quod ſi ſint Præsbyteri non poſsint illud docere, nec in eo doctorari. Ratio eſt: nam verba cujuſcumque privilegii debeat intelligi ſecundum mentem concedentis Barboſ. *Axiomat. jur. axiomat.* 130. *num.* 5. cum Calderino, Panormitano, & aliis: & cum ſit mens Pontificis diſpenſare in eo, quod prohibitum eſſet, & aliàs Militaribus, & Religioſis in communi prohibitum non eſſet, niſi audire publicè leges ſecundum veriorem ſententiam, ut pluriès dictum manet, & ſecundum declarationem Honorii III. relatam *in dict. cap. ſuper ſpecula finali, ne Clerici, vel Monachi*, & aliorum Pontificum; innegabile eſt, Julium III. ſolum conceſsiſſe, quod erat prohibitum, & conſequenter ſolum infertur ex eo privilegio, quod Militares, cum Præsbyteri eſſent, non poſſent publicè audire, & addiſcere leges, ſed minimè infertur, quod non poſsint eas docere, & in illis doctorari.

23 Præterea interprætatio cujuſcumque privilegii ſumenda eſt,

ab usu, & consuetudine, ut docet Marc. Anton. Sabell. *verbo interpretatio*, *num.* 1. cum Menochio, & aliis; sed ex parte Militarium consuetudo immemorialis est docendi leges, ut jam probavimus *cap.* 4. *à num.* 17. cum, etsi non daretur nisi decem annorum, sufficiebat ad intelligentiam, & interpretationem prædicti privilegii, *cap. dilectus de consuetudine* Molina *de primogen. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 58. cum Abbate, Immola, & aliis: ergo credendum est Julium III. solum concessisse, quod Militares possint audire, & addiscere publicè, non autem docere: quia illud eis juri communi jam erat concessum: & ita intellexerunt Ordines illud privilegium à tempore suę concessionis. Nam aliud dicere, esset affirmare consuetudinem non esse interpretativam legum, & privilegiorum, quod non est dicendum. Nec iterum obstat, quod in illo privilegio addantur verba *legere*, & *interpretari*: quia illa ut solita sæpè accidit à Curialibus in similibus Bullis apponi, & addi, ut apparet ex Bulla Innocentii XIII. concessa Universitati Pisanæ, quę refertur suprà *cap.* 4. *num.* 4. ubi petito privilegio ad auditionem legum, extenditur in concessione ad docendum etiam, & Doctorandum, unde non debet ex eo desumi mens concedentis, sed potius haberi debent tales clausulæ, tamquam apponi solitæ à Curialibus.

24 Nec denique obstat dicere, quod quando constat clare de mente Pontificis, non habet locum interpretatio, ut accidit in privilegio relato a Julio III. ubi utitur illis verbis *legere*, & *interpretari*, quæ propriè significant docentem, seu Doctorem. Quia hæc verba *legere*, & *interpretari*, licet essent Summi Pontificis, comprehendunt non solum docentes, sed audientes, ut tenet Barbosa *voto decisivo* 88. *numer.* 2. ubi explicat verbum *legere*, quo utitur Alexander III. *in dicto cap. non magnopere*. Et verbum *interpretari*, licet proprium sit Jurisconsultorum, hoc est Magistrorum, quam audientium §. *responsa* 8. *Instit. de jur. natural.* innegabile est commune esse tam docentibus, quam addiscentibus, quemadmodum commune etiam est verbum Jurisconsulti, ut probant *leg.* 1. *de offic. Assessor. leg.* 9. §. 4. *de pœnis*, *leg.* 9. *de extraord. cognit.* in quibus constat: Juris studiosos pro Juris Professoribus, & Assessoribus, comitibusvè, Judicum accipi, Rebard. 2. *conject.* 10. ergo dato, quod illa verba essent Pontificis, non autem consueta, minimè clare infertur de illis loqui, qui audiant, & doceant: & consequenter referenda ad id, quod verosimiliùs est, & manet explicitum consuetudine, & usu, ut dictum manet.

25 Ad 2. argumentum respondeo, prædictam Bullam Gregorii non solum multum proficere Militaribus, circa auditionem Legum, verum etiam claram esse extensionem præfati privilegii Julii III. siquidem per hoc tantum dispensatum erat cum iis, qui non essent Præsbyteri: at verò per Bullam Gregorii XIII. non solum dispensatur cum iis, qui Præsbyteri non sint: verum etiam cum illis, qui sint Præsbyteri; siquidem in universum concedit legum auditionem, omnibus Collegis horum Ordinum: nam aliàs hęc concessio esset illusoria, quod non debet præsumi: Barbosa *tractat. var. axiom.* 130. *jam citat. n.* 5. Nec Ordines voluisse obtinere privilegium, quod illis esset inutile: ergo credendum est per hanc Bullam Gregorii, voluisse Summum Prę sulem illam clausulam *dummodo Præsbyteri non sint*. Bullæ Julii III. ademisse, in quo est extensio prædicti privilegii Gregorii, salvo manente alio concesso à Julio III. in aliis clausulis, quas continet: nam non debet intelligi privilegium sublatum à posteriori, nisi in illis, quæ

quæ incompatibilia ſunt cum illo. Unde Militares privilegio Gregorii, juncto alio Julii III. non ſolum audire, verum etiam docere, & interpretari poſſunt publicè jus civile, & ſic affirmativa noſtra ſententia undequaque viget in concurſu oppoſitæ, ac perconſequens ex his privilegiis, & praxi edocendi fortiori jure, & ratione audiunt, & docent Militares jus civile, quam Clerici ſeculares: ſiquidem hi manent ligati prohibitione, *cap. ſuper ſpecula finali, & aliis*, circa auditionem, licet quoad edoctionem non ſint: quia hucuſque auditio eis non fuit conceſſa. Et tamen conſuetudo potens fuit, ut in nulla Univerſitate excludantur, nec ab auditione, nec ab edoctione: immo quotidie videmus ſine ulla tergiverſatione admitti, tam ad unum, quam ad alterum, ut ex dicendis *numer. ſequenti*, patebit. Ergo, &c.

26 Ex Præsbyteris, & Dignitatibus, qui publicè verſati fuerunt in omnibus Univerſitatibus noſtræ Hiſpaniæ latiſsimus etiam Cathalogus fieri poterat; ſed quia infinitus eſt numerus, de aliquibus mentionem faciemus. In Univerſitate Oſcenſi Doct. D. Joſephus à Santolaria fuit Primarię Cathedræ Legum Moderator, cum eſſet Præsbyter. Conſtat ex licentia præſtita à Vice-Rege Regni Valentini, ut typis mandaretur ejus liber, quem ſcripſit interpretationum juris. In Univerſitate Toletana Doct. D. Franciſcus Herrero & Ayala, Rector Cappellæ Parochialis Sancti Petri, & Examinator Synodalis illius Archiepiſcopatus, fuit etiam ibi Primarius Legum. Conſtat etiam ex ejus ſubſcriptione, quam tribuit conſultationi, quæ eſt in ſumma Torrecill. *part. 2. tract. 7. conſultat. 9. fol.* 513. In Univerſitate Valliſoletana D. Joſephus Zorrilla, Præsbyter, Dignitas, & Canonicus Caurienſis, Cathedraticus Legum prædictæ Univerſitatis. Et in hac alma noſtra Academia D. Alvarus Perez de Grado, Eques Ordinis Divi Joannis Hieroſolimitani, qui cum licentia ſui magni Magiſtri obtinuit Cathedram Primariam Legum, & Præbendam Doctoralem in hac Sancta Eccleſia. Tradit D. Joannes de Vera & Tharſis *in memoriali Genealogico pro Comite de Villagonzalo*. Doct. D. Petrus Virto de Lezama, Canonicus etiam Doctor alis, & Primarius Legum in hac Sancta Eccleſia, & alma Univerſitate *anno* 1665. & *anno* 1660. Doct. D. Antonius de Salcedo, qui obtinuit eandem Cathedram, & Prębendam. D. Georgius à Cardenas, Collega Archiepiſcopalis; cum eſſet Præsbyter obtinuit Cathedram Veſpertinam Legum, in ſimulque fuit Vicarius Generalis hujus Epiſcopatus, & poſteà Epiſcopus Oxomenſis. Doct. D. Antonius de Mier ejuſdem Collegii, Archidiaconus de Huete, Dignitas Eccleſiæ Conchenſis, Primariæ etiam Legum Cathedræ moderator, & nunc Inquiſit. Fidei ſupremę Inquiſit. D. Ferdinandus Morrondo, Collegii Ovetenſis hujus Univerſitatis, qui Prębyter, Oppoſitor fuit Legum, & evectus ad Audientiam Inſularum fortunatarum. D. Joſephus Florez, ejuſdem Collegii Coadjutor Archidiaconi de Cea, Dignitas Eccleſię Legionenſis, Codicis Cathedræ moderator. Et tandem D. Franciſcus Antonius de Eſpinoſa, Prębyter, & Collega Collegii Archiepiſcopi, Vicarius generalis hujus Epiſcopatus actualis, & Antagoniſta pro ſuo Collegio, & pro obtinendis Cathedris Legum, & nunc D. D. Joann. Anton. de Oruña Calderon, Primarius in mea ſubſtitutione, & Doctoralis ad plura digniſsimus.

27 Pro coronide igitur dicendum venit, quod Militares attento jure communi non ſunt prohibiti edocere jus civile, ſed eo, quod jure communi non maneant prohibiti, ſequitur immediatè, quod nulla de-

bet

bet dari prohibitio in praxi: ergo non rectè fundatur in ratione indecentiæ practica prohibitio illius exercitii. Major conſtat: minor probatur: quod Militares jure communi prohibiti non maneant, conſiſtit in eo, quod appenſis juris Canonici deciſionibus, declarationibus, & rationibus pro contraria ſententia militantibus, interpretationes, & ſolutiones rectæ rationi conformes adhibeantur; ita taliter, quod intellectus judicet nulla ex illis noſtram ſententiam prohiberi, aut labefactari: ſed ſi intellectus judicat rationabiliter, nullo jure eſſe prohibitam, nullaque ratione labefactatam, eſt practicè probabilis, & tutè executioni mandari poteſt: quia quilibet tutè uti eo poteſt, quod nullo jure illi prohibetur, ut diximus *cap. 1. num. 55. & hoc cap. num. 16.* ergo quamvis in aliis materiis ſeparantur permiſsio juridica, & permiſsio practica, in præſenti tamen talis ſeparatio locum non habet. Et hoc idem confirmatur: eatenus talis ſeparatio daretur, quatenus intellectus ſpeculativus, qui præcipuè eſſentias conſiderat, præſcindit à circunſtantiis temporis, & loci, & ab aliis accidentibus, cum quibus res ponitur à parte rei; ſed in præſenti intellectus ſpeculativus ab hujuſmodi accidentibus non præſcindit, ſed illa maximè conſiderat, cum in eſſentiam rei tranſeant: quia conſiderat profeſsionem, habitum, modum vitæ, non ſolum deciſiones in corpore juris inſertas, ſed omnia alia, quæ impedimentum præſtare poſſunt. Ergo ſi his omnibus appenſis, & conſideratis, intellectus ſpeculativus judicat conformiter rectè rationi Clericos Militares eſſe capaces edocendi leges, in quo permiſsio Canonica, & legalis conſiſtit, non poterit talis permiſsio practica non eſſe. Patet conſequentia: quia non adeſt aliquid ratione cujus ſpeculativum judicium impediri poſsit, ne practicè ſuum ſortiatur effectum, ut dictum manet in hoc capite: ergo conceſſa permiſsione juris communis circa edocendas leges, non potuit negari practica permiſsio; ac perconſequens falſo ſapientiſsimus Pater præſcindit in hac materia à permiſsione juris communis, dando prohibitionem practicam, & relinquendo hanc materiam prorſus infructuoſam, aut ſterilem.

28 Hoc amplius urgetur ex verbis Joannis Sancii *in Select. diſput. 54. num. 11.* quę ſunt: Probabilitas practica ab ſpeculativa differt, tanquam effectus à cauſa: id quod quis opere exequitur juſtè, vel injuſtè, ab eo naſcitur, quod ſcilicet ſpeculativè judicavit poſſe agi licitè, vel illicitè: qui ergo arbitratur ſpeculativè operare ſe poſſe propter rationes probabiles, id tutè executioni mandare poterit, aliàs nihil operabitur, nec alicujus fructus, ſeu momenti erit illa ſpeculatio probabilis, ſi ad opus eſſet impedita: & æquè comparari poſſe ſpeculativam opinionem habentem, & pertimeſcentem operari practicè ex ea, Tantalo poma, & aquam ad labia propè habenti, impedito tamen eis uti, ſivè frui: immo Tantalo infelicior eſſet, qui dum vivere exoptabat, nequibat: at probabili opinione pertimeſcens uti, omittit operari, quod in ejus poteſtate erat efficere. Tum opinio probabilis ſpeculativè in rebus moralibus praxim tanquam objectum reſpicit, *ut admittit Pater Thomas Sanchez* lib. 2. de matrimonio, diſput. 41. num. 5. Si enim non judicat aliquid tutè poſſe agi, quid addiſcitur per talem opinionem? fit igitur non audentem in praxi aliquid operari, ab eo ortum habere, quod judicium firmum non habeat probabilitatis ſpeculativæ, quantumvis ſibi videatur habere. Hæc ſunt ſpecioſa verba Sancii, cui con-

ve-

veniunt Magiſter Joannes à Sancto Thoma 1. 2. *quæſt.* 18. *diſputat.* 12. *artic.* 3. *num.* 6. 26. *& ſequenti.* Pater Diana *part.* 2. *tract.* 13. *reſolutione* 12. Magiſter Ferre 1. 2. *quæſt.* 7. §. 3. *num.* 149. qui omnes tenent, quod omnis opinio ſpeculativè probabilis, etiam practicam probabilitatem habet, nec ab ea ſeparari poteſt, maximè ſi in rebus moralibus ſpeculativa probabilitas attendatur: tenet noſter Cano *dicta diſquiſitione circa capacitatem Canonicorum Jacobæorum ad obtinenda Beneficia Secularia*, §. 9. *num. final.* ubi ſimiliter refutat Patrem Mendo, in eo quod aſſeveraverat de prædictis Canonicis, nempè illos, etſi ſpeculativè probabile eſſet obtinere poſſe Prębendas, & Beneficia Secularia, non poſſe tamen in probabilitate practica; ideòque diſpenſatione Pontificia indigere ad hujuſmodi Beneficia obtinenda. Quę ſua aſſertio, cum in omnibus conveniat, cum eo, quod dixit circa materiam, de qua agimus, ſcilicet ſeparando permiſsionem juris communis à permiſsione practica, ita venit à nobis rejicienda; quemadmodum rejicitur à venerando Concollega noſtro *dicto numer.* 42. *& ſequenti.* Sic etiam terminatur Opuſculus noſter, in cujus diſcurſu, quæcumque aſſerui, ſeù tetigi, correctioni Sanctæ Matris Eccleſiæ, ac ſapientium libenter ſubmitto. Et utinam cedat (ut ex corde deprecor) in laudem, & gloriam Glorioſiſsimæ Immaculatę Virginis Marię, necnon Glorioſiſsimi Patroni, ac Parentis noſtri Divi Jacobi Cebedæi.

***

---

HÆC Diſquiſitio toto animo, adverſa tamen valetudine, ad exitum perducta, ſapientia, & authoritate pollentium judicio fuit à me ſponte ſubjecta: illuſtribus, atque hujus almæ Univerſitatis Sacræ Theologiæ, & utriuſque Juris Doctoribus ac Magiſtris nomine, licèt abſēs meo cum Job. (cap. 6.) dici enixe feci: *Docete me, & ego tacebo, & ſiquid forte ignoravi, inſtruite me.* Quia veritatis adamans aliquando conſulto carmen modulor, quod ex Marciale (8. 76.) per tranſennam didici.

*Dic verùm mihi Marce, dic amabo:*
*Nil eſt, quod magis audiam libenter.*

Plures ex dictis Sententiam noſtræ oppoſitam irridebant, omnes verò ſuas propria ultro manu obtulere ſubſcriptas, quæ eàdem, ac aceptæ fuerunt ſerie à nobis prælo jucundiſsimè datæ, occulis ecce illæ obveniunt pro coronide poſitæ.

CEN-

# CENSURA, ET JUDICIUM COLLEGII S.P.N. NORBERTI, *Salmanticenſis Canonicorum Regularium Præmonſtratenſium.*

Num. 1. DISQUISITIONEM Canonicam Scholaſticam Salmanticenſem pro Illuſtriſsimis Collegiis Militaribus Ordinum: Divi Jacobi, Calatravæ, Alcantaræ, & Monteſæ, circa capacitatem Clericorum Fratrum eorundem Equeſtrium Ordinum docendi Jus Civile publicè in Scholis, à Doct. D. Bernardino Francos Valdes Jacobæo, Primarię antiquioris Legum Cathedræ digniſsimo moderatore, & utriuſque Juris in alma Salmanticenſi Acadèmia Decano, Jurium textibus, Juriſ-peritorum, ac Theologorum authoritatibus, efficaciſsimis item rationibus, & notoriis exemplaribus, pro parte affirmativa ſolidatam, tanti etiam momenti materiam, hucuſque pro dignitate nondum fortaſsè ſatis diſcuſam, adeò ſartam, tectamque deprehendimus redditam, ut poſthac neminem futurum timeamus eruditiſsimæ, æquè ac maturioris hujus reſolutionis Lectorem, qui abſque vel levioris formidinis ſuſpicione ſuffragium non ferat, qui vè ejuſdem praxim, cavillis licèt, aut ſcrupulis alioquin hæſitans, reformidet.

2 Et ſanè id obſervavimus in Canonicę Diſquiſitionis decurſu, quo potiſsimum ineluctabile aſſerti robur nobis commendatur, videlicèt prę-cipuarum rationum pondera, quibus ſapientiſsimus Diſquiſitor firmat aſſertum, jam olim ab Angelico Magiſtro pro haud pœnitus diſsimili cauſa fuiſſe producta, Opuſculo 19. *contra impugnantes Religionem, cap.* 2. ubi inquirit: *An Religioſo liceat docere?* Etenim D. Doct. Francos, *cap.* 1. *num.*47. *& cap.* 4. *à n.* 5. Aſſumptum roborare contendit ex mutua incluſione, & connexione utriuſque Juris Canonici, & Civilis: Et eodem *cap.*1. *à num.* 51. *& deinceps.* Et *cap.* 5. *à num.*7. ex quo Clerici Regulares, non ſolùm advocationis officium in negotiis ſecularibus poſsint ſuſcipere, ſed etiam in Vicarios, Proviſſores, ac Regum Conſiliarios poſſe, & deberi aſſumi, & eligi. En idem nervoſum fundamentum apud D. Thomam ubi ſuprà: *Qui idoneus eſt* (inquit) *ad hoc, ut poſsit aſſumi ad id, quod majus eſt, & in quo aliud includitur, idoneus debet reputari ad id, quod minus eſt, & quod in majori includitur; ſed Religioſus, etiamſi Religio ejus non ſit ad docendum inſtituta, poteſt aſſumi ad prælationis officium, ut patet de Monachis per multa capit.* 16. *quæſt.* 1. *Cum ergo prælationis officium ſit majus, quam officium Doctoris, quod Magiſtri legentes in Scholis exercent, & tamen prælationis officium habeat etiam doctrinam adjunctam, non debet inconveniens reputari, ſi Monachus authoritate ejus, ad quem ſpectat, ad prædictum doctrinæ officium aſſumatur.*

3 Præterea *cap.* 5. *num.* 6. ſic P. Mendo impugnat Doct. Francos: *Rigoroſa edoctio eſt, quæ per ſcriptum fit, maximè ſi in lucem opera edantur, ut notum eſt: ſed innumerabilia volumina purè Canonica inveniuntur ab Authoribus Regularibus ſcripta* .... ergo, &c. En idem Thomiſticum fundamentum.... *Ejuſdem eſt verbo præſentes, & ſcripto abſentes docere, ut habetur* 2. *Corinth.* 10. *Quales ſumus verbo per epiſtolas abſentes, tales, & præſentes in facto; ſed nullus dubitat, quin Religioſi poſsint docere abſentes ſcripto, cum omnia armaria plena inveniantur operibus, ſivè libris, quos Religioſi fecerunt ad Eccleſiæ inſtructionem: ergo, & præſentes poſſunt verbo docere.*

4 Rurſus eodem *cap.*1. *num.*49. Fundamentum deſumit ſapientiſsimus Primarius Salmantinus ex urgentiori periculo, & majori diſtantia inter edoctionem Juris Civilis, & Chyrurgiæ, aut Medicinæ; at harum artium edoc-

tio

tio interdicta non est Regularibus: ergo nec juris civilis. Audiatur Doctor Angelicus ibidem sic arguens: *Magis remota videtur à Religionis proposito corporalis militia, quæ corporalibus armis exercetur, quam militia spiritualis, quę utitur armis spiritualibus .... Sed Religiones aliquæ providę institutæ sunt ad exequendam militiam corporalem in tutelam Ecclesiæ ab hostibus corporalibus .... Ergo, & salubriter institutę sunt aliquæ Religiones ad docendum, ut sic per eorum doctrinam Ecclesia ab hostibus defendatur.*

5 Tandem, ne molestiores simus, & aliud gravissimum fundamentum, quo D. Doctor Francos efficaciter urget P. Mendo, *cap.*4. *num.*10. *& cap.*5. *num.*17. ex manifesta disparitate Militares inter, & cœteros Regulares, adduxit Div. Thomas: *Item* (inquit) *dato, quod Monacho docere non liceat, non sequitur, quod Canonicis Regularibus non liceat docere: cum Canonici Regulares inter Clericos computentur.* Hæc sunt inter alia fundamentorum momenta, quibus Theologorum apex, cœtuumque Religiosorum Achiles pro vindicanda in Regularibus absoluta capacitate docendi strenuè decretavit; & gloriosè vicit: Dum ergo eisdem pro stabilienda in Fratribus Clericis Equestrium Ordinum facultate docendi Jus civile Primarius Doctor decertat; quidquid vincat?

6 Et quid mirum, Militaribus Clericis, Regulæ servientibus laxiori, fas sit, non solum Canonicum, sed etiam jus civile publicè in Scholis docere, & in utroque doctorari; cum apud nos Præmonstratenses, Canonicos quidem Regulares, sed strictiori adstrictos observantia, & olim, & nunc familiare fuerit, ac sit, & in utroque Jure doctorari, & utroque in scholis celeberrimis edocere? Igitur, quod attinet ad Jus Canonicum, Clemens P. VI. ad instantiam Abbatis Præmonstratensis Ecclesiæ Benedicti XII. privilegium, cœteris Canonicis Augustinianis concessum, quo inter alia eis indulget, ut possint ad Bachalaureatum, Licentiatum, Doctoratum, & Lecturam Juris Canonici in Parisiensi, & quolibet alio generali studio in capsa suę Religioni congruente, & non in rubra, assumi, ad Præmonstratensem nostrum Ordinem, & ipsius Professores extendit *anno Domini* 1349. quod similiter Sixtus IV. *anno* 1474. postmodum confirmavit: ut videre est in Compendio privilegiorum Ordinis in Biblioth. Præmonstr. R. Pagii. *lib.*3. *pag.*702. & 721.

7 In utroque autem Jure Premonstratenses solitos exerceri, & ad gradus in Scholis assumi, evincunt exemplaria nonnullorum, qui ferè sine indagine apud N. Pagium, & alios Authores obiter occurrere, quæ superaddi possunt productis à sapientissimo Disquisitore, *cap.*4. *à num.* 17. Fr. Joannes Gambier, Canonicus Monasterii de Seriaco, Procurator generalis in Curia Romana, fuit in Decretis Bachalaureus, teste Pagio (*lib.*5. *pag.* 952. *col.*2.) Fr. Ægydius Darde, Monasterii de Stella, in Jure Canonico Bachalaureus formatus (*pag.* 987. *col.* 2.) Fr. Nicolaus Le Sage, Abbas Monasterii S. Martini Laudunensis, Juris utriusque Doctor clarissimus (*pag.* 1079. *col.* 1.) & apud P. Hugo in Vita S. P. Norberti, Gallico idiomate eleganter conscripta (*in Not. ad libr.* 5. *pag.* 465.) Fr. Prosper Mariconi, Canonicus S. Michaelis Antuerpiensis, utriusque Juris Bachalaureus, & in facultate Ordinis pro recudendis operibus Eximii Mag. Adami Præmonstratensis *anno* 1647. Fr. Augustinus le Scellier, Præmonstrati Abbas, & totius Ordinis generalis, Juris utriusque Licentiatus. Præterea Petrus à Lutra, Monasterii Lutrensis Canonicus, vir omni litterarum suppellectile ornatus, laudatur item à Trithemio *Philosophus, & Jurisconsultus clarissimus* (Biblioth.

*lib.*

*lib. 1. pag. 307.*) Hubertus de Monte-Hermerio ; Abbas Præmonſtratenſis, celebratur à Pagio *Theologus*, *& Juriſconſultus eruditiſsimus* (*lib. 5. pag. 948.*) Rogerius Dechtus, Viconienſis Canonicus, commendatur ab Auberto Miræo (*in Chronic. ad ann. 1384.*) *vir longè Doctiſsimus, qui præter alia, ſcripſit Commentarios in Jus Canonicum.*

8 Et licèt reliquos brevitatis cauſa ſilentio prętemamus, unum pro coronide doctrina celeberrimum Prętmonſtratenſem referre libet ; ſcilicèt B. Emonem, Floridi-Horti in Friſia Abbatem, de quo ejus ſucceſſor, & Chronicorum continuator, B. Menco ad *annum* 1237. (apud P. Hugo *in Sac. antiq. monum. typis, cuſſ. ann.* 1725.) dicit: *Quod licèt eſſet in lingua Latina expeditiſsimus, & Juris legalis, ac Canonici* (*ſuper omnes Clericos Friſiæ*) *peritus, tamen ubique locorum maluit audire, quam audiri. Cum tamen multi propter gratiam ſibi inſitam, eum reverenter deſiderabant audire.* Et nihilominus, eodem referente, publicum in ſuo Monaſterio ludum litterarium apperuit, in quo una cum Siffrido Priore, & Tietardo Canonico, viris eruditiſsimis omnium ſcientiarum, Magiſterium exercuit, *ſcientiam ſibi divinitùs collatam* (inquit B. Menco) *non ſub modio, ſed ſuper candelabrum ponens, neque theſaurum conceſſum in terra abſcondens, ſed omnibus ſtudere volentibus benignè participans.*

9 Nec commemoramus Matheſeos inſignes ex noſtris Prætmonſtratenſibus Profeſſores, & Scriptores, quorum meminere Mirętus, & Pagius : nam etiam hoc noſtro ſeculo apud eruditos celeberrimus floret Fr. Joannes Zhaan, Præpoſitus Gellæ-inferioris propè Herbipolim in eadem Friſia, cujus *Specula Phiſico-Mathematico-Hiſtorica, & oculus artificialis*, opus quidem egregium, ſed magna ex parte mechanicum ; manibus avidè teruntur. Quin etiam, quod plus eſt (ut benè notat D. Doctor Francos, *cap. 1. num. 49.*) Fr. Joannes Stalcoperus, Eccleſiæ Razeburgenſis Ordinis Prætmonſtratenſis Canonicus, & ejuſdem poſtmodum Epiſcopus ; fuiſſe à Miræo traditur (*in Chronic. ad ann.* 1480.) *ut illa*, inquit, *ferebant tempora, Medicæ artis Profeſſor egregius.*

10 Recto igitur, ſanoque conſilio, non ſolum decens, aut congruum, ſed & neceſſarium ſtabilire, ac firmare oportet, Canonicos Regulares, Militareſque Clericos, quorum eſt (ut optimè advertit D. Doctor Primarius, *cap. 1. num. 46.*) ſe totos conferre in bonum Reipublicę, tranquilitatem animarum fidelium curare, eoſque ſuadere, & inſtruere ad majorem perfectionem, nedum Juri Civili, & Canonico poſſe operam dare, & utrumque edocere ; ſed etiam reliquis omnibus ſcientiis, & liberalibus artibus ornari, & inſtrui. Quippè, ut loquens de ſcientia Sacerdotis, ſive animarum Curionis, dixit Duarenus citatus à N. Lantdmeter (*lib. 2. de vet. Cleric. Monach. cap. 19.*) *Nulla eſt diſciplinarum liberalium, quamvis fortè Ethnicorum libris contineatur, quæ Sacerdoti admodum utilis, & neceſſaria non ſit, ſi modum in ea re adhibeat, & ad debitum ſcopum ſtudia ſua conferat* : Et Ivo Carnotenſis (*epiſt. 213.* ad Joannem Aurelianenſem) eos fugillans, qui Clericos regulariter viventes à regimine animarum arcendos judicabant : *Convenientiùs*, inquit : *ita docent, qui ea, quæ dicunt, opere complent ; quam ii, qui ſunt Doctores legis, & non factores* ; concluditque epiſtolam iis verbis. *Hæc fraternè ſcripſi dilectioni veſtræ, ut eorum, qui ſua quærunt, capacitatem adverſus puſillum Dei gregem compeſcatis, & in Clericali militia quietè vivere faciatis.* Et nos etiam concludimus aſſerentes, nihil in hac Diſquiſitione offendiſſe non ſolidum, nihil fidei, rationi, & bonis moribus non conſonum. Sic

ſentimus, ſalvo, &c. In hoc S.P.N.Norberti Salmanticenſi Collegio. Die 22. Auguſti 1725. *Mag. Fr. Joſeph Stephanus de Noriega*, Abbas Colleg. & Lector Jubilatus. *Mag. Fr. Franciſcus Echeverria*, Philoſophiæ Cathedræ Moderator. *Fr. Michael Rodriguez*, Sacræ Theolog. Lector. *Fr. Bernardus de Aguirre*, Sacræ Theologiæ Lector.

---

## *RESOLUTIO RR. PP. MM. ET SACRÆ THEOLOGIÆ LL. illuſtriſsimi Salmanticenſis Collegii S. Bernadi Abbatis.*

Num. 1. *RES plena diſcriminis erat in Clericis uſus legum* temporibus Petri Bleſenſis, ut teſtatur ipſe *epiſt.* 9. Temporibus noſtris non ita: omnia enim, quę ad partem affirmativam ſecurè, & ſine diſcrimine firmandam (Religioſos ſcilicèt, Clericoſque ſeculares licitè jus civile publicè docere poſſe) pulchrè cogitata, & appoſitè dicta in hac diſquiſitione Canonica, ſcholaſtica inveniuntur. Et quidem, tot rationibus, & fulcimentis, quis negare valebit, & ſine diſcrimine firmare, dum majoris notæ Doctorum cathalogo illuſtrata conſpicitur? Cui non immeritò aſſotiari poterit Ang. Doct. *opuſcul.* 19. *cap.* 11. propè medium, ubi inter alia de Religioſis loquendo, ſequentia ſubjungit. *Item, quod non ſolum ſtudium litterarum ſacrarum, ſed etiam ſtudio litterarum ſeculanium laudabiliter vacare poſſunt, expreſsè habetur per Hieronym. in Epiſtola ad Pammachum Monach. Si adamaveris captivam mulierem, ſcientiam ſcilicèt ſecularem, &c.* Nomine enim *litterarum ſecularium* inficiabitur nemo, jus civile comprehendere: pervellè quidem quadrat phraſi Honorii III. *in cap. ſuper ſpecula* 28. qua jus civile nominat, ibi: *Sanè, licèt Sancta Eccleſia legum Secularium non reſpuat famulatum, quæ æquitatis, & juſtitiæ veſtigia imitantur.*

2 Nec in tam illuſtri cathalogo ſileri poteſt Ludovicus Thomaſinus *tom.* 2. *veteris, & novæ Eccleſię diſciplinæ lib.* 1. *cap.* 41. *numer.* 15. ubi eodem modo, ac reliqui pro affirmativa parte citati Doctores, verba Alexandri Papæ III. *cap. non magnopere* intelligit, ait enim: *Jam olim verò Alexander in Concilio Turonenſi prohibuerat, ne Regulares juri civili ediſcendo, aut Medicinæ vacarent in Univerſitatibus; nec enim probabatur Pontifici inanis illa cauſatio, ex qua Monachi curioſitati ſuæ, & ventoſæ diſcurſationi patrocinium quærebant, præſidio ſibi leges fore ad controverſias ſedandas, medicinam ad curandas ægritudines. Sed, vel hinc clareſcit, & medicinam, & leges in Univerſitatibus prælegi ſolitas, & potuiſſe Clericos utrique ſtudio ſe ſe addicere, quo ſoli Monachi arcerentur. Decretum hoc certè Alexandri III. dilatavit poſteà Honorius III. ut non Monachi tantum his ſtudiis interdicerentur, ſed, & Archidiaconi, Decani, Præpoſiti, Parochi, Cantores, Perſonatus, Dignitates, & Præsbyteri denique omnes; cœteris Clericis inferiorum ordinum priſtinam retenturis libertatem, utriuſque ſtudii frequentandi .... Itaque privatim cuique fas eſt legibus vacare; & quod ad Diachonos attinet, Congregatio Concilii declaravit, dum civili juri navabant operam, ut ejus ope expeditiores, & paratiores venirent ad jus Canonicum, proventibus beneficiorum ſuorum fraudari, eos nihilo plures debere, quam ſi Theologiæ, aut juris Canonici Scholas ſectarentur. At Præsbyteris nunquam facta eſt copia ſtudendi juri civili, quocumque prætextu Canonum expeditiùs exinde pey legendorum.* Hæc eruditus citatus Recentior.

Sub-

3 Subortum ſcrupulum ex verbo *legendi*, quo utitur Pontifex Alexander III. quod commune eſt Magiſtris, & diſcipulis, Doctoribus, & Scholaribus, ceſſare neceſſe eſt, ſi præoculis habeantur verba Honorii Papę III. *cap. ſuper ſpecula*, quibus pro *audire* Alexandri dictum intelligit, ibi: *Contra hujuſmodi preſumptores exeuntes ad audiendas leges, vel Phyſicam; fœlicis memoriæ Alexander prędeceſſor noſter olim inſtituit in Concilio Turonenſi, &c. Audire* enim diſcipulis aptatur, non Magiſtris; eſt enim idem, *ac ſtudere*, ut obſervat Bonacina loco *in hac diſquiſit. citato numer. 9. §. ad rationem contrariæ.* Mutuam certè, ſibi lucem, leges, canoneſque refundunt: *quia ſicut leges non dedignantur, ſacros Canones imitari; ita, & ſacrorum ſtatuta canonum, Principum conſtitutionibus adjuvantur*, ait Lucius Papa extra *de novi operis nunt. cap.* 1. Propterea ſcripſit ad Pelarſinum Epiſcopum, ut cauſas definiret ex legum, canonumque decretis, ut refert Surius *die* 25. *Februarii.* Hoc abſdubio in cauſa fuit, ut in hac Salmanticenſi Acadèmia, cui, teſte noſtro ſapientiſsimo Caramuel. *tom.* 2. *Theolog. Reg. epiſtol.* 3. *numer.* 3309. reliquæ Regiæ Univerſitates ſe conformare debent ad lauream, in jure civili, & Cathedras moderandas Præsbyteri, & Regulares ultro admittantur: quæ praxis non mediocre robur, & ſecuritatem parti prętſtat affirmativæ. Hæc pro ſtatu Religioſo in communi.

4 Quæ vero pro Religioſis Militaribus ſingulariter faciunt, ut licitè non tantum docere valeant jus civile publicè in ſcholis, ſed etiam ſtudere, ita perſpicuè traduntur *cap.* 4. *hujus diſquiſitionis*, ut ſi ſæpè legantur, & prudenti judicio ponderentur, prorſus abſque diſcrimine firmæ manebit, & omni ex parte ſecura ipſorum conſuetudo. Sic ſine hęſitatione ſentimus in hoc Collegio Salmanticenſi S. Bernardi, die 25. Auguſti, anno 1725. *M. Fr. Franciſcus Sotelo*, Abbas, ac Philoſophiæ Cath. jam diù Moderator. *M. Fr. Malachias de Mayorga*, Doct. Subtil. Cathedræ Moderator. *M. Fr. Adrianus Menendez. Fr. Joannes Fernandez*, Theologię Lector. *Fr. Didacus Varela*, Theologiæ Lector. *Fr. Chriſtophorus Nuñez*, Studentium Magiſter.

---

*R. P. M. Fr. MICHAEL PEREZ IN SALMANTINA Univerſitate laurea Magiſtri inſignitus, Theologiæque jam diù Primarius Moderator Emeritus, Ordinis Div. Baſilii Magni ſemel, ac iterum Caſtellæ Provincialis, fama ſuper æthera ſcripto pernotus, qui conſultationibus fuit ſemper orbis fideliſsimum ubique Oraculum, noſtræ ſic reſpondet cum Rmo. prædicti Ordinis Collegii Abbate R. P. M. Fr. Petro Montero, aliiſque ejuſdem Collegii Theologiæ Magiſtris.*

CONCREDITAM ſanctioni noſtræ diſquiſitionem Canonicam Salmantinam pro Collegiis Ordinum Militarium, Authore D. Doctore D. Bernardino Francos, & Valdès, Jacobęi Ordinis Profeſſore, & in hac Academia Cathedræ legum antiquioris Moderatore,

atque Juris Cæsarei in ipsa Decano, accuratè vidimus, serioque asserimus propositum sibi scopum, nedum sufficienter evincere, sed affluenter. Tot enim rationibus, & gravissimorum Doctorum copia propositam defensionem firmat, & adversam sententiam profligat, ut nedum in tutò ponat licitam, & securam opinionem liberæ facultatis Religiosorum Ordinum Militarium ad navandum studium juri civili, ejusdemque Cathedras petendum, ac obtentas regendum; sed ita efficaciter id præstare, ut pœnè nobis videatur, vel tenuem probabilitatem non manere, sententiam oppositam tuentibus.

Et quidem tametsi ea sit testium hanc sententiam protegentium, sivè multitudo, sivè gravitas, ut supervacaneum sit alios adjungere, ut tamen non nihil à nobis huic cumulo addatur: libet illi adjicere sapientissimum Patrum Carmelitarum Discalceatorum judicium *tom. 4. Theologiæ Moralis, tractat. 15. cap. 5. punct. 7. ibi num. 171.* Refert sanè excommunionem non reservatam, *ex cap. non magnopere, ne Clerici, vel Monachi* contra Religiosos exeuntes extra Monasterium ad audiendas leges, aut Medicinam, ni intra duos menses reddeant ad sua Monasteria: & protinùs subdit hujus textus limitationes: nam præter expressam in ipso textu (qui est maximum, & capitale motivum sententiæ contrariæ) additur alia, nempè quod primarium motivum discendi leges sit earum professio, & non potius facilis transitus ad peritiam Juris Canonici: nam hac ratione non prohibetur legum studium. Mittimus alia ibi videnda, omninò consona huic disquisitioni.

Nos insuper pauca observanda censemus: & primo, quod licèt non desint exempla Religiosorum Militarium, qui & civile jus professi sunt, & hujus facultatis Cathedras partim petiverunt, partim obtinuerunt in Academia nostra absque contradictione, ut probat disquisitionis Author, id tamen minimè necessarium erat: nam quamvis nullum exemplum superesset, id minimè obstaret, ut volunt nonnulli Adversarii. Quod enim dicunt consuetudinem refragari Militaribus, ne se immisceant juri civili, hoc nihil prorsus valet: tum quia vera consuetudo nascitur ex usu, seu repetitis actibus, ut docet Div. Thomas 1. 2. *quæst.* 16. desuetudo autem non est consuetudo ulla, sed potius consuetudinis carentia. Tum etiam: quia consuetudo inducta liberè, & sine animo se obligandi, non facit legem, nec ullo modo ligat. Tum denique: quia in facultativis, & privilegialibus non amittitur facultas ex non usu licentiæ, aut privilegii, ut manifestum est. Nihil ergo obesset Militaribus, si nunc, & non anteà inciperent operam dare civilibus studiis, & oppositionibus. ¶ Secundò valdè observandum (saltim nostro judicio) quod in capitali illo textu *non magnopere* non prohibetur exitus è domo, vel Collegio ad professionem juris civils, sed habitatio, & commoratio extra suam domum religiosam, ut evidens apparet ex eo, quod non imponitur censura nisi illis, qui bimestre compleverint extra claustra: non ergo includit eos, qui singulis diebus exeunt, & in claustris suis pernoctant. Imò inaniter ad Religiosos Ordinum Militarium hic textus trahitur; quippè isti non sunt ex cæteris Religionibus strictioris observantiæ, quibus scilicet voluntaria commoratio extra claustra prohibetur, cum contrarium passim fieri videamus, idque inculpatè, & licitè. Et hinc (sicut ex multis aliis) oritur tertia observatio, nempè quod quæcumque allegantur contra facultatem profitendi jus civile, aptari quidem valebunt aliis Religiosis, non tamen Militaribus, utpotè positis in meditullio Ecclesiasticorum Regularium, & Secularium, quibus videlicèt convenit, ut in fa-

vorabilibus utriuſque extremi commoda inter ſe compatibilia participent. Sed de hoc plenè Author diſquiſitionis.

Quarto identidem obſervandum, jus civile ex propriis eſſe facultatem honeſtiſsimam, conformem ſcilicèt Philoſophiæ Morali, nec diſentaneam juri naturali: proindeque ejus profeſsio non eſt poſsitivè aliena ab ſtrictiſsimis Religioſis, quantum eſt ex ſe; maximè ut conducit ad jus Canonicum: nam ſi ordinetur ad Tribunalia, in quibus Cauſidici, vel Advocati verſantur, hac ratione nimis diſſonat cuilibet Religioſo, ſivè ſtrictioris, ſivè laxioris obſervantiæ, propter avaritiam, ſeu pecuniarii proventus aviditatem, ſivè propter fraudes, ac deceptiones committi non rarò ſolitas, aliaſque maculas, de quibus periclitantur hujuſmodi Profeſſores, ut ipſis impingatur *Rabularum* nomen, dicaturque eos illis injungendos, qui aulam, aut ſubſollia lambunt. Sed qui jus civile purè ſcholaſticum profitentur ob alium finem, nempè ob familiæ ſuæ negotia privativa, ob Canonica Jura melius penetranda, aut ob alias rationes, quas latè, & doctè proſequitur Author ſivè tandem ad ferenda pro Tribunali ſuffragia pro civilibus: iſti certè honeſtiſsimũ exercitiũ aſſumunt, profeſsioni ſuæ valdè aptum: ideò Author noſter diſquiſitionem ſuam ſcholaſticam inſcribit; nec enim jus civile ſcholaſticum tranſgredi, & cauſidica illa publica exercere intendunt Militares profeſſores. Sed pro ſcholaſtico iſto munere à foro publico ſeparato, lege Plinium minorem *lib.2.epiſt.3.* elegantiſsimè laudantẽ Iſęum quendam. Inter alia plura hæc habet: *Annum ſexageſimum exceſsit, & adhuc ſcholaſticus tantum eſt: quo genere hominum nihil, aut ſimplicius, aut ſincerius, aut melius; nos enim qui in foro, veriſque litibus terimur, multum malitiæ, quamvis nollimus, addiſcimus.*

Sed nihil (pręter nudam approbationem) opus erat in opere, quod abundè rem ſuam ſtatuit, ita ut nauſeam (pœnè dixerimus) potiùs quam diſſenſum legenti adducere poſsit. Errata plurima (malum) ſunt commiſſa: ſed hæc nec operis ſenſa turbant, nec eorum cenſio nobis commendatur. Vitium hoc à Typographia deſcendit, quæ *non minus verè corruptrix librorum videtur, quam propagatrix*, ut rectè Lipſius præfatione ad critica ſua. Sic nobis videtur, ſalvo, &c. In hoc Collegio Magni P. N. Baſilii Salmantino, 5. Septembris anno 1725. *M. Fr. Mathias Chico & Andino*, Abbas. *M. Fr. Michael Perez*, Theologiæ Primarius. *M. Fr. Petrus Montero*, Salmantic. Theologiæ Doct. ac Philoſophię Cathedrę jam diù Moderator. *M. Fr. Silveſter Garro*, Theologiæ Lector Primarius.

---

## *RESOLUTIO RELIGIOSISSIMI, AC SAPIENTISSIMI Collegii Sanctiſsimæ Trinitatis, Redemptionis Captivorum.*

DIſquiſitio Canonica ſcholaſtica pro Collegiis Militaribus Ordinum Divi Jacobi, Calatravæ, & Alcantaræ circa capacitatem edocendi publicè in ſcholis jus Cęſareum, elaborata à ſapientiſsimo D. Doctore D. Bernardino Francos & Valdès ſupradicti Ordinis Jacobæi, in alma Acadèmia Salmantina Primariæ Antiquioris Legum Cathedræ Moderatore, ac utriuſque Juris facultatis Decano, ſeria contemplatione circunſpecta, nihil oſtendit

non ſolidum, & quod Pontificiis decretis ſapientiſsimè non inhęreat, dum in Authoris plauſum, famam provocat, viam ſtatuit tutam, quam antiquiores eorundem Ordinum ſine timore ingreſsi ſunt, ac noviores, & ſucceſſores tutè amplexari poſſunt. Sapientiſsimè profecto Doctorum utriuſque juris, in ſuæ favorem ſententiæ, in medium profert, nè dubia iret ſcribentis narratio, referta vè partium affectu, vel pro factionibus potius, quam pro veritate videtur, narrare.

Igitur aſſertum, in cujus probationem omnia dirigit argumenta, eſt, quod poſſunt prædicti Regulares publicè in ſcholis jus docere Cæſareum, & quidem, quamvis juris civilis ſtudium ſit Religioſis interdictum, nè, nimirum, exitus extra clauſtra diſciplinę obeſſet religioſæ; neve Theologiæ ſtudium decrementum pateretur, aut incrementum non haberet Theologia dignum, ut præſeferunt capita *non magnopere*, *& ſuper ſpecula*, *ne Clerici*, *vel Monachi*; nullibi tamen in jure communi ipſis eſt interdicta facultas docendi leges, etiam civiles, ſicuti (ut docet Ferdinandus Caſtropalao *operum Moralium*, *tom.* 3. *diſputat.* 4. *punct.* 8. cum ferè communi Doctorum) nullibi in jure communi eſt eis prohibitus juris Cęſarei Doctoratus, qui apud Gloſſam *in clement. cum ſit de Magiſtris*, verbo *Doctoratus*, eſt authoritas, ſeu facultas ad docendum conceſſa à publica Univerſitate ob ſufficientiam perſonæ.

Qua propter cum ſpeciales Ordinum Militarium conſtitutiones eis ad hujuſmodi munera aditum non præcludant, neque id contraria conſuetudine ſit præſcriptum, neque ſtatus Regularis decentiæ diſſonum, ut luculenter, & fusè ſatis oſtendit diſquiſitio, ei libenter aſſentimur, & tanquam à ſacris Canonibus, juſtis, & Regularibus moribus non diſcrepanti ſubſcribimus. In hoc Sanctiſsimæ Trinitatis Salmanticenſi Collegio. Die 8. Septembris 1725. *M. Fr. Emmanuel Calderon de la Barca*, Academię Mag. olim Philoſophiæ Regens, modò hujus Collegii Miniſter. *M. Fr. Franciſcus Zarceño*, Philoſophię Naturalis Cathedraticus. *M. Fr. Fabianus Rodriguez*. *Fr. Franciſcus Perez*, Theologiæ Lector.

---

## *RESOLUTIO SALMANTICENSIS S. ELIÆ COLLEGII RR. PP. Carmelitarum Diſcalceatorum Doctrina, ac Sanctimonia ſemper fulgentium.*

DISQUISITIONEM Canonicam maxima mentis jucunditate decurrimus; in ea etenim adeò meritiſsimi Authoris elucet ſapientia, rationum multiplicitas, & efficatia, utriuſque juris authoritas concordi Doctorum placito fulcita, argumentorum enervatio, hujus almæ Univerſitatis conſenſus, nonnullis exemplaribus comprobatus, ut nihil addere liceat pro diſquiſitionis doctrina confirmanda: Placet tamen domeſticos Authores audire in præfatæ diſquiſitionis confirmatione. Noſtros inquam Salmanticenſes, qui *tractat.* 15. *de ſtatu Religioſo cap.* 1. *punct.* 4. §. 2. *num.* 58. docent: *Individuos Ordinum Militarium non venire nomine Religioſorum.* Quo ſtabilito pervium cuilibet erit, prohibitionem audiendi, & docendi Jus civile, qua parte Religioſos inurit, Clericos Militares non comprehendere, cum minus rigidè interpretanda ſit. His igitur, & omnibus, quæ in diſquiſitione eruditiſsimè afferuntur, accuratè perpenſis, libenter huic opinioni ſubſcribimus. In hoc

S. P. N. Eliæ Salmant. Collegio. Die 8. Septembris anno 1725. *Fr. Didacus à Matre Dei*, Rector. *Fr. Ildephonsus à Spiritu Sancto*, Lector Vesperti-nus. *Fr. Bartholomeus à Spiritu Sancto*, Lector Matutinus. *Fr. Ildephonsus à Matre Dei*, Sacrorum Bibliorum, Lector.

---

## *PRO COLLEGIO DIVI CAROLI CLERICORUM REGULARIUM Minorum Censura.*

VISA hac disquisitione Canonica Scholastica pro Clericis Fratribus Equestrium Ordinum Jacobæi, Cala travensis, Alcantarensis, & Montesiani, super capacitate jus civile publicè in Scholis edocendi, atque in qualibet Acadèmia, prædicti juris Cathedras occupandi. Sententiæ affirmanti libenter subscribimus, eamque opposita probabiliorem censemus; nè unicè probabilem, seu moraliter certam dicamus, attento numero gravium Authorum eam propugnantium, & pondere rationum illam perspicuè suadentium. Ita sentimus D. Caroli Salmantino Collegio, die nona Septembris, anni Domini millesimi septingentesimi vigesimi quinti. *M. Joannes Mattheo*, Clericorum Reg. M. Provincial. & Cathedrę Eximii P. Suarez Moderator. *Franciscus Gomez*, Præpositus Cleric. Regul. Minor. *M. Emmanuel Generelo & Spinosa*, Clericorum Regularium Minorum, Vespertinę Cathedrę Universitatis Moderator. *M. Joannes Prieto*, Cleric. Regul. Minor. Philosophiæ Cathedræ in Universitate Moderator. *Hyacintus Zurita*, Cleric. Regul. Minor. Sacr. Theol. Lect. *Laurentius de las Casas*, Cleric. Minor. Theolog. Lector.

---

## *JUDICIUM RR. PP. MM. FRANCISCI DE MIRANDA, Primariæ Cathedræ in Universitate Salmantina Moderatoris, & Michaelis de Sagardoy, Vesperarii Theologiæ in eadem Universitate Professoris Soc. Jesu de idoneitate Clericorum Fratrum Ordinum Militarium ad suscipiendos gradus Acadèmicos in jure civili ad ejusdemque facultatis Cathedras moderandas.*

NULLIS, seu communibus, seù privatis legibus, vel statutis, nulla insuper consuetudine, nulla dedecoris umbra, aut etiam minoris decentiæ specie nobilissimos præclarissimorum Militarium Ordinum Clericos Fratres adstringi, ne publicis Acadèmicis lectionibus, atque disputationibus, jus civile illustrent, ejusdem facultatis gradus suscipiant, pro obtinendis Cathedris Antagonistarum partes substineant, easque semel ritè adeptas in approbatis Universitatibus moderentur, quin immo propriis præfatorum Ordinum sanctionibus, longissimaque consuetudine, atque peculiari suæ laudabilis, plenæque splendoris Professionis Instituto plurimum allici, & juvari, ut tam honestę exercitationi, quam diligentissimè insistant, ea solidi-

ta-

tate, ac eruditione promovet, exornat, & amplificat, ea denique efficacia perſuadet, excutis omnibus, quæ difficultatem aliquam ingerere poſſunt, *diſquiſitio Canonica Scholaſtica*, clariſsimi eruditiſsimique Doct. D. Bernardini Francos Valdès, Ordinis Div. Jacobi, & apud Salmanticenſes civilis juris Primarii antiquioris Profeſſoris, atque Decani, ut actum agere videremur, ſi nova adhuc, ſivè rationis, ſivè Authoritatis ſubſidia ad aſſerendam hujus ſententiæ probabilitatem, praximque, quam hactenùs plures eorundem Ordinum doctrina, & pietate inſignes viri laudabiliter obſervarunt, firmandam quæreremus. Neque verò propterea omittendum duximus, leviter licèt, indicare, quantum roboris præfatæ opinioni, quam longè probabiliorem (ne omnino veram dixerimus, atque prorſus certam) tutiſsimamque cenſemus, ex celebrioribus hujus temporis Scriptoribus, qui omnes in eam confirmandam conſpiraſſe videntur, acceſſerit; in quorum ſpecimen noviſsimos quoſdam, eoſque nedum in Theologicis quæſtionibus, verum etiam in ſacris Canonibus verſatiſsimos, quin, & Civilium diſputationum, non imperitos noſtræ Societatis Doctores, ſatis, ſuperque erit in medium adducere. P. Henricus Uvagnereck in præclaro ſuo *Commentario Exexetico Decretalium* ad *cap. non magnopere. Ne Clerici, vel Monachi* 3. *& ſuper ſpecula* 10. *eod. titul.* docet eam tantum legum lectionem Regularibus interdici, quam ſtudioſi adhibent; non item illam, qua Magiſtri, & Doctores ad aliorum eruditionem exercentur: poſſeque proinde illos ad gradus juris civilis, & Cathedras tutè promoveri. Inſuperque ex Cœſio advertit, Lovanienſibus in illa Univerſitatis fundatione fuiſſe à Martino V. conceſſum, ut ad addiſcendas etiam leges, quas mox aliis traderent, ejus Scholas Religioſi poſsint adire: idemque indultum in Dilinganam Academiam, ut in illius pulcherrimum germen, derivatum fuiſſe. Pater Ferdinandus Krimez *in quæſtionibus Canonicis* ad eadem præfata capita *queſt.* 50. *num.* 3823. pœnalem hanc, & prohibitivam conſtitutionem ad ſolos pariter diſcipulos extendit: quod etiam ſupoſuiſſe videtur Emminentiſsimus de Lugo *lib.* 4. *reſponſor. moral. initio dubitat.* 34. Denique omnium uberrimè eandem ſententiam multis illuſtrat P. Petrus Laurennius *in foro Eccleſiaſt. lib.* 3. *q.* 1061. *num.* 8. præfata illa capita egregiè expendens, & clariſsimum inter diſcipulos, & Doctores, ſeu docentes jus civile, diſcrimen indè petens, quod ſtudioſi legum licentioris vitæ eſſe conſueverint, quam eiſdem ſine periculo poſsint Religioſi juvenes inter audiendum leges immiſceri; cùm illi, qui alios erudiunt, & ad Cathedram ſedent, ipſa docendi dignitate religioſam quandam morum gravitatem præferre cogantur, ut auditores ſuo exemplo ad majorem honeſtatem componant, ad meliorem que frugem ſectandam efficaciùs hortentur, nullumque proinde ex audientium conſortio periculum ſubeant. Quapropter nulla imminet indecentiæ ſpecies in tradenda legum diſciplina, ſed ingens potius utilitas ſpectanda eſt, ſi tam utili doctrinæ Militarium Ordinum Clerici Fratres præficiantur. Quod verò peculiaribus ordinationibus iidem à tam præclaro munere non arceantur, ſufficienter in hac eruditiſsima *diſquiſitione* oſtenditur. Qui enim fieri potuit, præclariſsimos hos Ordines ſuis apud Sedem Apoſtolicam precibus obtinuiſſe, ut per illam nobiliſsimis ſuis alumnis ad audiendas leges publicas Scholas adire liceret, quod Religioſis tam ſeverè interdictum erat, ne cœterorum audientium commercio ſeculares mores induerent, & ſimul iiſdem prohibuiſſe, quod doctrinam non ſine labore partam, aliis liberaliſsimè profunderent, quod cœteris etiam ſtrictioris inſtituti viris Religioſis prorſus licitum eſt, &

aliquando etiam decentiſsimum, honeſtiſsimumque? Quin immò, cum præfati Ordines Collegia intra Acadèmiam iſtam inſtituerint, atque erexerint, ut in illis Fratres Clerici ad dicendum Jus, ad ſedendumque pro dignitate in Tribunalibus, ad quæ ratione ſuę inſtitutionis intra ipſos Ordines plures deſtinantur, & extra eoſdem non pauci promoventur, apti, & idonei evaderent, non obſcurè colligitur, pluſquam perfunctoriam legum notitiam in illis deſiderari, quando quidem experientia competum eſt, Judices fori etiam Eccleſiaſtici civilium legum peritiſsimos eſſe debere, parumque in ſacris Canonibus profecturum, qui in jure civili diligenter non ſit verſatus. Cum verò eadem experientia demonſtret, tunc tandem aliquam ſcientiam, vel facultatem perfectè poſsideri, quando aliquis, ut illius principia alios doceat, eidem ſedulo operam navaverit, non poteſt non eſſe ſecundum mentem Ordinum, quod nobiles eorum Religioſi jus civile publicè in ſcholis illuſtrent, ut inſignes Canoniſtas aſſurgant. Præterquamquod, licèt finis inſtituendi prædicta Collegia, obtinendique à Sede Apoſtolica facultatem audiendi leges, fuiſſet, ut Clerici Fratres pleniùs in jure Canonico inſtruerentur, unde nam probari poterit eſſe illis prohibitum, quod legum doctrinam cum bona ſuperiorum venia acquiſitam in Acadèmiis publicis, aliis communicent, cùm id ſuaptè natura, quam honeſtiſsimum ſit, nec aliquod moribus periculum adferat, quod in docendo publicè jure Canonico idem non cernatur, iiſdem pro more auditoribus ad utriuſque juris Doctores, & Cathedras promiſcuò confluentibus? Accedit potiſsimum conſuetudinis caput, quæ cum tam diuturna ſit, totieſque repetitis exemplis confimata, ad abrogandas quaſcumque, ſi quæ in contrarium extarent, leges, abundè ſufficeret. Et certè ſatis mirari non poſſumus, Patrem Andræam Mendo, noſtrę Societatis haud infimæ notæ Theologum, & de Republica litteraria, deque etiam clariſsimis Militaribus Ordinibus valdè benemeritum conſuetudinem allegare potuiſſe, ut hanc facultatem illis negaret, quam jure communi interdictam non eſſe ullis Regularibus ultrò fatetur. Credibile eſt, virum alias non indiligentem, nèque incurioſum in re hac humanum aliquid paſſum eſſe, & prædictorum Ordinum, atque hujus Univerſitatis monumenta ſatis non perpendiſſe, ut non rarò etiam diligentiſsimis Authoribus contingere eo, quo prædictus erat animi candore, *diſquiſit.9. quæſt. 8. num. 66.* ipſe advertit, ut indè occaſionem mutuaretur ad retractandum aliqua, quæ in *lib. de jure Academic.* tradiderat. Et fortaſsis deceptioni occaſionem præbere potuit, quod frequentiùs Militares Religioſi ſacrorum Canonum oppoſitionem in hac Univerſitate ſequantur, tuncqùe ſolùm pro obtinendis Cathedris juris civilis Antagoniſtæ perſonam ſuſcipiant, quando illam antiquior aliquis ejuſdem Ordinis, & Collegii præoccupaverit; quodque plerique eorum à Collegiis ad obeunda alia munera amoveantur, priuſquam inter primos magiſque conclamatos, Cathedrarum candidatos, & Antagoniſtas poſsint recenſeri; & propterea nullus eorundem inveniretur, qui publicum Oppoſitoris ad Cathedras juris civilis nomen uſque adeo perſonatum in eo tempore gereret, quo præfatus Author ſcribebat, quamquam plurimi eſſent, qui multiplicem litterarium, propriumque docentium ejuſdem diſcipline actum publicè exercerent, quod non ſine laude ipſius eundem latere potuit. Quare facilè crediderimus, eum manus daturum, nobiſcumque ſenſurum, ſi ſuperſtes foret, aut exemplaria, quæ in hac *diſquiſitione Canonica* adducuntur, ipſi innotuiſſent. Itaque cenſemus præfatos nobiles Clericos Fratres ſacrorum Militarium Ordinum ſanc-

te, & laudabiliter in jure civili exerceri, doctorari, ejusdemque facultatis Cathedras obtinere posse, & regere, neque à legitima, & diuturna adeò possessione, in qua sunt, esse deturbandos. In hoc nostro Regali Societatis Jesu Salmantino Collegio. Die 13. Septembris, ann. 1725. *M. Franciscus de Miranda*, Primarius Theologiæ Professor. *M. Michael de Sagardoy*. Vespertinæ Cathed. Moderator.

---

*R. P. M. Fr. PETRUS MANSO AUGUSTINIANORUM Castellæ Provinciæ Præfectus, nostri, Ecclesiæ Aquilæ, Parentis dignissimus filius, sui ingenii, & doctrinæ penna, typis sæpè sæpius data per orbem volitans, & in hac alma Universitate, per insignis Durandi Cathedræ Præceptor, R. P. Fr. Josephus de Soto Prior, & alii Salmanticensis Sophia, & Sanctitate, Florentissimi Cœnobii Laureati Magistri, cum Theologiæ Lectoribus pro suo cœtu uniformiter sentiunt.*

NON utique præcepto constricti, sed nostro duntaxat commodo suadendo quæstionem legimus, sivè disquisitionem scholasticam elaboratam à sapientissimo Doct. D. D. Bernardino Francos Valdès, Augustiniani Jacobæi Ordinis illustrissima prole J. V. in Alma nostra Academia Salmantina Decano meritissimo, ac Primariæ Antiquioris Cathedræ legum in eadem Universitate Moderatore dignissimo. In ipsa vero Canonica scholastica disquisitione propriam acturus causam, omnium quidem Religionum suscepit patrocinium; dum prima quæstionis parte, non esse prohibitum jure communi Religiosis utrumque jus edocere, & contendit, & ostendit. Ne autem extra Theologiæ sacræ Chancellos abire compulsi, quæ nostra non intersunt, vel approbare videremur, vel reprobare; satis superque nobis fuit Eximium Doctorem allegatum circunspicere. Ergo Suarius, non doctus utcumque, sed, & sanè timoratus id etiam contendit (*tom. 5. de censur. disput. 23. sect. 3. n. 12.*) verius esse, ipsos etiam Cæsareum juris auditores, quamquam Regulares existant, minimè incurrere censuram *cap. super specula, &c.* & alterius, *non magnopere, &c.* Si modo permanserint intra claustra. Id autem quonam subsistet pacto, si Regulares illi Ordinum Militarium ne jura audiant, dum quotidie ad claustra reddeunt, prohibeantur tanquam sacratioris legis (communi licèt) instituto arceant à proposito?

Si verò nec legum auditores Regulares, dummodo intra claustra permanserint, censuram (de qua sermo est) incurrunt, nulla nobis restet difficultas, DD. (aut si velis) *docentes*, prædictis capitibus non damnari. Ut enim nos Suarius edocuit, *loco citat. n. 18.* verbum *legere*, quod duntaxat comprehendi DD. possunt, docentes non attingit, nisi extensivè sumatur: quænam autem, si pœnalium legum verba amplientur, stet fixa moralitatis regula? Quisnam non inde scrupulus? Sat erit in his, quibus constringimur, nativum non de relinquere verborum intellectum.

Sed

Sed ut in inceptis perſiſtamus, hoc unum ſecuriùs apparet, ill. Religiones Militantes, ſi Collegia incolant, poſſe legere, audire, interpretari, docere jura Cæſarum. Non ea tantum id nobis ratio ſuadet, quæ ſuprà inſinuata tenet, hanc requiri conditionem pro incurſione excommunicationis, *in cap. non magnopere*, &c. ut per duos menſes clauſtra deſſerantur. Sed illa potiſsimum ratio ſit, quod clauſtra incolentes, audienteſque, docentes, & interpretantes (de ſuperiorum preſcripto) jura Cæſarum, ea non ſubeunt pericula, quæ in cauſa fuere, ut lege communi Monachi, & Præſbyteri à legum arcerentur auditu. *Ne occaſione ſcientiæ Spirituales viri mundanis rurſus actionibus involvantur*, inquit Alexander III. Hæc, inquam, cauſa eſt; hic pericula ſiſtunt; non aliam pœnalis vinculi rationem aſsignat communis lex.

At ſi maturè res conſiderantur, nec remotè quidem periculum hoc in ill. reperire eſt Militantium Religionibus, dum Collegia incolunt Salmantina. In his de ſuperiorum licentia degunt; ipſorum curà, ſpiritualibus, & corporalibus, quæ ad ipſos ſpectant, vacant exercitiis juxta prudentiſsimas ſanctiones, quas Regio inſtitutas preſcepto, Pontificali confirmatas munimine præterire non permittuntur. Quænam hic cum actionibus humanis ſpiritualium virorum commixtio? Benè cuncta imminent pericula iis, qui profeſsionem altioris vitæ devoventes altiſsimo, vagantur extra clauſtra humanę ſcientiæ ergo. Illuſtriſsima quidem ipſos terrere opportet ſententia; non iſtos, qui ſtrictiori obedientia in Collegiis, quam in Conventibus adſtringuntur; nullo perinde diſpendio ſui profectus imminente. Quin, etſi immineret, ejus non refrangantur metu, opportet, dum ſuperiorum preſcripto in legum edoctione obtemperant; ſicuti arctiſsimarum etiam Religionum perfectiſsimos viros non ea terret obedientia, quæ ipſos operibus adjicit, magis à Spiritus ſemita diſtantibus, quam legum edoctio, vel doctrina.

Sanè *nemo militans Deo*, *implicat ſe negotiis ſecularibus*, ſecundum Apoſtolicum non tam conſilium, quam preceptum. (2. *ad Timoth.* 2.) Et tamen Angelicus noſter Precept. 2. 2. *quæſt.* 187. *articul.* 2. *per totum* docet, quod poſſunt ex charitate Clerici, & Monachi ſecularia pertractare negotia. Et ad primum argumentum, quod ex textu S. Pauli deſumptum erat, ſic reſpondet: *Ad primum ergo dicendum, quod Monachis interdicitur ſecularia negotia tractare propter cupiditatem, non autem propter charitatem.* Idem ad cuncta pœnè argumenta reſpondere poſſunt Religiones Militares, duobus Angelicæ doctrinæ verbis, cunctis ſatisfacient objectionibus. Interdicimur (reponant) ne ex cupiditate vagandi extra clauſtra, ſecularium ſcientiam pertractemus Deo Militantes; non autem ſi in id muneris incumbamus propter charitatem. Propter charitatem, inquam, ut meliùs proximis inſerviamus, juſtitiam eorundem adminiſtrantes in Religionum noſtrarum muneribus, quæ curare tenemur, non tam ex charitate, quam juſtitia.

Quod ſi quis, doctrinæ Ang. Doct. ut decet, venerator, id in citato loco minus ad intentum conducens offenderit, quod de ſecularibus in genere tantummodo loquatur negotiis, non de legum, vel auditu, vel doctione; pro ipſo alterum adducimus Angelicæ doctrinæ articulum. Hic ſecundus eſt *in queſt.* 71. *citat. p.* 2. 2. Quærit: *Utrum convenienter aliqui ſecundum jura arceant ab officio advocandi?* Reſolutio eſt affirmativa, excludens Monachos, & Præsbyteros propter indecentiam. At ecce in fine

*corp. artic.* prudentiſsima verba : *Tamen hujuſmodi indecentiæ neceſsitas præfertur : & propter hoc hujuſmodi perſonę* ( Monachos intellige , & Præsbyteros ) *poſſunt pro ſe ipſis , vel pro perſonis ſibi conjunctis uti officio advocati. Unde, & Clerici pro Eccleſiis ſuis poſſunt eſſe advocati , & Monachi pro cauſa ſui Monaſterii , ſi Abbas præceperit.* Hæc Ang. Mag. pro munere advocati , quod ſine ſtudio legum peragi nequit. Nec illam inducit diſtinctionem inter eos , qui ante Prębyteratum , Monachatuſvè profeſsionem jurium ſtudiis incubuere , eoſque , qui poſteà. Et ubi lex non diſtinguit , necnos diſtinguere debemus. Pręterea : ſi Monachus aut Præsbyter , ex ſuperiorum præcepto advocatum acturus , ſtudio legum indigeat ; quis negat , poſſe, imò teneri ipſi navare operam ? Qui enim finem exequi , & potèſt , & tenetur , media quærere ad finem neceſſaria , & valet , & debet dubio procul.

Proprius ad intentum. Non aliam agnoſcit Mag. Ang. cauſam Præsbyteros arcendi , & Monachos à ſtudio legum , ſivè ab officio Advocatis præter indecentiam , propter excellentiſsimam Præsbyteratus præſertim excellentiam. Ipſamet , non alteram agnovere Romani Pontifices: *Sed huic* , inquit D. Thom. *Neceſsitas præfertur.* Rectè quidem ſenſit , nec aliter ſentire debuit fideliſsimus P. & D. N. Aug. diſcipulus. De ſuo , & N. P. teſtatur Poſsidonius in vita Aug. *cap.* 19. quod jejunus, impranſuſque multoties tota die cauſas ſecularium audiens judicabat , atque dirimebat. Quiſnam non hic ſtrepitus ſecularium rerum , quæ Epiſcopum arcentes à ſpiritus converſatione maxime dedecent ? Ipſemet SS. P. *lib. de opere Monach cap.* 29. teſtem producit Domin. Noſtr. Jeſum Chriſtum , quod *Multò mallet per ſingulos dies certis horis , quantum in benè moderatis Monaſteriis conſtitutum eſt , aliquid manibus operari , & cæteras horas habere ad legendum , & orandum , aut ; aliquid de Divinis litteris agendum liberas : quam tumultuoſiſsimas perplexitates cauſarum alienarum pati de negotiis SECULARIBUS , VEL JUDICANDO DIRIMENDIS , vel interveniendo præcidendis.*

Totam eccè in Auguſtino Angelici Præceptoris doctrinam , imò Pontificum in arcendis Præsbyteris , & Monachis à legum ſecularium ſtudio cauſam. Decet ſpirituales viros perplexitas tumultuoſa cauſarum alienarum. Si hæc inſpiciatur attentè , nec audire Militares ill. Religiones deberent jura Cęſarum , nec docere : TAMEN HUJUSMODI INDECENTIÆ NECESSITAS PRÆFERTUR. Neceſsitas coegit Auguſtinum, ut non quod mallet eligeret , ſed ut tumultuoſiſsimas cauſarum alienarum perplexitates in negotiis SECULARIBUS , JUDICANDO dirimeret. Hæc etiam cogit Jacobæos Auguſtini Militares , aliaſque ill. Religiones ſtudio legum operam impendere , ipſarumque edoctioni , ut cauſas ſeculares audituri in his , quæ Ordinum Militarium ſunt , prudenter judicare valeant, & dirimere. Date oppoſitum , prohibeantur Militares ſtudio legum incumbere ; Collegia Salmantina non adeant ; ſi incolant , pręcipuum adimatur ſtudii calcar : oppoſito nempè : atque ita omnibus diſpoſitis , de præcipuis extrahantur Conventibus , ut ea tractent ſuorum Ordinum munia , quæ ſeculares cauſas involvere neceſſe eſt. Fortè arguet iterum SS. Apoſt. Paulus ( 1. *ad Corinth.* 6. *v.* 3.) *Ad verecundiam veſtram dico : Sic non eſt inter vos ſapiens quiſquam , qui poſsit judicare* ;

At facilè , inquies , cuncta vaneſcent motiva , ſi Militares ſecundum Julii III. ſanctionem Cæſareo incumbant ſtudio , ſivè edoctioni , dum Præſby-

byteratus impedimento alligati non exiſtunt: idque non ex profeſſo, placitoque voluntatis eorum; ſed ad ſuperiorum arbitrium, & ut medium ad ſacratiora decretorum jura. Hæc ſanè totius impedimenti ſumma eſt; ſed quæ Militares præſertim Religiones non attingit. Omiſsiſque graviſsimis fundamentis, quæ Pontificum decreta non de doctione agere oſtendunt, ſed de auditione: ratio ad intentum ſubſiſtit ſpecialis, quæ ex Bulla Gregorii XIII. deſumitur. Concedit in ea ſummus Eccleſiæ Paſtor poſſe Militares audire libere, ac licitè Jus Cæſareum. Hic nulla pro Præsbyteris ſtrictio apparet; unde non niſi voluntarie addatur, neceſſe eſt. Immo non voluntarie ſolum, ſed & repugnanter. Si enim ante hoc Gregorii XIII. privilegium poterat ill. Jacobęus Ordo per ſe, & per participationem, reliquæ ill. Militarium Religiones jura Cæſarum audire, ſi qui Præsbyteri non exiſterent, ut patet ex Julii III. diplomate, quænam Gregorii Bulla privilegia ſuperaddit, dum ad non Præsbyteros reſtringitur?

Reſtat, ſolum quoad tempus eſſe poſsit reſtrictio Gregoriana illis verbis: *Ad tempus congruum arbitrio ſuorum ſuperiorum.* Rectè quidem arbitrio *ſuperiorum*: nam ut *in diſquiſit. iſta cap.* 4. & 5. eruditè ſimul, ac ſolidè oſtenditur: legum doctrinę tempus per ſe determinari negat; quid legum doctrina? De qualibet verum illud: *Ars longa, vita brevis*: ergo arbitrio determinetur ſuperiorum, ſi placeat in vaſto litterarum pelago arenarum indigitare limites, interea Pontifex non decernit, non determinat, non reſtringit. Poſſunt interea illuſtriſ. Religiones Militarium ſecundum jus commune in probabiliori placito, Cæſarum edocere jura: ſecundum particularia Pontificum gratioſa privilegia audire, docere, & interpretari. Sic ſalvo meliori, dictamen Romano, ut par eſt, Pontifici ſubmittentes, proferimus in hoc Auguſtinianorum Obſervantiſsimo Salmanticenſi Cœnobio. Die 15. Septembris, anno 1725. *M. Fr. Petrus Manſo*, Prov. Caſtellæ Provincialis, & in Acadèmia Regia Cathedræ Durandi Profeſſor. *Fr. Joſephus de Soto*, Domus Salmanticenſis Prior. *M. Fr. Mathias Teran*, Cathedræ Theologiæ Moralis Profeſſor. *M. Fr. Emmanuel Vidal. Fr. Joſephus Balleſteros*, Sacr. Theolog. Lector. *Fr. Petrus Lobiano*, Sac. Theolog. Lector.

---

## *JUDICIUM ILLUSTRISSIMI COLLEGII, BENEDICTINORUM in Salmantina Academia Sancto Vincentio, Sacrati.*

DISQUISITIONEM Canonicam Salmantinam elaboratam à D. D. D. Bernardino Francos & Valdès in hac noſtra Univerſitate antiquioris Legum Cathedrę digniſsimo Moderatore, & utriuſque Juris colendiſsimo Decano, attente legimus, nihilque in ea non conſonum Orthodoxæ Fidei, boniſque moribus deprehendimus; ejus ſcopus eſt probare, nulla ſanctione Canonica præpediri Religioſos Militares, quominus publicè in ſcholis Juriſprudentię civilis ſcientiam edoceant. Quæ ſententia nobis tam probabilis apparet, ut exiſtimemus proprius veritatem attingere. Habet

ènim pro ſe plures, eoſque eximios Scriptores. Habet rationes fortes. Habet experientiam.

Hactenus diſſentiente nemine, jus civile publicè dictatum à Religioſis Militaribus norunt omnes Regii Senatus, quibus Hiſpania noſtra felicior aliis gubernatur, hoc ipſum comprobant. Viſi namque ſunt Religioſi Militares in numero Conſiliariorum cooptati. Teſtis eſt, & Academia noſtra Salmantina, quæ (omiſsis aliis) nunc temporis, quibuſdam Militaribus in jure civili laureatis condecoratur. Notum quidem eſt cunctis iſtiuſce diſertationis Author inclyti Cebedæi Ordinis alumnus, qui ſtrenuus pro Cathedris juris civilis decertaror aliquas à Supremo Caſtellæ Senatu fuit conſequutus. Nunc que poſt illas, antiquiorem legum moderatur. Planè tantę nobis efficatiæ videtur hoc argumentum, ut non dubitemus, etiam ſuperſilioſæ frontis hominem perſuaſurum.

Sed quia (ut notat diſertationis Author) unicum ſententiæ adverſæ ſuffragium petitur ex decretali Alexandri III. *in cap. non magnopere, ne Clerici, vel Monachi*; *& decretali Honorii etiam III. in cap. ſuper ſpecula, eodem titulo, ne Clerici, vel Monachi*, opere, pretium duxi excepta quædam ex Eccleſiaſtica hiſtoria hic attexere. Et primò inficiabitur nemo quam plures Præſbyteros, & Antiſtites in juris civilis ſcientia præſtantiſsimos claruiſſe. Ut enim habet Baronius Ap. Sur. *die 25. Februa. ad ann.* 1165. Inclytus Angliæ Maryr Sanctus Thomas Cantuarienſis Epiſcopus adeo ſe, legum, canonumque lectioni dederat, ut eum hinc abducere ſæpè conatus fuerit Joannes Salisburienſis, ſubjiciens ei lectionem Pſalmorum, & Moralium Gregorii, ex quibus ſolatium acciperet, quo ſeculi amaritudines temperaret. Refert itidem Author vitæ Pharraſii egregium hunc Conſtantinopolis Patriarcham Juris utriuſque Conſultiſsimum fuiſſe, & utramque eam peritiam ſedandis fidelium litibus oportuniſsime accomodaſſe. Bleſenſis *epiſt. 9.* tametſi uſum legum rem plenam diſcriminis cenſeat, peritiſsimum in jure civili Chryſoſtomum affirmat, quamquam, cum ſe Clericatui innexuit, huic peritiæ vale dixiſſe referat.

Illud etiam ſcitiſsimum eſſe debet, legum, canonumque decreta ſe invicem juvare, mutuamque ſibi lucem refundere, quod & in Decretali ſuper ſpecula fatetur Summus Pontifex Honorius: *Licèt Sancta Eccleſia legum non reſpuat famulatum.* Et ſto ibidem prohibeat publicas juris civilis prælectiones Pariſiis, viciniſque Urvibus, id ſine contrarietate prioris aſſertionis accipiendum.

Conſonat Honorio Lucius Papa, epiſtola ad Epiſcopum Patavinum, ubi illud monet, ut cauſas omnes definiat ex legum, canonumque decretis, cum ſibi mutuo præſidium afferant. *Quia ſicut leges non dedignantur ſacros Canones imitari, ita & Sacrorum ſtatuta Canonum, Principum conſtitutionibus adjuvantur.*

Pervulgatum, & illud eſt, Præsbyteros, Monachos, & Epiſcopos ſæpè munus Conſiliariorum in Regio Senatu obtinuiſſe. Totidem hiſce verbis primam Parlamenti Pariſienſis inſtitutionem nobis depromit Guimierius, *in Pragmat. ſanct.* paul. *ant. fin. Curia Parlamenti Pariſienſis fuit inſtituta de centum Conſiliariis, ſcilicèt duodecim Paribus Franciæ, octo Magiſtris Requæſtrarum Domus Regis, & octoginta aliis Conſiliariis, quadraginta Laicis, & quadraginta Clericis, inter quos ſunt quatuor Præſidentes Laici.* Dolent alibi aliqui hanc ipſam conſtitutionem per omnia Regna Chriſtianorum non fuiſſe extenſam. Ita Spicil. *tom. 9. cap. 327.* ait: *Quod ſi ita per omnes*

*nes Regionis Orbis Christiani fieret, non ita in multis pătrimonia Ecclesiarum direpta, & delapsa forent.* Declaratur utique, qui ex mirabili illo Consiliariorum utriusque Ordinis temperamento Ecclesię fructus possent accrescere.

Non prętereundus Bernardus Parens, quo nemo ferventius Sanctimoniæ clericatus studuit, nemo, quod intendimus clarioribus verbis expressit. Ita in litteris ad Eugenium III. de Sugerio Abbate Sancti Dionisii, tunc temporis ministro status Principis: *Si quod magnæ domus, magni Regis vas in honorem apud nostram habetur Gallicanam Ecclesiam, meo quidem judicio, ipse est venerabilis Abbas Sancti Dionisii. Novi siquidem virum, quod & temporalibus fidelis, & prudens, & in spiritualibus fervens, & humilis; in utrisque, quod est difficillimum, sine reprehensione versetur. Apud Cæsarem est tamquam unus de Curia Romana, apud Deum tamquam unus de Curia Cæli.* Et alibi, & ad eundem: *Profecto consilium Dei fuit, ut ad consilium, tam Curiæ, quam Ecclesiæ Principes vocaretis, ut sciant omnes, qui habitant terram, quia remansit, & Regno, & Regi amicus dulcis, Consiliarius prudens, adjutor fortis.* Hęc Bernardus cum Sugerius ob absentiam Regis vicibus ejus fungeretur, & comitia generalia indiceret. Incredibile autem est contrarium sacris Canonibus visum fuisse sanctissimo Parenti, quod tam miris laudibus commendat in Sugerio. Sed mirabilius adhùc, quod narrat Otto Frisingensis; regimen scilicet Regni in absentia Regis prærogativam fuisse affixam Abbatibus Sancti Dionisii. Sic ille: *Sugerio Abbati Sancti Dionisii, qui Regni negotia ob absentiam Regis in Occidentali Francia juxta illius Cœnobii prærogativam administrabat.*

Sed revertendo ad Parlamentum Parisiense, numerus Consiliariorum Ordinis Clericalis sub Henrico III. fuit imminutus: de quo per decursum unius seculi conquesta est Gallicana Ecclesia. Tandemque in Comitiis generalibus *ann.* 1635. sub Ludovico XIII. hujusmodi preces interposuit, *lib.* 1. *cap.* 55. *de rebus Friderici*, ut quoniam causę, pleręque Ecclesiarum graviores in superioribus Cameris Parlamentorum desinerentur, quarta saltem pars Senatorum ex Clericis deligatur. Nequit autem dici, quod tam anxiè Clericis munus illud expeteret, nisi persuasissimum illi fuisset, sacris Canonibus non adversari.

Jam ex his sequentia colligi mea sententia erit: quod, scilicèt, Pontifices Romani nunquam per se se à versati sint leges civiles in Clericis, Monachis, aut Episcopis. Quod si quid vicisitudinis in hoc, unquam contigit conferendum est in temporum varietatem. Cum etenim ex legum studio Theologiæ cura minui cœpit, litiumque, & rixarum semina orta sunt, detrahi cœpta est authoritas legum. At cum ex illis lux accerseretur juri Canonico, vel ipsa Concilia leges civiles lectitari probavere. Satis liquet hoc consectarium ex ipsa decretali *super specula*, verbis illis: *Quia vero Theologiæ studium cupimus ampliari, &c.* Item, & ex constitutione Innocencii IV. ad Occidentis Episcopos missa, in qua quęritur Summus Pontifex, quod Clerici avaritiæ facibus accensi, ita se legibus demerserint, ut incurioſi prorsus Theologię viverent: *Ut ad præsens de Divina scientia taceamus, tota Clericorum multitudo ad audiendas seculares leges concurrit.* Cum tamen ipsemet Innocentius observantiam constitutionis arbitrio Regum, Principumque committat. *Si tamen hoc de Regum, & principum processerit voluntate.* Præterquamquod ex concordatis Leon. XII. cum Francisco Rege Galliæ videtur, jam tunc temporis hanc ipsam constitutionem in desuetudi-

nem abiiſſe. Cum Leo, & Concilium ipſum Lateranenſe *ſeſſ.* 11. *ann.* 1516. ſtatuat, quod Doctor, vel Licentiatus ſeptennio impenſo in jure civili, vel Canonico, aut Medicina poſsit his gradibus ad beneficia venire.

Deinde conſequitur: canones quoslibet interdicentes Clericis, ſtudia legum (præterquam actum docendi publicè non attingunt) non ita ſtrictos eſſe, qui exceptionem aliquam non admittant. Vel enim prohibent uſum earum in foro, vel abuſum, vel turpe lucrum, cui legibus aliquo inſerviunt: vel talem eiſdem adhærentiam, quæ immemores reddat Clericos ſanctioris alterius doctrinæ. Huic conſectario fidem faciunt hucuſque dicta. Itidem, & Concilium Melfenſe ſub Urbano II. *anno* 1089. *Can.* 9. *Quia novum hoc tempore Clericorum Acephalorum genus, &c.* Concilium Londinenſe *ann.* 1102. *Can.* 8. *Ne quilibet Clerici, &c.* Concilium Remenſe *ann.* 1131. *Can.* 6. *Prava conſuetudo, &c.* Concilium Londinenſe *ann.* 1175. *Can.* 3. ibi: *His qui in ſacris Ordinibus conſtituti ſunt judicium ſanguinis agitare non licèt. Undè prohibemus, ne aut per ſe membrorum mutilationes faciant, aut inferendas judicent.* Alii ergo actus judiciales, præter expreſſum *in Can.* Clericis non prohibentur. Nec ergo Juriſprudentiæ civilis profeſsio.

Sed favet conſectario ipſe Alexander III. in Concilio Lateranenſi III. *anno* 1179. cujus *Can.* 12. ſic habet: *Coram Judice ſeculari Advocati in negotiis fieri non præſumant, niſi propriam, vel Eccleſiæ ſuæ cauſam fuerint proſequuti, aut pro miſerabilibus fortè perſonis, quę proprias cauſas adminiſtrare non poſſunt.* Pauciſque interpoſitis: *Si quis adverſus hoc tentaverit (quoniam contra doctrinam Apoſtoli eſt dicentis) nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſecularibus.* 1. Timot. 2. *& ſeculariter* (agit) *ab Eccleſiaſtico fiat miniſterio alienus, pro eo quod officio Clericali neglecto, fluctibus ſeculi, ut potentibus ſeculi placeat, ſe immergit.*

Integrum pœnè Canonem produximus, & reflexione digniſsimum putamus, quod Summus Pontifex innixum doctrinæ Apoſtoli canonem ediderit, & nilhominus eodem ipſo munus cauſidicum, quandoque Clericis licere, ſtatuat. Nimirum, cum ſuam, aut ſuę Eccleſiæ, vel pauperum cauſam agunt. Sed hæc honeſtiſsima motiva non deſunt Militaribus Religioſis, nec illis imminent pericula, quę ſuperius allegata Concilia præcavenda ſtatuerunt: ergo nedum docere Juriſprudentiam Civilem, ſed & cauſas in certis caſibus agere eiſdem permittitur. Sic ſentimus in hoc Benedictinorum Salmantino Collegio Divo Vincentio Sacro. Salvo meliori, &c. Die 18. Septembris, anno 1725. *Mag. Fr. Joannes Antonius de Haro*, Cathedr. Primar. & Abbas. *Mag. Fr. Michael de Herze*, Cathedrat. Veſpertin. *Mag. Fr. Placidus Nuñez*, Studiorum Profectus. *Mag. Fr. Placidus Gomez*, Prior, & Concionator Maj. Sancti Vincentii. *Mag. Fr. Bernardus Vela*, Sac. Theolog. Lector. *Mag. Fr. Froylanus Quirós*, Theolog. Lector.

# RESOLUTIO RR. PP. MM. PERCELEBRIS COENOBII *Sancti Stephani Ordinis Prædicatorum in Salmantina Academia, & in ea Cathedrarum Sacræ Theologiæ Sapientiſsimorum Moderatorum.*

JUDICIUM nobis demandatum ſuper diſquiſitione Canonica ſcholaſtica Salmantina pro Collegiis Militaribus Ordinum Divi Jacobi, Calatravæ, & Alcantaræ, necnon Monteſię, Authore Doct. D. Bernardino Francos & Valdès, Ordinis Divi Jacobi, in hac Salmantina Academia Primariæ antiquioris Cathedrę Legum mederatore, ac utriuſque Juris Decano, libentiſsimè proferimus: ea namque ſoliditate, eruditione Jurium, ac graviſsimorum Authorum copia ſuam firmat opinionem; oppoſitæque fundamenta ſolvit, ut nullam relinquere videatur dubitandi rationem, poſsint ne Clerici Fratres Militarium Ordinum jus civile publicè docere? Et licèt nihil, quod ad hujus opinionis indubitatam, manifeſtandam veritatem facere poteſt, intactum relinquat diſquiſitio, aliqua tamen, non tam pro ipſius confirmatione, quam pro manifeſtanda efficacia, qua Nos ad huic, ut veriori aſſentiendum opinioni in ea adducta efficaciſsima fundamenta evincunt, addere duximus.

Et quidem cum totius difficultatis ſcopus ſit in intelligentia *cap. non magnopere 3. ne Clerici, vel Monachi*, in quo nedum audire, verum, & legere jus civile Regularibus prohibetur. Prętер plurima, quibus eruditè, & latè probat diſquiſitio *cap. 3.* quod in prædicto capite *non magnopere* non prohibetur Regularibus legere jus civile docendo illud tamquam Magiſtros, ſivè occultè, ſivè publicè; ſed ſolum legere ſtudendo, illudque de novo addiſcendo tamquam diſcipulos: hujuſmodi interpretationem conſonam, propriam, genuinamque eſſe, præſertim quantum ad Clericos Militares Fratres, manifeſtè convincit inveterata conſuetudo in tot firmata Militarium Ordinum graviſsimis juris civilis Doctoribus, qui cum non parva ſtudentium communi utilitate prædictę facultatis obtinuere Cathedras; & ut optimè probat diſquiſitio *cap. 4. à num. 10.* à Supremo Ordinum Senatu nedum tolerata, verum approbata, inque omnium prædictorum Ordinum Militarium ſtatutis, & definitionibus appertiſsimè fundata. Cum enim, ut Angelicus noſter Præceptor docet *1. 2. quæſt. 97. art. 3. in corpore*: conſuetudo vim habeat interpretandi, abrogandi legem, & hoc etiamſi, ut ibidem ſolutione ad 2. docet, præter legem ſit introducta: quam doctrinam, ut firmatam Moralis Theologiæ regulam tenet cum ipſo Sancto Doctore communis Theologorum opinio, dubitari nequit, quin hujuſmodi inveterata, approbata conſuetudo jus civile docendi, in Clericis Militaribus Fratribus, regulam in contrarium firmantem convincat; etiam ſi alia non adeſſent, conſonam, & genuinam eſſe prędictam *cap. non mognopere* interpretationem.

Cui rationi non parum efficaciæ addit, quod noſter Fr. Petrus Maria Paſerinus docet *tom. 2. de hominum ſtatibus, & officiis queſt. 187. num. 1133.* licèt in privilegiis, in quibus conceditur Regularibus, quod poſsint publicè docere, nulla fiat mentio artium, & Philoſophiæ, conſuetudine tamen introductum eſt, ut Regulares hujuſmodi ſcientias doceant: cum enim ſint ancillæ Theologiæ, & ad ejus pleniorem intelligentiam neceſſariæ, locum hic habet axioma: *quod conceſſo majori, conceſſum intelligitur minus*, quod eſt an-

annexum, & claufum in majori. Barboſa *axiomat.* 140. Lezana ad mare magnum Min. §. 4. *num.* 12. ex qua doctrina ab omnibus recepta, hæc brevis pro majori veritatis hujus opinionis claritate formari poteſt efficax ratio. Licet regularibus ſolum conceſſum ſit, quod poſsint publicè ſacram Scripturam, & Theologiam docere, nullaque in eorum privilegiis fiat mentio Artium, & Philoſophiæ: quia tamen Philoſophia ancilla Theologiæ jure æſtimatur, & ad ejus pleniorem intelligentiam neceſſaria, æquiſsima introductum eſt conſuetudine, ut Artes, & Philoſophiam doceant, eademque conceſsione, qua ipſis conceſſum eſt, quod Theologiam publicè doceant, conceſſum pariter intelligitur, quod doceant Artes, & Philoſophiam: at qui jus civile ita neceſſarium eſt ad juris canonici intelligentiam, quod, ut ait Bald. *in proemio Decretalium*: *Legiſta ſine Canonibus parum valet, Canoniſta ſine legibus nihil*, probatque *text. in cap. 1. de nov. oper. nun.* illis verbis: *Sicut leges non dedignantur Sacros Canones imitari; ita & Sacrorum ſtatuta Canonum, Principum conſtitutionibus adjuvantur*: id eſt, ut ibi exponit Hoſt. *num.* 1. quaſi Sacris Canonibus inſerviant: æquiſsima ergo conſuetudine introductum eſt, ut Clerici Militares Fratres; quibus ſine dubio, & controverſia competit, conceſſumque eſt Jus Canonicum docere, quod jus civile pariter doceant, eademque conceſsione, qua ipſis conceſſum eſt, quod jus canonicum doceant, conceſſum pariter intelligi debet, quod jus doceant civile, ut ipſi annexum, & ad ejus intelligentiam valdè neceſſarium.

His accedit alia efficaciſsima ratio, qua probat diſquiſitio *cap.* 4. *n.* 10. quod etſi in præcitato *cap. non magnopere*, prohibitum ſit regularibus, nedum audire, & addiſcere jus civile, verum etiam ipſum docere, prædicta prohibitio Clericos Militarium Ordinum nullomodo comprehendit, utpote non comprehenſos in ratione finali impulſiva prædictę prohibitionis. Cum enim ea ſit: ne Religioſi de clauſtro exeant, ne vè prętextu ſcientiæ, ſpirituales viri mundanis actionibus involvantur. Cum Militaribus Clericis Fratribus conceſſum ſit, tum ex ſtatutis propriis, tum ex Pontificiis Bullis, quod per Villas, & Oppida ſemper maneant, & quod negotiis ſecularibus poſsint ſe immiſcere. Certum debet ipſos in dicta prohibitione *cap. non magnopere*, non comprehendi, ſolumque in prohibitione, quam ex extenſione Honorii III. *in cap. ſuper ſpecula* habent Præsbyteri ſeculares, comprehendi poſſunt: quam rationem hic repetere duximus propter fundamentum, quod in D. Thoma habetur *opuſcul.* 19. *cap.* 2. ubi poſtquam pluribus rationibus probaverat S. Doct. quod Monachi publicè docere poſſunt, hæc habet: *Item dato, quod Monacho docere non liceat, non ſequitur, quod Canonicis Regularibus non liceat docere, cum Canonici Regulares inter Clericos computentur.* Ex quibus verbis, quæ, ut legenti conſtabit, intelligenda ſunt de Monacho, prout regularem ſignificat, contra diſtinctum à Clerico. Simile pro Clericis Militaribus Fratribus formari poteſt argumentum: licet Monacho non liceat publicè docere, non ſequitur, quod non liceat Canonicis Regularibus: quia inter Clericos computantur: atqui Fratres Militares Jacobæi Clerici, ſunt Canonici Regulares, & ut Clerici in Conciliis, & in jure computantur: licet ergo regularibus prohibitum ſit jus civile publicè docere, non ſequitur, quod illud docere non liceat Militaribus Fratribus Jacobæis Clericis; ſolumque ex prohibitione, qua id ſecularibus Præbyteris prohibitum eſt *ex cap. ſuper ſpecula*, poteſt eſſe ipſis prohibitum: & conſequenter, quod ſicut Præsbyteri ſeculares poſſunt liberè ante præsbyteratum jus civile publicè audire, pariter Militares Fratres, & ſicut illi Præsbyteri, qui tempore præsbyteratus habiles inveniuntur ad jus civile docendum, illud poſſunt

pu-

publicè docere, ut tenet Fagn. *in dict. cap. super specula à num.* 37. *usque ad* 45. & cum ipso alii quam plures, idem pariter dicendum est de Clericis Militaribus Fratribus.

Ex his omnibus, quæ de jure communi probant, licitum esse Clericis Militaribus Fratribus jus civile publicè audire, dummodo Præsbyteri non sint, & quod etiam si Præsbyteri sint, illud possent publicè docere, constat, quod si ipsorum specialia privilegia, præsertim Julii III. & Gregorii XIII. *in d. squisitione adducta cap.* 4. & in quibus ipsis conceditur, quod jus civile publicè possint audire, sincerè, & ut debent intelligintur, nedum licitum ipsis esse ante Præsbyteratum jus civile audire, & ad Sacrorum Canonum pleniorem intelligentiam, verum absolutè licitum esse hujusmodi Clericis Militaribus Fratribus illud audire, & docere. Cum enim privilegia ita intelligi debeant, quod inutilia non sint, aliquemque sortiantur effectum, ut tenent communiter omnes Authores, tam Theologi, quam Juristæ, constatque ex *leg. quoties ff. de rebus dubiis*, si ut probatum relinquimus, efficatiùsque manifestat disquisitio de jure communi licet Fratribus Militaribus Clericis jus civile publicè audire, dummodo Præsbyteri nè sint, & ut Sacrorum Canonum pleniorem intelligentiam est necessarium: sequitur, quod, ut prædicta privilegia aliquem sortiantur effectum, inutiliterque non sint, fatendum est: quod in eis ipsis conceditur, quod jus civile propter se, & etiam si Præsbyteri sint, possunt publicè audire, addiscereque. Nec obstat, quod in privilegio Julii III. solum hoc conceditur Clericis hujusmodi Fratribus dummodo Præsbyteri non sint. nam præterquamquod hoc non tollit, quod tempore Præsbyteratus possint publicè jus civile docere, dummodo jam habiles inveniantur, ut manifestissimè probat disquisitio *cap.* 1. Cum hæc limitatio non inveniatur appositâ in privilegio posteriori Gregorii XIII. ne hoc inutile, & sine effectu dicatur, fatendum est, prædictam Julii III. concessionem liberè audiendi jus civile Clericis Militarium Ordinum Fratribus factam, dummodo Præsbyteri non sint, ad Præsbyteros dictorum ordinum extendi in hoc Gregorii XIII. privilegio. Nec similiter obstat, quod in dicto Julii III. privilegio solum conceditur Clericis Militaribus Fratribus, quod jus civile possunt audire, *ut juris Canonici facilius participes fiant*: nam ut constat ex verbis sequentibus, non solum ad hoc, prædictam facultatem eis concesit, sed etiam, *ut melius eidem Religioni prodesse possint*, & cum aliàs, ut ex superioribus constat privilegium esset inutile, cum audire jus civile propter pleniorem Canonici intelligentiam, de jure communi liceat omnibus, quibus competit jus Canonicum audire: dicendum necessario videtur, quod in prædictis verbis liberam facultatem audiendi jus civile, etiam propter se eis concesit Summus Pontifex.

Hæ, & aliæ, quam plures efficaciſsimæ rationes in disquisitione adductæ, Nos ad asserendum, ut longe probabilius, evincunt Clericis Militaribus Fratribus nulla lege, vel statuto, prohibitum esse jus civile publicè docere, in eoque doctorari. Sic censemus, salvo, &c. In hoc Divi Stephani Salmantino Cœnobio Ordinis Prædicatorum, die 25. Januarii, anni Domini 1725. *M. Fr. Joannes de Aliaga*, Primariæ Cathedræ Moderator. *M. Fr. Joseph Velzunze*, Cathedr. Vesper. Jubilat. *M. Fr. Joannes de Sandoval*, Vesper. Cathedr. Moderator.

CEN-

## CENSURA COLLEGII VERÆ-CRUCIS SANCTÆ MARIÆ de Mercede, Redemptionis Captivorum.

DISQUISITIONEM Canonicam Salmantinam more Scholastico à Doct. D. Bernardino Francos, hujus Universitatis in jure civili antiquiori Primario elaboratam, dum in examen, & censuram suscepimus, ejusdem sententiam nobis meritò probatam credimus: cum enim sapientis sit, honesti, atque discreti mente providere, orationeque sententiam, & consilium probare, in hocque sapientissimo Doctore omnia ista tantùm authoritatis ad suadendum demonstrant, quantum ejus merita honoribus mandandum esse clamant; nihilque difficile credi, quod assumptum convincat.

Convincit sanè dum certa, & communiora supponens, quibus publicè leges civiles audire, studerevè, Regularibus omnibus, Secularibusque Præsbyteris constat esse prohibitum; posse tamen easdem publicè docere, atque in eisdem doctorari, argumentis efficacissimis demonstrat. Hoc potissimum constat ex *n.* 5.6.& 7. in quibus verbum *legere*, non pro *docere*, ut volunt contrarii, sed pro *audire*, aut publicè *studere* convincitur esse accipiendum, ut passim accipi solet illud verbum in sacra Pagina, ut illud Deut. 17. *Legetque illud omnibus diebus vitæ suæ, ut discat timere Dominum*: & illud Matth. 12. *Non legistis quid fecerit David?* In quorum primo illud verbum pro labore ad discendum supponit; in secundo autem indiscriminatim pro *audire* stet. Enim vero, si quia illud verbum pro *docere* aliquando, & benè accipi potest, *legere* semper absolutè à contrariis proclamatur Regularibus omnibus prohibitum, cum illud idem verbum sæpè sæpius puram intelligentiam significet, ut videre est in illo 3. *Esd. Legi epistolam, quam misistis mihi*, quod verum tenet, etiam si illam alius legeret, erit ex hoc concedendum Regularibus prohiberi leges civiles scire, & intelligere, quod non concedent contrarii, quantumcumque pro viribus prohibitiones extendere velint.

Sed quid plura, dum Primarius noster contrariorum fundamentis expensis, nullaque eorum vi simulata, clariori, veriorique doctrina respondet, tot authoritatibus, experimentisque probata, ut supervacaneum sit, immo ferè impossibile solidiora quærere? Omnia igitur, quæ ab hoc sapientissimo Magistro in tota hac disquisitione stabilita manent, ita nobis probari videntur cum hominum opinione, authoritate, lege, more, ac religione conjuncta, totque hujus Universitatis Collegiis, in quibus virtus cum sapientia florent commendata, ut dum illis omnibus subscribimus, pro veritate stare sentiamus, in hoc Veræ-Crucis BB. Virg. M. de Mercede, Redemptionis Captivorum Collegio. Die 29. Septemb. anni Domini 1725. *Mag. Fr. Julianus à Carrio & Valdès*, Prov. & S. Anselmi Cathedræ Moderator. *Fr. Josephus Beltran*, Præs. in Theolog. & Rect. *Mag. Fr. Thomas Varo.* *M. Fr. Angelus Romero*, Studiorum Regens, ac Philosophiæ Cathedræ Moderator. *Mag. Fr. Fernandus Hyacinthus de Henestrosa*, Philosophiæ Cathedræ Moderator. *Fr. Valentinus Moran*, Lector. Theolog. *Fr. Christophorus Fernandez*, Lector. Theolog.

## *SALMANTICENSIUM JURIS UTRIUSQUE DOCTORUM comprobatio.*

SENTENTIÆ afferentium, licitum esse, atque honestum, Clericos seculares, & Regulares, & ex his maximè Militares, jus civile publicè docere, libenter subscribimus; etenim authoritate, & ratione proculdubio vincit. Nec possumus non putare honestissimam scientiam, quę à Christi Domini Sacerdotibus piè simul, & decentèr tradatur exceptoribus, qui eidem incumbimus ex Cathedris nostris illustrandæ, interpretandę, & propagandę: præsertim cùm nulla in toto jure Canonico prohibitio inveniatur, quæ disciplinam hujusmodi, honestam æquè, atque utilem tollat, impediatvè; nullumque sit præterea (quod unum impedimento esse poterat, teste sapientissimo Societatis Jesu Patre Francisco Schmalzgrueber *ad titul. ne Cleric. vel Monach. num.* 78.) peculiare Ordinum Militarium statutum, præceptum, aut consuetudo, quæ obstent, quominus Ordines hos profitentes jus civile docere publicè possint. Quin immo verò contra, in possessione docendi eos esse ex concessione Regia, videmus nunc temporis in Academia nostra; atque etiam olim intelligimus non semel obtinuisse. Porrò textui, qui vulgo solet objici *in cap. non magnopere*, 3. *ex eod. tit.* reponimus interpretes simul, & legislatores Antistites Summos Honorium III. *in cap. super specula ult. eod.* & Bonifacium VIII. *In cap. Statum* 1. *eod. tit. sui lib.* 6. Quibus quidem appertissimè loquentibus obsistere, ne dicamus obstrepere, nefas putamus. Præterea dubitare vix possumus, quin huic etiam, inter alia, bono postrema hæc duo jura, diversis licet temporibus, & libris, quasi ex condicto tamen ab Authoribus inserta fuerint Pandectis Canonum: videlicèt, ut audientes ejusmodi arceantur, non verò docentes publicè doctrinam legum, aut Physices. Atque ita probamus hanc sententiam, ut contrariam negantium, tanquam ratione atque authoritate longè latèque imparem, doctorum animis jam diù excidisse, atque in desuetudinem propemodum abiisse existimemus: siquidem novissimi Interpretes Canonum, qui quidem multi sunt, & oculissimi, præsertim ex Germanis, uno omnes ore ducuntur, ut idem nobiscum sentiant. Adeantur, præter Pirhingium, Reifenstuel, & reliquos, qui lato calamo in tractatu hoc, cui subscribimus, recensentur, & transcribuntur, Vincentius Petra, *Commentar. ad constitut. Apostol. tom.* 4. *pagin. nobis* 359. *num* 20. Magnificus P. Franciscus Schmier, Benedictinus Monachus sacrorum Canonum, & item prophanarum legum (ut id etiam obiter ad comprobationem hanc adjiciamus) in Salisburgensi Academia, non ita pridem, Professor Primarius, in egregia sua Canonico Civili Jurisprudentia, *lib.* 3. *tract.* 1. *part.* 1. *de personis Ecclesiasticis sect.* 2. §. 2. *à num.* 150. P. Krimer. *ad eund. titul. ne Clerici, vel Monachi num.* 3823. P. Uviestner *ad eund. titul. num.* 15. Schambogen *ibid. num.* 12. P. Henricus UvagnerecK *in cap. final. ex eod. notab.* 2. & tamdem uberior, atque appertior cœteris P. Franciscus Schmalzgrueber. *ubi supr. num.* 76. *cum sequent.* Sed libet audire laudatum Patrem Schmier, nervosè, dilucidè, & paucis hanc rem concludentem. *Minus autem*, inquit, *prohibitùm censetur, leges civiles, vel etiam Physicam, seu Medicinam docere; licèt enim*, in citato capite non magnopere, *Clerici, & Religiosi prohibeantur leges, aut Medicinam* legere: *Attamen per ly*, legere, *nihil aliud intel-*

*li-*

*ligitur , quam audire , vel discere , prout liquescit ex citat. cap. ult. in princ. eod. titul. Tum quia (præscindendo à Medicina , cujus professio personis Ecclesiasticis minus convenit) docere leges , & homines erudire ad justitiam à legibus intentam , non tam actio mundana , quam pia , & meritoria est , per cap. ult. de Magistris : Tunc quia per pauci reperiantur , qui privato studio in claustris, vel antea in seculo , tantum in legali prudentia fecerint progressum , quantum in Professore Juris Civilis requirere solemus. Ut proinde non possint habere locum querella Honorii Pontificis in citat. cap. ultim. in fin. quod per professuram legum Clerici , & Religiosi à studio Theologiæ abstrahantur.* Panormitan. *cit. loc.* (*in citat. cap. ultim.*) *num.* 16. Fagnanus *ibid. num.* 41. Gonzalez *in cap. non magnopere num.* 5. P. Uviestner *ad citat. titul. num.* 25. Schambogen *ibid. num.* 12. & novissimè illustrissim. Vincentius Petra , *commentar. ad constitut. Apost. tom.* 4. *p. nobis* 359. *num.* 20. *Qui posterior Author cum* Fagnano *d. l. num.* 8. *& aliis rectè infert , quod etiam personis Ecclesiasticis gradus Doctoralis ex Jure Civili , vel* (*quod rarius est*) *ex Medicina conferri possit.* Ita censemus *salvo in omnibus , &c.* Salmanticę postridie nonas Decembris , anno Domini MDCCXXV. *Doct. Mathias Chafreonius* , Vespertinus Canonum Interpres. *Doct. Benedictus Gundisalvus Cid* , Antiquior Decretalium Professor. *Doct. Josephus Joachim à Ballarna* , Pontificii Juris Professor. *Doct. Simon de Baños* , Civilium Institutionum matutinus Moderator. *Doct. Laurentius Delgado & San Roman* , Juris Civilis Professor. *Doct. Josephus Florez à Valle* , Pontificii Juris Professor. *Doct. Primus Felicianus S. Juan de S. Cruz & Laquintana. Doct. Laurentius à Santayana Bustillo & Zevallos. Doct. Josephus à Santayana Bustillo & Zevallos. Doct. Michael Joly & Orozco.*

PARS

# PARS V.

## IN QUA DE MONIALIBUS.

### TRACTATUS I.

### DE FUNDATIONE CONVENTUUM MONIALIUM, & earum origine.

#### SUMMARIUM.

*Originem ſumpſiſſe Conventus Monialium Ordinum Militarium à tempore, quo ortum ſumpſerunt Conventus virorum, deducitur ex eo, quod dicunt Authores de aliis Religionibus, veluti S. Baſilii, S. Dominici, & aliis. n.1.*

*Habenturque Conventus Monialium tamquam acceſſorium Conventus virorum, exceptis illis, quę variant, & in his, quæ inter ſe non componuntur in fine. num. 2.*

*Ante Bullam confirmationis Ordinis D. Jacobi erant Conventus tam virorum, quam fœminarum, ut conſtat ex capitibus Regulę, junctio noſtro Mota hic citato. n.3.*

*Et adſtant adhuc duo Conventus Monialium, quæ poſſunt nubere, Barchinone unus, & alter Uliſipone, qui dicitur* de los Santos. *eod. num.*

*Conventus fuerunt in Ordine Jacobæo ſtrictioris vitæ, in quibus Milites uxorati in tempore adventus, & quadrageſimę in illis degebant, & uxores illorum, cum mariti ad bella pergerent, vel è vivis decederent, etiam degebant in ſtrictioribus Conventibus Monialium, conſtat ex Bulla, Regula, & Mota num. 4.*

#### CONVENTUS S. SPIRITUS Salmanticenſis.

*Hiſtoriatur idiomate latino, ut D. Rodericus Archiepiſcopus Toletanus* lib. 6. cap. 12. *refert privilegium magnum huic Conventui conceſſum anno* 1030 *num. 5.*

*Ad litteram tranſcribitur prædictum privilegium, conceſſum à D. Ferdinando I. Rege Caſtellæ, & Legionis, prout in valvis Eccleſiæ hujus Conventus manet tranſcriptum ab originale, quod dicitur ſtare in Archivo Conventus. num. 6.*

*Proponitur diviſio, quę adeſt inter AA. & Hiſtographos circa certitudinem hujus privilegii, & referuntur quædam fundamenta quibus nituntur, hi negant hoc privilegium, & juxta eorum fundamenta creditur fundationem illius non ab eo tempore provenire. num. 7.*

*Adducitur inſtrumentum celebratum inter Infantes Portugaliæ, & Capitulum noſtri Ordinis era* 1307. *à quo tem-*

*tempore originem ſumere fundationem hujus Conventus majori fundamento oſtenditur. n.8.*

*Roboratur amplius ex confirmatione facta à D. Magiſtro, & Capitulo generali era 1312. in favorem D. Mariæ Mendez de Caſtro, jam viduæ pro fundatione hujus Conventus. n.9.*

*Exponuntur fundamenta, quæ adducunt, qui tenent fundatores fuiſſe hujus Conventus Infantes Portugaliæ. n.10.*

*In contrarium arma ſumunt M. Baſilius de Leon, & D. Galeote minor, qui conſtanter tenent fundationem hujus Conventus ab illo privilegio D. Ferdinandi Regis deſcendere, & certitudinem privilegii confirmant ex aſſertione fœlicis recordationis Regum Philippi II. & Philippi IV. n.11.*

*Author in varietate harum opinionum tenet, ut veriorem primam ſententiam, & præſtat fundamenta ſuæ opinionis, ut hic videri poſſunt. num. 12.*

*Proſequitur Author, & conciliat ſententiam P. Marian. cum ſententia P. Baſilii, & Galeote minoris, & adducit anotationes Bullarii factas à noſtro Agurleta, hic citatas. n.13.*

*Alias excogitavit rationes Author, quas hucuſque nemo excogitavit, jam reflectens ſuper hucuſque dicta, jam ex inſtrumentis, quæ hic apponuntur. num. 14.*

*Deducit Author concluſionem, ſcilicet fundationem hujus Conventus factam fuiſſe à DD. Infantibus, ſimul cum Capitulo generali noſtri Ordinis, quin ideo neget privilegium conceſſum Commendarum, ritèque, & rectè extunc ac conceſſum fuit illud privilegium, illas poſſediſſe, & poſsidere, ſed cum hoc moderamine, nempè uſque ad veram fundationem in adminiſtratione: illa vero jam facta fundatione in titulum. num. 15.*

## CONVENTUS S. FIDEI Tolet.

*Hic Conventus Toletanus fuit translatus à perantiquo S. Eufemiæ de Cazollos, qui poſsidebatur ab Eccleſia Burgenſi, & antea fuerat Canonicorum Regularium, & fuit donatus noſtri Ordini à Rege Ildephonſo, & dotatus ex redditibus, donatis à B. Sancia Alphonſi Regis filia. n.16.*

*Donatio facta ab Infantiſa ad litteram refertur. n.17.*

*Narratur translatio hujus Conventus, quæ videtur facta anno 1502. & eo tempore erant in n.28. Moniales, & alia pro antiquitate, & honorificentia hujus Conventus oſtenduntur. n.18.*

## CONVENTUS DE JUNQUERAS Barchinonenſis.

*Fundatio hujus Conventus originem trahit ab anno 1262. virtute donationis factæ ab Arnaldo Epiſcopo Barchinonenſi, ut apparet ex inſtrumento donationis, quod hic exprimitur. numer. 19.*

*Huic Conventui, qui antea fuerat advocationis S. Vincentii Benedictarum ſororum unitus fuit alter, qui dicebatur S. Petri de Petra Civitatis Illerdenſis, anno 1270. erectus, & anno 1380. incorporatus à D. D. Alphonſo Mendez Magiſtro tunc temporis Ordinis, quod inſtrumentum litteraliter hic appingitur. nuu. 20.*

## CONVENTUS S. EULALIÆ Emeritenſis.

*Pro antiquitate hujus Conventus allegatur hiſtoria Barnabæ Moreno de Vargas, & inſtrumenta, quæ in ea citat ſchedularum Regiarum, certè comprobata ſunt in Archivo prædicti Conventus. n.21.*

*Ex certis conjecturis infertur, quod ab anno 1480. ortum habuit Conventus*

S.

*S. Jacobi de* Robledo, *qui exiſtebat juxta Villam* de Montanches *in loco de populato, & inde translatus fuit ad Emeritam in loco, ubi hodie ſitus eſt, anno* 1530. *incorporatus cum Eccleſia Parochiali S. Eulaliæ. n.* 22.

*Præſtatur ratio, quare hic Conventus ponitur in Ordine fundationum aliorum in hoc loco, & ea nempe eſt, translationem conjungere tempus fundationis primi, & ſecundi Conventus. n.* 23.

## CONVENTUS MATRIS DEI Granatenſis.

*Conſtat apertè hoc Cœnobium erectum fuiſſe à Regibus Catholicis D. Ferdinando, & D. Eliſabeth. anno* 1501. *Regia magnificentia dotatum. n.* 24.

*Bulla fundationis prædicti Conventus expedita ab Innocentio VIII. anno* 1486. *& ſchedula Regia prædictorum Regum Catholicorum, pro ipſa fundatione, ubi non ſolum titulo advocationis Matris Dei, ſed etiam S. Jacobi fuit connominatus. n.* 25.

*Impugnatur id, quod aſſerit Author Bullarii circa ſubjectionem harum Monialium dicens: eſſe ſub Priore, Uclenſi: quia aliud eſt eſſe ſubjectas, aliud eſt ad ſpiritualia regenda eſſe ſub Priore. n.* 26.

*Licèt Reges Catholici curaverint pro fundando hoc Monaſterio tres ſeparationes conſtitui pro Monialibus, hoc intentum effectum non habuit, ſicut neque Clerici quinque Fratres, quos deſtinabant ad ſpiritualia regenda ſub Priore circa illas commorantes, appoſiti non fuerunt, ſed tantum unus Prior: nam nulla veſtigia reperiuntur ſimilis fundationis. num.* 27.

## CONVENTUS S. CRUCIS Valliſoletanus.

*Dotatio, & conſtructio hujus Conventus fuerunt factæ à D. D. Maria de Zuñiga, filia D. D. Hiñigi Lopez de Zuñiga, & D. Mariæ ab Ulloa, Ducum de* Vejar *virtute Bullæ Julii II. Pontificis maximi expeditæ Romæ* die 16. Maii, *habito conſenſu Regum Catholicorum ſub Regula D. Jacobi, & ſub ejuſdem Ordinis ſtabilimentis. n.* 28.

*Ipſique Duces dotarunt duas Capellanias, & alia, quæ dicitur major, dotata fuit à D. D. Mariana de Guebara, Moniale ejuſdem Conventus, filia legitima Comittum de Oñate, & valetudinarium: conſtat ex inſtrumento celebrato* die 21. Januarii anno 1675. *ibidem.*

## CONVENTUS D. JACOBI Matritenſis

*D. D. Higinus à Cardenas præſul Conſilii Ordinum, & uxor ejus D. Eliſabeth de Abellaneda erexerunt hoc Cœnobium ſub regula, & conſtitutionibus prædicti S. Apoſtoli* anno 1584. *teſtamento ſuo clauſo, & ordinarunt regi, & gubernari ad modum Conventum Sancti Spiritus Salmant. & S. Fidei Toleti. n.* 29.

## CONVENTUS CALATRAVENS. S. Fœlicis Burgis.

*Origo hujus Conventus trahitur ab erecto in loco* de los Barrios *prope Villam de Amaya in Archiepiſcopatu Burgenſi* anno 1219. *Magiſtro adſtante D. Gundiſalvo Yañez de Novoa, & in eo loco ſtitit uſque ad* ann. 1568. *in quo traslatus fuit ad prædictam Civitatem. n.* 30.

*Hujus translationis commiſsio collata fuit à Sereniſsimo Principe Philippo II. Adminiſtratore perpetuo Ordinis, inſignibus viris Fratri D. Ludovico Alvarez de Solis Priori adminiſtratori Conventus hujus Ordinis, & Franciſco Rades de Andrada, tunc Regio Cappellano. ibidem.*

## CONVENTUS CONCEPTIONIS Matritenſis ejuſdem Ordinis.

*Hoc Monaſterium habuit diverſas translationes, priùs fuit Beatarum ter-*

*tiarum Ciſtercienſium, quod manebat ſubjectum Magiſtro Calatravenſi & exiſtebat in loco, qui dicitur de* Pinilla *Diœceſis Seguntinæ, cum advocatione S. Salvatoris; & juſſo Philippi II. fuit translatum ad Villam* de Almonacir de Zorita anno 1576. *conceptioni B. Mariæ Virginis dicatum. n.31.*

*Hinc translatum fuit in Matritum ob expertam adverſam valetudinem in illo loco à Monialibus, & refertur modus, quo Abbatiſa illius Conventus, aſſumpta Socia, comparuit coram Rege ad ſuplicationem faciendam, exiens è clauſura, & conſequuta fuit gratiam translationis. n.32.*

*Hiſtoriatur forma translationis ab illo loco* de Almonacir *in Matritum, & quod in ea Villa ingreſſæ fuerant Moniales* die 31. Octobris ann. 1623. *& quo aparatu. n.33.*

## CONVENTUS ASSUMPTIONIS de Almagro, Ordinis Calatravenſis.

*Ex bonis, & redditibus, quos reliquit Commendatarius major D. Gutterrius de Padilla pro ædificando, & dotando Hoſpitale in dicta Villa* de Almagro, *Capitulum generale celebratum Burgis* anno 1523. *coram Ceſarea Majeſtate Caroli V. Imperatoris decrevit ex ipſis bonis à Commendatario applicatis ipſi Hoſpitali, quæ ampliſſima erant, ſtrui, & dotari prædictum Monaſterium, quod ædifficatum eſt maximo ſplendore, prout hodie exiſtit. n.34.*

## CONVENTUS ALCANTARENSIS S. Spiritus.

*Confraternitas nobiliſſima, & perantiqua Hoſpitalis S. Spiritus Villæ* de Alcantara *ſuis impenſis ædifficavit, & dotavit Conventum Monialium ejuſdemmet Ordinis, cum advocatione eadem, & ad finem fuit perducta fundatio* die 1. Auguſti anno 1520. *obtenta licentia Imperatoris Caroli V. & Regia proviſione Conſilii* ann. 1418. *& Bulla Leonis X.* die 10. Octobris. ann. 1519. *n.35.*

*Prædictus Carolus V. reſervavit ſibi jus Patronatus prædicti Conventus, & pro curanda prædicta fundatione nomine confraternitatis fuit electus Joannes de Sanabria Commiſſarius, Frater Mariæ de Villela de Sanabria, Matris S. Petri de Alcantara, à prædicta confraternitate; conſtat ex inſtrumentis, quæ aſſervantur in Archivo illius Conventus, & alia ſcitu digna ibi videri poſſunt. ibid.*

*Alia adduntur pro regalia confraternitatis ingrediendi exigua dote filias confratrum, & ampliorem effectum fuiſſe prædictum Conventum impenſis Caroli V. num. 36.*

## CONVENTUS S. PETRI APOSTOLI *de Brozas*, ejuſdem Ordinis Alcantarenſis.

*Fundatorem hujus Conventus, ut aſſignemus, notatur, Fratrem D. Petrum Gutierrez Flores Regiæ Majeſtatis Cappellanum, & Sacriſtam Ordinis Alcantarenſis natum in Villa* de Brozas, *adeptum fuiſſe licentiam Capituli generalis ad emendum bona, ut ea converteret in opera pia, ut conſtat ex proviſione Regia data* 10. Maji ann. 1570. *n.37.*

*Ex bonis adquiſitis prædictus Frater D. Petrus Gutierrez virtute illius licentiæ condidit teſtamentum, cum quo deceſſit* die 6. Octobris ann. 1578. *quo diſpoſuit fundare hunc Conventum Monialium ſui Ordinis: & inſtitutis hæredibus D. Petro Gutierrez Flores, & D. Ildephonſo Fratre ejus pro adimplenda voluntate defuncti petierunt à D. Philippo II. Regiam ſchedulam ad talem fundationem faciendam: quæ quidem de facto expedita fuit* die 6. Junii ann. 1579. *qua egerunt de conſtructione Domus, & finita viſſa eſt* die 6. Octobris anno 1592. *n.38.*

Anno 1594. die 1. Aprilis *Prior Alcantarenſis cum commiſſione Regia traduxit quatuor Moniales è Conventu S. Spiritus Alcantarenſis pro fundatricibus. n.39.*

QUÆS-

## QUÆSTIO I.

1 QUONIAM hucusque egimus de viris Religiosis horum Ordinum, & in communi, & particulari satis distinximus. De Monialibus nonnulla dicere, & distinguere necesse est. De origine, & antiquitate Monialium tam in generali, quam in particulari unum, & idem est judicium, quod de Religionibus virorum, servata proportione. Constat enim, quod Monialium Religio simul cum Religione virorum est exorta, & cum singulis fere Monachorum authoribus, virginum etiam Conventus inceperunt, sicut de Sancto Pacobio refert ex antiquis historiis Cardin. Baron. & de Sancto Basilio, Sancto Augustino, Sancto Francisco, & Dominico observat Suar. *de Religione tom. 4. tract. 9. lib. 1. cap. 10. n. 11.*

2 Hinc què tenendum est, quod sicut accessorium sequitur naturam principalis, ita Religiones Monialium sequuntur Religiones virorum, & juxta illarum distinctionem suo modo differunt, seù variantur; ideoque videbatur non opportere de illis specialem tractationem instituere, nisi quoad tantum, quæ vel ratione sexus eis propria sunt, vel specialiter sunt in jure de illis statuta. Cætera vero, quę vel de Religiosis in communi, vel de aliqua Religione particulari dicuntur, ad Religiosos in communi, vel in particulari aplicanda sunt. Solum ergo sunt nonnulla observanda. Primum est quoad finem Religionis majorem diversitatem inveniri in Religionibus virorum, quam fœminarum. Ex quo videbatur dicendum, quod cum hæ Religiones institutæ sint ad militandum pro Christi nomine, & Moniales horum Ordinum nequeant propugnare, earum institutio non convenit instituto virorum. Sed huic objetiunculæ respondet prædictus Suar. *ubi sup. num. 8.* Quod sufficit, quod congruens habeatur Monialium institutio, ut licèt non possint illis assimilari in illo fine militandi, in aliis conditionibus, & ministeriis spiritualibus assimilentur, & præstat rationem: quia omnes Religiones partim ex Clericis, vel Monachis constant, possuntq̃ quoad eam partem Moniales illud vitę genus suo modo participare; idque satis est, ut sub absoluta appellatione talium Religionum comprehendantur, & habitum gestant, & insignia earum.

3 Quo supposito, in Ordine S. Jacobi ante ejus confirmationem, & post illam, Fratres Milites suos proprios Conventus habebant, in quibus Milites Fratres non uxorati degebant, indeque ad bella procedebant ut ex multis locis Bullæ *confirmat. & Regul.* Ordin. apparet. Et tenet Mota *in cap. 13. dict. Regul.* Azor. *instit. moral. tom. 1. lib. 13. cap. 4. quæst. 1.* simulque in eodem Ordine Monasteria sororum, sivè mulierum (sic enim eas appellant præfata Bulla, & Regula) stiterunt, in quibus sorores, sivè mulieres non maritatæ degebant (sicut de Fratribus Militaribus non uxoratis diximus) & illis legibus regebantur, quibus Fratres Milites dicti Ordinis, proportione servata, usque ad confirmationem Alexandri III. expeditam, qui absque distinctione ulla tam fœminis, quam viris eum Ordinem suscipientibus, castitatem conjugalem injunxit, facultasque nubendi, si vellint, concedit utrisque de licentia Magistri; ut id totum probant præfata Regula, & Bulla, & tenet Basilius Legionen. *ubi infra.* videatur Mota *lib. 2. cap. 1. §. 3. num. 4.* & id in præsenti observant sorores, seu mulieres Monasterii *de Junqueras* prędicti Ordinis in Civitate Barchinonensi, & Ulisipone sorores Monasterii *de los Santos* ejusdem Ordinis, ut tenet Portell. *in dub. Regular. verb.*

*clauſura in additione ad additionem.n.1*

4 Et ſicut tempore adventus, & quadrageſimæ Fratres Milites, uxoratique in domibus ſuis, ſeù Ordinis, extra Conventum degebant, ſi eo in loco habebatur Conventus Fratrum Militum non conjugatorum, ibi cum illis degere tenebantur, ſic etiam uxores dictorum Fratrum in Monaſteriis ſororum, ſeù Monialium non conjugatarum includebantur, prout etiam quando mariti procedebant ad bella, velè vivis decedebant, ſi ſorte fœminæ, ſeù ſorores Ordinis fuerant, ut ait Mota *ubi ſup.* & conſtat ex dicta Bulla, & Regula: ſed viſo ab Ordine inconvenienti talis ſodaciî ſublatum, ut infrà dicemus.

## *CELEBERRIMUS CONVENTUS Sancti Spiritus Salmantinus.*

5 UT apertius procedamus, ſciendum eſt, quod in Urbe Salmanticenſi propè eum locum, ut quidam dicunt, aut ut alii, in loco, in quo Monaſterium ſimul atque Parochia, cui nunc Sancti Spiritus nomenclatura datur, quædam habitabant devotæ fœminę, ex his, quas Hiſpano ſermone *Beatas* dicimus, quę Beatæ *de Santa Ana* dicebantur. Harum piarum fœminarum precibus Ferdinando Hiſpaniæ Regi ejus nominis primo, cum Mauros Galeciam, vel Luſitaniam occupantes, non longe à Compoſtella debellaret, apparet in ſomnis Hiſpanorum Fidei fundator, & defenſor Jacobus Apoſtolus; itemque Magiſtro Militiæ ejuſdem, utrique victoriam de Hoſtibus certiſsimam denuntiat, eamque earum fœminarum, quæ *Beatas de Santa Ana*, apud Sanctum Spiritum in Urbe Salmantina dicebantur, precibus impetratam à Deo: quare dicit utrique, ut parta victoria redditus ejus Commendatarii S. Jacobi, qui primus in bello ceciderit, illarum fœminarum alimentis deputentur, quo ſemper pro Regibus, & Eccleſia ad Deum preces effundant. Hujus divini miraculi meminit Rodericus Archiepiſcopus Toletanus *lib. 6. ſuæ hiſtor. cap. 12.* Eam viſionem rei exitus comprobavit. Decedit enim in primo impetu Alvarus Sancius, cui commiſſa erat Commenda Caſtelli *de Palomero, y la Atalaya*: quæ omnia continentur in privilegio Ferdinandi I. quo iſtis fœminis annui redditus Commendatarii decedentis perpetuo conceduntur, quod expeditum eſt 15. *Novembris anno* 1030. Quod quidem privilegium ad litteram refertur in balbis Portę Eccleſię Monaſterii prædicti, ut in Archivo ejuſdem Monaſterii obſervari dicitur tranſumptum, cujus contextus melius referetur, inſpecto tenore illius ſequenti.

6 „ Don Fernando por la „ gracia de Dios, Rey de Caſtilla, „ Leon, y Galicia, y Provincias de „ Portugal, Señor de llas Vizcayas. „ A vos nueſtros amados fixos Don „ Sancho, Don Alonſo, y Don Gar„ cia, y à vos llas Infantas nueſtras „ fixas, Doña Urraca, y Doña Elvi„ ra: y à vos los Caballeros, Condes, „ y Ricos Homes, Maeſtres, y Co„ mendadores, y Prelados de llas „ Ordenes: y à toda lla otra gente, „ à quien eſta nueſtra carta fuere „ moſtrada, ſalud, y gracia. Sepades, „ que en lla batalla, que Nos ovimos „ con llos Moros, cerca de Santia„ go, que llaman à Compoſtella, nos „ fue moſtrada una viſion crara, en „ que nos mandò, que el primer Ca„ ballero de lla Encomienda de San„ tiago, de aquellos Caballeros (que „ ſu voto havian tomado) murieſſe, „ que lla tierra, y llogares, y rentas „ ſe dieſſe para el Convento, y Mon„ jas de Sancti Spiritus de lla Orden „ de llas Religioſas de Santa Ana de „ lla Ciudad de Salamanca: y que lla „ que fueſſe Abadeſa ſe llamaſſe Co„ mendadora, y que para ſiempre jamàs

„ màs anſi fueſſe, que por ſus oracio-
„ nes, y ruegos habiamos acabado con
„ Dios, que lla fuerza de llas armas,
„ ni ſobervia (que es lla ſobervia
„ lla que Dios mas aborrece) no
„ nos empezca, y que ſi anſi llo pro-
„ metia, que èl me faria victorioſo, y
„ otro tanto fue dicho al Maeſtre, y
„ Gobernador de lla Orden (aunque
„ pobre) deſeoſſo del ſervicio de Dios;
„ y por ganar prez, y honra ſe llo pro-
„ metimos. Porque os mandamos, que
„ agora, ni de aqui adelante, naide
„ no ſea oſſado à poner Comendador,
„ ni dalle lla Encomienda del Caſtiel
„ de lla Atalaya, con ſu llogar, y ter-
„ minos, y del Caſtiel de Pallomera,
„ con ſus llogares, y caſerias, y ma-
„ jadas, y cotos, ſegun que llos ſolian
„ gozar llos otros Comendadores, à
„ quien aquella Encomienda era da-
„ da, que de Dios, y del Apoſtol nos
„ fue mandado, que aquella Enco-
„ mienda fueſſe dada à aquellas Mon-
„ jas Santas, que ante que lla batalla
„ fueſſe comenzada, muriò de una
„ ſaeta Alvar Sanchez, el que sò En-
„ comienda lla tenia. Y pues Dios tan-
„ ta merced nos fizo, queremos, que
„ ſea lla renta, y Encomienda del
„ Monaſterio, y Convento de Sancti
„ Spiritus de Salamanca, y que lla
„ Abadeſa ſe llame Comendadora. Y
„ porque en ſu Orden à Dios hace ſer-
„ vicio, y de ſu oracion es contento:
„ queremos, y es nueſtra merced, que
„ lla Comendadora no ſea tenuda à
„ ſallir de ſu Orden à llamamiento
„ nueſtro, ni de ſu Maeſtre, ſi ella no
„ querrà: Y ſi à viſitar ſu Encomienda
„ querrà, hagallo, y ponga Seſineros,
„ y Mayordomos como bien querrà,
„ y mas lla eſcuſamos de todo llama-
„ miento, anſi de Guerra, como de
„ Juntas; y queremos, que ſu Enco-
„ mienda ſea muy relevada de todos
„ pechos, ſon ſus diezmos à Dios,
„ que vienen à ella, y el Señorio. Y
„ por eſta carta de merced, y manda-
„ miento de Dios, queremos, que anſi
„ ſea. Y mandamos à Don Sancho, y
„ à Don Alonſo, y à Don Garcia, y
„ à qualquiera de mis fijas, que here-
„ den nueſtros Reynos, que lles guar-
„ den à llas Monjas eſta nueſtra carta
„ de mando, y merced, ſo lla pena
„ de lla nueſtra merced, y maldicion,
„ y de Dios, que nos llo mandò, y
„ que ſiempre tengan en corazon de
„ hacer mercedes à aquellas herma-
„ nas, y Monaſterio de el Eſpiritu
„ Santo. Y por mas cierto les dimos
„ eſta nueſtra carta de privilegio ro-
„ dado, y ſellado con nueſtro ſello,
„ y firmada de nueſtro nombre, dada,
„ è otorgada à quince dias del mes de
„ Noviembre de mil y treinta años.
„ EL REY.

7 Dixi ſuprà, quod circa hoc privilegium, & ejus certitudinem variè ſe habent AA. & qui id negant, negant etiam virtualiter fundationem hujus regalis Monaſterii originem ſumpſiſſe ex eo tempore privilegii præfati; & à fundatione tantum facta cum adjuvamine Ordinis ab Infantibus Portugaliæ D. D. Martino Alphonſo, & D. Maria Mendez de Caſtro ejus conjuge initium trahere: ejus opinionis eſt Pater Mariana *lib.* 11. *cap.* 13. *in hiſtor. Hiſpan.* cum multis aliis, qui illum ſequuntur, *& ab era* 1307. *&* 1312. quæ eræ correſpondent *annis* 1269. & 1274. & conſequenter ab hoc tempore initium ſumpſiſſe prædictum regalem Conventum. Fundamenta hujus opinionis in eo primo, & principaliter conſiſtunt, quod ſcilicèt prædictum privilegium, ſeù donationem regiam æſtimant P. Mariana, & ejus ſequaces tanquam apocripham, jam quia idioma illius non correſpondet communi modo loquendi, & ſcribendi in illis temporibus, in aliquibus clauſulis plerumque: jam quia caracteres non conveniunt, & jam denique, quod tunc temporis non expediebatur annis, ſed pro eris, & in forma rotæ ſubſcribebatur privilegium quod cumque, ſeù donatio Regia, non vero no-

nomine Regis tantum, ut apparet subscriptum. Unde, & ex aliis objectionibus, quas prædicto privilegio opponunt, inferunt, quod cum nullius entis nullæ sint qualitates ex ordium prædictę domus, seù Conventus desummi nequit ab illo tempore.

8 Deinde etiam deducunt fundationem prædicti Monasterii desummendam esse à prædicta era 1307. juxta primum apocha publicum inter Capitulum, DD. & Infantes celebratum „ tenoris sequentis: Conoscida cosa „ sea à quantos esta carta vieren, co„ mo Nos Don Pai Perez por la gra„ cia de Dios, Maestre de la Orden „ de la Caballeria de Santiago, con „ otorgamiento de noso Cabildoo „ geeral, damos à vos Don Martin „ Alphonso, filo del Rey de Leon, è „ à vosa mulier Doña Maria Mendez, „ à nosa casa de Sancti Spiritus de „ Salamanca con à Pobra, è con Ei„ gresia, è con viñas, è con casas, è „ con celeirolo, è con aquelo, que „ avemos en Alva de Tormes con vi„ ñas, è con casas, è con todas aque„ las cosas, que le à estas casas sobre„ ditas perteezen, è debemos haber. „ Otro si vos damos à nosa casa de „ Marnielo con viñas, è con entradas, „ è con saidas, è con aquelas cosas, „ que à elas perteecen, è deben haber. „ Et que serà todo para è Moesteiro „ de Sancti Spiritus de Salamanca, è „ por dos mil è quinientos morabiti„ nos, que nos destes. E esta casa de „ Sancti Spiritus de Salamanca, da„ mosvolo à vos Don Martin Alphon„ so, è Doña Maria Mendez sobredi„ tos, que fazades hi bosa sepoltura. „ E que fazades hi Moesteiro de do„ nas de nosa Orden. E nos Don Pai „ Perez, Maestre sobredito, è nosa „ Orden, otorgamos, que ayades „ aquelas casas, que destes à nos, è à „ nosa Orden, tambien en Castiella, „ como en Leon, como en Galiza, co„ mo en Portogal, que leyedes todo à „ este Moesteiro sobredito de Sancti „ Spiritus de Salamanca por vosas al„ mas. E nos D. Martin Alphonso, è „ Doña Maria Mendez damos, è otor„ gamos quanto nos abemos, è debe„ mos haber, ansi de patrimonio, co„ mo de herdade, como de crianzas, „ como de mobre, como de raiz, è „ como quier, que nos ayamos, que „ finque todo depois de nosa morte „ dambos à ò Moesteiro de Sancti „ Spiritus de Salamanca por nosas al„ mas. Otrosi Nos Don Pai Perez, „ Maestre sobredito, è nosa Orden „ con noso Cabildoo geeral otorga„ mos, è prometemos, que tenumus „ este Moesteiro à ouso, è à oordina„ mento, que teemos à noso Moes„ teiro de Santa Eusemia. è que mas „ de esto non vos passemos, è porque „ estas cartas sean mas firmes, è non „ vengan en dubda Nos Maestre so„ bredito con el Cabildoo geeral, è „ Nos Don Martin Alphonso, è Doña „ Maria Mendez, mandamos facer „ duas cartas partidas por A.B.C.&c. „ Fechas las cartas en Cabildoo de „ Merida tres dias andados de No„ vembrio era de 1307. años.

9 Aut ex altero diplomate confirmationis fundationis factæ à D. Maria Mendez, jam vidua; quod quidem instrumentum, ita se habet. Co„ noscida cosa sea à quantos esta carta „ vieren, como Nos Don Pai Perez, &c. „ Damos à vos Doña Maria Mendez, „ muger, que fuisteis de Don Martin „ Alphonso, fijo del Rey de Leon la „ Bailia de Sancti Spiritus, con lo que „ habemos en Alba, è con los lugares, „ que deben responder à esta Bailia. „ Otrosi la Bailia de è la Talaya con „ Valdelacasa, è con lo que habemos „ en Ciudad Rodrigo con la Zarza, è „ la nuestra casa de Marinielo, è la „ nuestra casa de Levadima, è la Pue„ bla, que fue de Don Juan Fernan„ dez de Arroyo de Palombos con „ quanto hi habemos &c. Et esto vos „ damos para el Monesterio de Sancti „ Spiritus de Salamanca, que vos de

„ nues-

„ nuestra orden fundastes, è fecieſtes, „ à que dieſtes grande algo porque „ Freires, è Freiras de nueſtra Orden, „ oerõli Clerigos ſeglares, è legos ſe „ puedan mantener por con ſiempre „ à ſervicio de Dios, è à grand honra, „ è pro de nueſtra Orden, &c. Fecha „ la carta en Merida, quando hi fue „ el Cabildoo geeral, doce dias anda- „ dos de Marcio era de 1312. años. „ Nos Don Alphonſo Rey de Caſtiella, „ è Leon, &c. A ruego del Maeſtre, „ è del Cabildoo, è de los Trece mandè „ ſeellar eſta carta con mio ſeello col- „ gado. Dada en Barcilona xinco dias „ de Enero era de 1313. años. Don „ Gonzalo Obiſpo de Conca, Nota- „ rio del Rey la mandò facer.

10 Ex quibus apochis publicis, & earum litterali contextura, facile deducunt inſectatores hujus ſententię, fundationem hujus Monaſterii originem trahere ab hoc tempore; & hoc aſſumptum notant clauſulæ, jam primæ ſcripturæ, ubi dicitur *fazades hy Moeſteiro de donas de noſa Orden*. Jam ſecundæ ibi: *Que vos de nueſtra Orden fundaſtes, è ficieſtes*. Quæ verba clarè denotant in eo loco non fuiſſe fundatum Monaſterium ſororum noſtri Ordinis: nam id dicitur fieri, quod factum non erat: quippè aliud eſt in fieri: aliud vero in facto eſſe: ergo ſi ibi eſſet Conventus Monialium noſtri Ordinis nempè illæ Beatæ de Sancta Anna, quę jam pridem obtinebant Commendas *de Palomero*, & de la *Atalaya*, & Prælata earum vocabatur jam Commendatrix, neutiquam cœtus Ordinis ordinaret fundari conventum Ordinis mulierum, cum jam eſſet fundatus, nec Ordo egebat ad fundationem adjicere alia bona, ut apparet adjeciſſe ob talem fundationem, nec in ſecunda ſcriptura diceretur *fundaſteis, è ficieſtes*. Quę verba niſi violenter non poſſunt reſtringi ad materialem tantum ædificationem.

11 Sunt, & alii multi inter quos caput extollunt ille vir doctiſſimus Fr. Baſil. de Leon, qui tenet *de impedim. matrim. cauſ. 27. quæſt. 1. fol. 115. §. in hac Urbe*. Et D. Anacl. Bonavent. Per. Galeot. *in allegat. pro non obſervanda clauſura à Monialibus hujus Monaſterii* (licet ſuppreſſo nomine) aſſerunt firmitatem hujus privilegii, ab eo que tempore originem trahere regale hoc Monaſterium Sancti Spiritus: & expreſſe probant ex illis verbis privilegii, ibi: *Y porque en ſu orden à Dios hacen ſervicio, y de ſu oracion es contento; queremos, y es nueſtra voluntad, que la Comendadera, no ſea tenuda à ſalir de ſu Orden à llamamiento nueſtro, ni de ſu Maeſtre, ſi ella no querrà, y ſi à viſitar ſu Encomienda querrà, hagalo, y ponga Sexmeros, y Mayordomos, como bien querra; y mas la eſcuſamos de todo llamamiento, aſsi de guerras, como de Juntas, &c.* Addunt, & rectè confirmationem factam hujus privilegii à Philippo II. *Matriti anno 1566. die 9. menſis Januarii Regni ejus anno verò 6*. Ubi ultra id quod confirmat conceſsiones factas à D. Rege Ferdinando magno, declarat ſibi conſtare de certitudine illius privilegii: & etiam allegat præfatus Galeote *ubi ſupr. num. 13. diſcurſ. 1.* aliam confirmationem Philippi IV. datam Matriti *anno 1622*. alias rationes adducit, quæ videri poſſunt in prędicata allegatione *diſcurſ. 1. n. 19. cum pluribus ſeqq.*

12 Sed poſita hac contrarietate opinionum, teneo, primam veriſsimam eſſe, & à fundatione Dominorum infantium initium aſſumere prædictum regium Conventum, non autem à donatione facta à D. Rege Ferdinando I. alias magno. Et hoc deduco primo ex fundamentis præfixis pro ea opinione ſuprà: deinde ex eo, quod prædictæ Commendę fuerunt donatę Beatis Sanctę Annæ non in proprietate, ſed in adminiſtratione; & hoc infero ex illo verbo privilegii, ibi: *Queremos, que ſea lla renta*: nam ſi ut Ordinis Commendæ judicarentur, illæ *de la Talaya*, & *Palomero* confirmaren-

tur,

tur, ut bona Ordinis inter alia bona, quæ confirmantur in Bulla Alexandri III. *n.* 4. atqui hę commendę non referuntur in Bulla: ergo quia tunc non erant bona Ordinis; & hoc amplius patet: nam ibi confirmatur Conventus Salvatoris de *Eſtriana*, qui tunc temporis erat Monialium: ergo ſi prędictę Commendæ connumerarentur inter bona Ordinis: & Conventus S. Spiritus ſtaret, ſimiliter confirmarentur hæ Commendæ, & prædictus Conventus: hoc non fit per Bullam confirmationis: ergo quia prædictæ Commendæ extra Ordinem reputabantur, & Conventus non erat ſtructus. Ulterius licèt prædictam donationem veneror in ſubſtantia certam, & validam; tamen non capio, ut poſsit in illa fieri mentio prędicti Conventus Sancti Spiritus, qui tunc non erat; nec etiam capio, cur poſsit Abbatiſa Beatarum Sanctę Annę appellari Comendatrix Monaſterii, quod non erat cum geſtatione habitus Ordinis, quem ab initio illius omnes Equites geſtarunt: unde potius in privilegio putarem exprimi Conventum prædictarum Beatarum eſſe in termino Parochiæ Sancti Spiritus, quam appellaſſe Conventum S. Spiritus, qui nondum erat ædificatus: quare, ut dixi, puto in tradućtione illius privilegii aliqua addita fuiſſe, quæ licèt non influant in eſſentiam donationis, quam firmiter teneo veram, tamen ſententiam Patris Marianæ judico etiam veram in accidentibus, quæ apparent ex formula tradućtionis prędicti privilegii.

13 Quapropter, ut efugiam pœnas ſacrilegii, & infamię, quibus comminantur, qui fidem non faciunt de jure, & facto, quod ex certa ſcientia Princeps affirmat *leg.* 1. *ff. de conſtit. Princip.* §. 6. *inſtit. de jur. natur. leg.* 2. *leg. ult. C. de leg.* fateor privilegium donationis eſſe verum in eſſentia obtinendi res donatas à D. Rege Ferdinando I. Nec ex hoc opponimur confirmationi factæ à D. Philippo II. quia aut potuit ſuę Majeſtati exponi tradućtum originalis, vel ipſum originale, & ſolum confirmaſſe donationem in ipſo factam, quin de accidentibus tractaret. Unde mediam viam eligendo deduco veram eſſe doctrinam P. Marian. in ſuo caſu, & veram etiam eſſe aſſertionem P. Baſilii, & Galeote: & hoc mihi ſuadent anotationes, quæ fiunt ab authore Bullarii D. Joſepho Lopez Agurleta, qui in indice littera C. verbo *Conventus* ait: Conventus Sancti Spiritus Salmanticenſis ſubPriore *ann.* 1222. extra, ſub Commendatore *anno* 1236. extra, ſub Commendatrice *pag.* 209. & *ſeq.* ubi ſtat *ſcriptura* 1. celebrata inter Dominum Martinum Alphonſum, & ejus conjugem D. Mariam Mendez, cum Capitulo generali ſuperius citata. Nec valet, quod arguitur pro contraria opinione, quod ſcripturæ citatæ non poſsint probare novam fundationem: quia in tali caſu donationes promiſcue ibi factæ minime valerent, tamquam factæ Monaſterio ædificando *per text. in cap. ad audientiam* 5. *de Eccleſ. ædific. cap.* 3. *de ſentent. & re judic.* Gonzal. *in Regul.* 8. *Chancell. gloſſ.* 5. §. 7. *num.* 67. quia ex notis adductis jam apparet fuiſſe Conventum Fratrum ab *anno* 1222. *uſque ad* 36. poſtmodumque Domum Commendatoris, quæ etiam tunc vocabatur Conventus: quia ad illum adveniebant Equites aliquibus temporibus, ut conſtat ex Regula: ergo Monaſterium jam erat, & ſolum in deſtinatione poteſt dici futurum: ſed hoc non implicat, ut donationes promiſcue factæ valeant, dicaturque in ratione Monaſterii Monialium originem duxiſſe, atque ad ſimilitudinem Monaſterii S. Eufemiæ *de Cazollos* fundandum hunc Conventum Sancti Spiritus; transferendo illum de domo, & Commenda Commendatoris ad domum Auguſtam, & Commendam Commendatricis.

14 Hoc verò mihi certè ſuadent alię rationes, quas hucuſque ab

Au-

Authoribus non invenimus traditas, nempè non inventum fuiſſe in Archivo generali prędictum privilegium, ut deſcriberetur in Bullario Ordinis, cum omnia alia privilegia ad hunc conventum pertinentia deſcripta appareant in prædicto Bullario : ergo veroſimile eſt ante fundationem Infantium, prædictas Commendas de *Palomero*, & la *Atalaya*, extra Ordinem poſsideri, ſcilicet in Adminiſtratione, licèt ab Ordine ortæ forent: ſed Commendæ poſſeſſæ in adminiſtratione, non conferunt poſſeſſoribus proprium nomen Commendatorum, nec unquam contulerunt, ut conſtans eſt, nec ad adminiſtranda, & uſufruenda talia bona indigebant poſſeſſores, portare habitum Ordinis : ergo ante fundationem Infantium prædicta Abbatiſa S. Annæ, cum ſuis Beatis, nec habitum geſtarunt, nec Cõmendatrix propriè potuit appellari. Ulterius hoc ipsũ amplius urget in re perantiqua donatio Eccleſiæ Parochialis Sancti Spiritus, quam cum ſuo Capitulo Eccleſię Cathedralis fecit Epiſcopus Salmantinus noſtro Ordini, & ſuis Fratribus ad redemptionem captivorum *die* 18. *Auguſti era* 1261. quæ correſpondet *anno* 1223. quæ aſſervatur in archivo ejuſdem Monaſterii : & ex illa deducit præcitatus Galeote, *ubi ſupra n.* 19. eſſe diſtinctas, & ſeparatas domum, Eccleſiam, & populationem. Sed neſcio, quomodo poſsit inferri ex illo inſtrumento, quod infert ſeparationis? quod autem benè infertur, eſt, quod ex poſtfacto, ac Parochialis ceſſa fuit Ordini, Monaſterium fuit ædificatum, à quo hodie exiſtit utens prædicta Eccleſia ad Divina officia, & quod illic non extabat ullum Monaſterium tempore ceſsionis : nam aliàs ceſsio narraret fieri, ut illa poſſet uti Monaſterium, neutiquam vero referret fieri ad redemptionem captivorum, & optime componitur ab *anno* 1223. illius ceſsionis Ordinem noſtrum feciſſe Monaſterium conjunctum Eccleſiæ Fratribus, ut probavimus ex annotationibus relatis, poſtmodumque Commendam, & domum Commendatoris, uſque ad *annum* 1037. in diſcurſu temporis 116. *annorum*, qui tranſierunt à tempore ceſsionis Eccleſiæ Parochialis Sancti Spiritus, uſque ad ceſsionem Ordinis Commendæ S. Spiritus in favorem Infantium: quia Commenda ſumpſit nomen ab Eccleſia Parochiali. Quod clarius convincitur ex alio privilegio conceſſo prędicto Monaſterio ab Alphonſo Rege, quod extat in Bullario *anno* 1316. & originale in Archivo Conventus. Ubi concedit prædictus Rex juriſdictionem temporalem ipſi Monaſterio cum conditione populandi illud territorium à Porta Sancti Spiritus, uſque ad Portam, quæ dicitur Tauri, & ipſos habitatores eximit ab aliquibus tributis. In quo notandum venit ipſum privilegium conceſſum fuiſſe 4. *annis*, ac perfectè fuit fundatum prędictum Monaſterium, & quod manebat depopulatum citatum territorium, quin mentio fiat in ullo inſtrumento, uſque ad *ann.* 1222. Conventus S. Spiritus, qui tunc erat ſub Priore, niſi prædictum privilegium *anni* 1030. quod notatu dignum eſt, ut in traſcurſu circiter 200. *annorum* non fiat mentio Conventus Sancti Spiritus.

15 Quare ergo cenſeo tandem ſiquid mei judicii eſt in hac re, nec Conventum Sancti Spiritus extitiſſe uſque ad *annum* 1222. qui initium ſumpſit à Fratribus : quia regebatur à Priore, deinde ab *anno* 1236. à Commendatore, facta Commenda bonorum Monaſterii, quin ideo deſiiſſet vocari Conventus: quia in illo tempore domus Commendatorum vocabantur Conventus juxta Regulam, & ſic DD. Infantes fuerunt fundatores Conventus Monialium, qui hodie exiſtit in illa magnificentia, quam depinguntAuthores. Quo excluditur ſententia aſſerentium à privilegio D. Regis Ferdinãdi Magni *anni* 1030. deſcędere.

Quod

Quod autem libenter fateor est, nempè Moniales S. Annæ ab illo anno possedisse proculdubio Commendas de *Palomero*, & la *Atalaya*, & ut verosimiliùs teneo unitàs fuisse cum suis Commendis in Conventu Sancti Spiritus, quem prædicti D. Infantes fundarunt: quia videmus, & experimur Moniales hujus magnifici Conventus possidere non solum Commendam titularem ipsius Conventus verum etiam illas duas Commendas de *Palomero*, & la *Atalaya*, cum omnibus suis pertinentiis; de quo mihi certo constat; & si à me interrogaretur, quæ Commenda unita fuerit alteri? Responderem sine dubio illas fuisse unitas Commendæ Sancti Spiritus tanquam principali: quia Commendatrix principaliter utitur nomine Commendatricis Sancti Spiritus, & non aliarum. Sed an unio fuisset facta extinctiva tituli, vel non? minime disputo: quia ad rem nostram non pertinet. Alii disputent, & transgrediamur ad aliam fundationem.

## *NOBILE MONASTERIUM SANCTÆ Fidei Toletanum ad quod fuit translatum S. Eufemiæ de Cozallos.*

16 UT de hac fundatione agamus, necesse est desumere principium ab illo Conventu per antiquo S. Eufemiæ, qui possidebatur ab Ecclesia Burgensi, & antea fueret Canonicorum Regularium, ut constat in Bullar. *fol.* 33. ex quodam privilegio, quod impetraverat ab Ildephonso Reg. VII. *anno* 1136. datum Paramo *die* 13. *Junii*, & fuit permutatus ab ipso Rege Ildephonso pro Monasterio Sãcti Petri de Cerbatos 2. *nonas Decemb. era* 1224. quæ correspondet *diei* 4. *Decemb. ann.* 1186. & apparet ex donatione facta nostro Ordini, & ejus 3. Magistro D. Sancio Ferdinando: quę donatio extat in eodem Bullar. *fol.* 34. & ejus data apud Placentiam 8. *idus Decembris dicta era*, & ut Monasterium Monialium fuit confirmatum ab Urban. Papa III. *anno* 1187. patet ex Bullar. *fol.* 37. *script.* 3. & confirmant donationes factæ à prædicto D. Rege Ildephonso hæreditatis de Salcedo, *d. era*, 3. *Kalend. Januarii* hoc est *die* 30. *Decemb. anno prædicto* 1186. & à beata Sancia Alphonsi Regis filia quorundam reddituum annuorum, quæ extat in Bullar. *fol.* 210. *script.* 3. & est sequentis tenoris.

17 *Conoscida cosa sea à quantos esta carta vieren, è oyeren, como yo Doña Sancha Alphonso, fija del Rey de Leon, è Doña Theresa Gil, queriendo facer bien, è mercè al Convento de Santofimia, do libre, è quito sin entredicho nenguno Talamanca è Tordomar con todo lo al, que fue de Don Ferrand Garcia, è de Doña Milia, que ovieron dado à la Orden de Uclès, que lo hayan por siempre jamas en renta para estas cosas, que aqui son scriptas.*

*Mando para vestiario para el Convento de las Dueñas de Santofimia quinientos moravedis. Para el Coro docientos è cinquenta moravedis. Para la Enfermeria docientos moravedis. Paral Refectorio CL. moravedis. Et mando que los quinientos moravedis paral vestiario, los CC. de la Enfermeria, que salgan de la renta de Talamanca, è de Tordemar, è de todo lo al, que fue de Don Ferrand Garcia, è de Doña Milia. E los CCL. paral Coro, y los CL. moravedis paral Refectorio mando, que salgan de las casas de tierra de Leon, de Tobiellas con sus pertenencias, è de lo que he en Castiella Vieja, è de la Casa de Leon, que dicen Sant Martino, è de Placenciora, que está cerca de Fornachos.*

*E mando esto todo, è do lo en tal guisa, que ni Maestro nenguno, ni Comendador, ni Comendadora, ni otra Señora nenguna, que venga à so lugar, no haya podèr de toller esta renta al Convento, ni de camiarla en otra cosa, ni de menguarla. E si por aventura alguno, ò alguna este mio ordenamiento quisiesse des-*

*desfacer, ò mudar, ruego al Maestre, è al Cabildo general, que no lo consienta, è que lo faga todo guardar, assi como yo lo mando en esta mi carta. E si por aventura el Maestro no quisiesse atener el ordenamiento del camio, que yo, è èl pusiemos, que me diesse lo que fue de Don Ferrand Garcia, è de Doña Milia, è que reciviesse por ello todo lo que yo he en Gallicia; do yo todo lo que yo he en Gallicia al Convento de Santofimia, para cumplir todas estas cosas sobredichas, assi como en esta carta dice. E porque esta carta sea firme, è non venga en dubda, fizla seellar con mi seello pendiente. Fecha la carta anno Domini* M.CC. LXX. Et ex Archivo Uclensi apparet, ut asseritur in cathalogo Magistrorum, Pelagium Perez Correa, nostri Ordinis Magistrum donasse plura bona huic Monasterio *anno* 1277.

18 Quo tempore fuerit facta translatio hujus Conventus S. Eufemiæ ad locum, ubi hodie situs est Toleti, qui vocatur *S. Fidei*, in Bullario non constat; verum quia in indice enunciatur *extra* inveniri requisivi rationem hujus translationis, & in Archivo hujus florentis Conventus non inveni: attamen in vita Infantis D. Sancii typis data *anno* 1651. à P. Antonio de Quintana Dueñas, refertur Serensimos Reges Catholicos D. Ferdinandum, & D. Elisabeth: tanquam administratores Ordinum Militarium adeptos fuisse ab Innocentio VIII. facultatem transferendi Conventum *Sanctæ Eufemiæ de Cozuelos* in Civitatem Toletanam, & quod virtute illius facultatis, de facto translatæ fuerunt *anno* 1502. prædictæ Moniales 28. in numero cum Commendatrice D. Maria de Castañeda, Domini de *Hermosa* sorore, & commorarunt in Monasterio S. Petri *de las Dueñas*, quod fuit habitatio antiqua Religiosarum Benedictinarum, usquedum prædicta Regina Catholica Elisabeth dedit nostris Monialibus Monasterium Virginis Mariæ Carmelitarum Calceatarum, quod hodie ita vocatur, & antea tempore Maurorum appellatum fuit S. Mariæ de Alficen, constat ex schedula Regia, data Compluti ab ipsa Regina, *die* 28. *Februarii prædicti anni*, cujus virtute transmigrarunt in prædictum Monasterium, ubi habitarunt, usque ad *annum* 1504. in quo jussit Rex Catholicus construere Conventum in domo argentaria, quæ existebat intra mœnia Regia, ubi hodie degunt: huic Conventui agregarunt prædicti Reges Catholici Prioratum vocatum *Sancta Fee*, qui tunc erat Ordinis Calatravensis: ex quo desumpsit Monasterium hoc Regium titulum *Sanctæ Fidei*, ut ad præsens vocatur, cum magno decore Civitatis Toletanæ, quo depositum est corpus venerabilis Infantisæ Sanciæ ab *anno* 1608. in quo translatum fuit à Conventu Sanctæ Eufemiæ ad hunc, rescripto Pontificio obtento à Regibus D. Philippo III. & D. Maria de Austria, & est certissima tradditio tunc temporis Commendatricem obviam iisse, usque ad Hospitale, quod vocatur de *afuera* fundatum ab Emminentissimo Cardinale Tabera.

## *EGREGIUS CONVENTUS S. MARIÆ de Junqueras Barchinonensis.*

19 HOC Monasterium videtur fundatum ab *anno* 1269. ut inscribitur ab Authore Bullarii *fol.* 208. *eodem anno script.* 1. & deducitur ex privilegio sequent. quod ,, trahit Bullar. *loco citat. ibi*: Nos ,, Arnaldus Dei gratia, Barchinonen- ,, sis Episcopus volentes annuere, in- ,, quantum cum Deo possumus, justis ,, petitionibus, unà cum assensu, & ,, voluntate nostri Capituli, delibera- ,, tione plenius habita, ad honorem ,, Dei, & gloriosæ Matris ejus damus, ,, & concedimus vobis Berengario de ,, Petra Barchinonensi Canonico, Pro- ,, curatori, & Administratori Magistri ,, Militiæ S. Jacobi, & ipsi Magistro,

,, &

„ & Ordini, & Fratribus, & Domina-
„ bus ejuſdem Ordinis in perpetuum;
„ quod poſitis liberè ædificare, &
„ conſtruere Domum, & Domos, Mo-
„ naſterium, & Monaſteria, Orato-
„ rium, & Oratoria ad opus Fratrum,
„ & Dominarum veſtri Ordinis in Ci-
„ vitate, & Diœceſi Barchinonſi, ſalvo
„ jure Barchinonenſis Eccleſiæ, &
„ omnium Eccleſiarum Civitatis ſuit
„ Diœceſis Barchinoneſi, & omnium
„ Monaſteriorum Civitatis, & Diœ-
„ ceſis Barchinoneſi tali videlicet mo-
„ do, & forma, quod non liceat Ma-
„ giſtro, neque Fratribus, neque Do-
„ minabus, neque converſis ejuſdem
„ Ordinis recipere aliquem, vel ali-
„ quam excommunicatum, vel inter-
„ dictum in Fratrem, vel converſum
„ ejuſdem Ordinis, neque ad officia
„ diurna, neque ad ſepulturam.

„ Item ſi contingat vos ali-
„ quem, vel aliquam recipere ad Ec-
„ cleſiaſticam ſepulturam, dabitis bona
„ fide integraliter Eccleſiæ Parochia-
„ li, à qua corpora aſſumuntur, quar-
„ tam partem de omnibus, quæ ratio-
„ ne ſepulturæ ad Domum veſtram
„ provenerint, exceptis equis, & ar-
„ mis.

„ Item non liceat vobis, eme-
„ re, vel permutare, vel Decimas re-
„ cipere de manu Laicorum ſine licen-
„ tia noſtra.

„ Item ſi vobis Decimæ fue-
„ rint ab aliquo Fratre, vel converſo,
„ vel converſa, vel quacumque alia
„ perſona datæ, vel oblatæ, vel lega-
„ tæ, ſeù dimiſſæ in ultima voluntate
„ quocumque modo, dabitis Epiſco-
„ po, & Eccleſiæ noſtræ bona fide me-
„ dietatem fideliter.

„ Item non recipietis aliquem
„ in Fratrem, vel in Dominam, qui,
„ vel quæ ſint obligati ratione debitæ
„ pecuniæ, vel injurię, ſeù alicujus
„ detentionis, vel retentionis, donec
„ fuerit ſatisfactum.

„ Item ſi aliquis vaſſallus, vel
„ emphiteuta noſtræ Eccleſiæ det vo-
„ bis vel vendat aliquam poſſeſſio-
„ nem, vel rem immobilem, quam per
„ Nos, vel per Eccleſias noſtras te-
„ neant, teneamini vendere infra ſex
„ menſes, ſalvo Laudoyſmo, vel alio
„ jure Dominorum, perſonæ idoneæ,
„ quæ per Nos, vel per Eccleſias noſ-
„ tras teneat, & nili feceritis, extunc
„ pleno jure ad Nos pertineant, &
„ redeat.

„ Item ſi aliquis contra Deum,
„ & juſtitiam potenter, & violenter,
„ & cum armis Nos, Clericos, ſeù ho-
„ mines noſtros, & bona noſtra inva-
„ ſerit, debellaverit, ſeù garreiaverit
„ teneamini, Nos cum armis defende-
„ re potenter, prout Ordo veſter re-
„ quirit.

„ Ad hæc ego Berengarius de
„ Petra Barchinonenſis Canonicus,
„ Procurator, & Adminiſtrator Ma-
„ giſtri Militiæ S. Jacobi, & Capituli
„ ejuſdem in Civitate, & Diœceſi
„ Barchinonenſi, attendens gra-
„ tiam, quam vos Domine Arnalde
„ Dei gratia Epiſcope, & Capitulum
„ veſtrę Eccleſiæ facitis Magiſtro, &
„ Fratribus Militiæ S. Jacobi, promitto
„ authoritate procurationis, nomine
„ dicti Magiſtri, & Capituli ejuſdem,
„ cujus ſum, & Procurator, & Admi-
„ niſtrator, bona fide, & abſque om-
„ ni fraude vobis dicto Domino Ar-
„ naldo Epiſcopo, & ſucceſſoribus
„ veſtris, & Capitulo veſtræ Eccleſiæ
„ omnia, & ſingula ſupradicta atten-
„ dere, complere, & fideliter obſer-
„ vare, &c.

„ Actum eſt hoc VII. idus Sep-
„ tembris anno Domini M.CC.LXIX.
„ Ego A. Barchinon. Epiſcopus ſubſ-
„ cribo, Petrus de Olivella Decanus,
„ Magiſter Berengarius de Turri Ar-
„ chidiaconus Barchinon. Magiſter
„ Bn. de Olarda Sacriſta, Bereng. de
„ Spiellis Prœcentor. &c.

20 Huic Conventui additus fuit alter erectus *anno* 1270. prope Civitatem Illerdenſem à nobili D. Conſtantia Fratriſa noſtri Ordinis quon-

quondam uxore nobilis viri Guillelmi de Anglerolia cum licentia Magistri Pelagii Perez Correa, qui ad prædictum Monasterium Monialium erigendum concessit domos, & molendina cum suis pertinentiis, quæ Ordo noster obtinebat in illa Civitatelllerdensi, ut constat ex Bullario prædicto *anno* 1270. *script.* 1. *fol.* 209. qui quidem Conventus appellabatur titulo S. Petri de Petra, & ejus unio apparet facta à Domino Magistro Don Ildephonso Mendez de Guzman 24. Magistro, & Fratre Dominæ Leonoræ de Guzman, qui prædicto *fol.* 209. *num.* 3. *script. præfat.* sequens instrumentum unionis jussit conficere in favorem citati Conventus de *Junqueras*: quod ita se habet.

*Nos Don Alphonso Mendez, por la gracia de Dios, Maestre de la Caballeria de Santiago, otorgamos, que damos à vos Doña Gueralda de Besera, Prioresa del nuestro Monasterio de Santa Maria de Junqueras, que es en la Ciudad de Barcelona, para siempre jamàs la nuestra Eglesia, que fue Monasterio de San Pedro de la Piedra, que es en el Obispado de Lerida, en el Señorio del Rey de Aragon, è que la ayades con todas las heredades, è rentas, è derechos, que pertenecen à la dicha Eglesia, è Monasterio, segun lo habia en el tiempo de los otros Maestres, dada en Montiel quinze dias de Abril, era M. CC. L. XXX.* Traditio perantiqua est, hoc Monasterium prius fuisse erectum sub advocatione S. Vincentii Monialium S. Benedicti *anno* 1197. à Maria de Tarrasas, fundatrice in Parochia de *Junqueras*, & partito del Vallis; quam fundationem valde ditavit Vice-Comitisa de *Bearne*, D. Gazenda, ingenti donatione ab illa facta *anno* 1233. in cujus instituto Benedicto permanserunt, usquedum mutatum fuit in Jacobæum, cessione jam relata, mihi fideliter notum est, visis instrumentis ad rem pertinentibus.

## CONVENTUS EMERITENSIS, QUI *nunc dicitur S. Eulaliæ, & antea appellatus D. Jacobi de* Robledo.

21 CUM in Bullario nostri Ordinis non inveniatur notitia ulla erectionis, seù translationis hujus Conventus, duntaxatque in indice illius appingatur *anno* 1480. inveniri posse *extra* instrumentum fundationis, fateor me intellexisse reperiri posse in Archivo prædicti Conventus; verùm licèt in nomine meo à viro valdè perito quæsitum, & requisitum est prædictum Archivum Conventuale, solùm compertum est per instrumenta fidedigna securam crudelitatem mereri Barnabam Moreno de Bargas loquentem de antiquitate hujus Conventus *in suâ historia Emeritensi lib.* 5. *fol.* 308. Ubi inquit: *El Convento de Santa Eulalia de Freilas de la Orden de Santiago, es como los otros, que hay en Salamanca, Toledo, Granada, Valladolid, y Barcelona. La primera fundacion de este Convento fue en Santiago de Robledo, en la Sierra de Montanches; en èl se recogian las mugeres de los Caballeros de la Orden, quando iban à la guerra contra Moros. Y asimismo las doncellas principales, que por su devocion, y de su voluntad querian entrarse en èl, sin recibir el habito de la Orden. Consta esto ser ansi de una cedula, que tiene este Convento, dada por los Reyes Catholicos en el año de* 1499. *à donde se hace relacion de como estaban en èl once doncellas, y que la una no mas tenia el habito, y las otras diez estaban sin èl, y querian yà recibirle, y mandan sus Altezas, que el Prior de Leon, D. Garcia Ramirez, vaya al dicho Convento de Santiago de Robledo, y les dè el habito à las dichas doncellas: porque verdaderamente estos Conventos en aquel tiempo, y mas atràs no debian de tener la forma, y solemnidad conventual, que aora, pues en la recopilacion de los establecimientos de la*

*Orden, que mandaron hacer los ſobredichos Reyes no ay titulo, ni capitulo que hable de ellos, ni de las Comendadoras, y Freilas, que en ellos havia, ni ſe dà noticia de ellos, como ſe dà, y trata en los eſtablecimientos, que mas adelante ſe hicieron.*

*Tiene aſsimiſmo eſta Caſa otra cedula dada en el año de* 1504. *por lo qual los miſmos Reyes anexan al Convento de Santiago de Robledo el Ermitorio de San Salvador, y ſus rentas, que eſtà junto à Alcueſca, que como habemos dicho, lo adminiſtraban los Curas de Santa Maria de eſta Ciudad. Eſte Convento eſtando en Robledo, ſe fue poblando de muchas doncellas nobles de Merida, Caceres, y Medellin; y por ſer ſu ſitio mui deſacomodado, ſe mudò, y trasladò à eſta Ciudad el año de* 1530. *Y ſe les hizo la caſa, que tienen en Santa Eulalia, con Coro alto, abierto à la Igleſia Parrochial, à donde dicen las horas Canonicas ſin encontrarſe con los Clerigos de ella. En èl ha havido, y ay mui nobles, y principales Religioſas, y para ſer admitidas ſe les hace por mandado del Conſejo Real de las Ordenes, informacion de ſu calidad, como la que ſe hace para los Freiles Religioſos de la miſma Orden. Eſtàn ſujetas immediatamente al miſmo Conſejo ſin dependencia de otro Prelado. Eligen Comendadora de entre ellas cada tres años, que gobierna la Caſa. Al preſente lo es Doña Ines Gutierrez, y Sub-Comendadora Doña Maria Romero ſu parienta, y ambas lo ſon mias. En eſte Convento ſe apeò el Rey Don Phelippe III. nueſtro Señor, quando paſsò à Portugal, y alli fue la Ciudad à beſarle la mano, como ſe dirà adelante.*

22 Originis rationem certam prædicti Conventus de *Robledo*, nec nos, nec diligens noſter commiſſarius comperire potuimus: Verum ſchedulas Regias ab hiſtographo citatas exiſtere in citato Archivo proculdubio conſtat. Ex quo, & ex indice Bullar. conjicimus relatum Conventum de *Robledo* erectum fuiſſe *anno* 1480. & in eo ſiſtere conjecturam noſtram facile apparet: nam ſchedula *anni* 1499. refert, ut inquit prædictus Moreno de Bargas, & ita eſt, ibi commorari undecim Virgines ſine habitu, & unam ſolum illum geſtantem; tum ſic erectio Conventus ex illo tempore deſumi nequit: quia non fundatur communitas, nec Congregatio in uno, ſed eſt neceſſe, ut tres concurrant *lg. Neaatius* 85. *de verbor. ſignificat.* ibi: *Tres faciunt Collegium lg.* 1. §. *ſed Religionis ff. de Collegiis.* Cui alludit illud Matthæi *cp.* 18. & *cap.* 1. *de elect.* at vero in uno jam erecto Collegio poteſt communitas conſiſtere: ergo vel *anno* 1480. ut ex indice Bullarii conſtat, debet deſumi ſaltim principium, vel quod veroſimilius eſt, è tranſactis temporibus originem trahere erectionem prædicti Conventus. Quoad translationem nulli dubium fiat translatum fuiſſe dictum Conventum ad locum, ubi hodie exiſtit *anno* 1530. incorporatus cum Eccleſia Parochiali S. Eulaliæ, ut eſt Conventus hic Sancti Spiritus Salmantinus conjunctus cum Parochia ejuſdem advocationis.

23 Verum quia translatio de uno in alium locum non mutat ſpeciem, cum ea perſeveret in loco noviori, ac in anteriori; Conventus unus, & idem videtur, ideoque mihi viſum eſt in antiquitate, & ordine litteræ debere præcedere hunc Conventum aliis duobus ſequentibus Monaſteriis, licèt in erectione, ut nunc extant, ſint antiquiores, ut modo infrà videbimus: quia è translatione non ſumit originem, ſed ab erectione facta in alio loco, à quo fuit translatus.

## *CONVENTUS MATRIS DEI Granatenſis.*

24 REgale Cœnobium B. Virginis Mariæ Matris Dei Granatenſis ædificarunt ſuis Regiis

giis expensis, & dotarunt Reges Catholici D. Ferdinandus, & D. Elisabeth, ut refert Didacus de la Mota *in tractatu, como se ha de pretender el habito de las Ordenes Militares, fol.* 78. *n.*84. *circa fin.* verba hujus sunt hæc: *Tambien deseo se vean las fundationes de estos Monasterios. Yo he visto la de el de Granada, dotado por los Reyes Catholicos año* 1501. *el qual contiene tres apartamientos: en una parte, que estèn Freilas, que hagan los tres votos absolutamente. Y en otra parte se crien doncellas. Y en otra entren mugeres de Caballeros, en tanto, que ellos estàn en la guerra, ò en otro servicio de la Orden, è mugeres viudas de los tales Caballeros, &c.*

25 Erectio hujus Monasterii, prout facta dicitur à serenissimis Regibus Catholicis, virtute Bullæ illis concessę ab Innocentio VIII. *decimo Kalendas Septembris anno* 1486. quæ stat in Bullario eod. ann. *script.*3. *fol.* 427. non solum titulo relato Matris Dei videtur connominatum, sed etiam D. Jacobi, ut constat ex scriptura fundationis, quæ simul invenitur in prædicto Bullario, & calce dictæ Bullæ *fol.* 429. *num.* 5. quę sic ait: „Don Fernando, è Doña Isabèl por „la gracia de Dios, Rey, è Reyna „de Castilla, de Leon, de Aragon, &c. „de Algecira, de Gibraltar, è de las „Islas de Canaria, Condes de Bar„celona, &c. Acatando quanto so„mos obligados à Dios nuestro Señor „por los beneficios, que de su pia„dosa mano havemos recibido, è ca„da dia rescibimos, especialmente „en la Conquista de este Reyno de „Granada, en que por su soberana „bondad nos quiso dar complida „victoria, è à la ayuda, que por los „meritos del Bienaventurado Apostol „Señor Santiago, luz, y espejo de las „Españas, nuestro Patron, è guiador „en ella rescebimos, procuramos, è „fecimos, que fuessen erigidas Igle„sias Cathedrales, è otras, è Monas„terios en esta Ciudad, è Reyno de „Granada, por virtud de la facultad „Apostolica, que para esto tenemos, „su tenor de la qual es este, que se „sigue: *Hic Bulla litteraliter inserta, „prout jacet in Bullar. & statim prose„quitur instrumentum fundationis di„cens.*

„E acordamos agora de fun„dar, è facer un Monasterio de Re„ligiosas de la Orden de la Caballeria „del dicho Apostol Santiago, en unas „casas, que Nos tenemos al Rea„lejo de esta Ciudad, el qual quere„mos, que se llame *Santiago de la Ma„dre de Dios*, è que haya en èl tres „apartamientos, &c. *& paulò post in„cipiunt constitutiones, quibus Regi de„buerint, & debeant Moniales prædicti „Conventus, & fol.*30. *à tergo prædic„tarum constitutionum inquit una.* E „aquel, ò aquellos Freiles, que el „dicho Prior de Uclès para ello dipu„tare, ò señalare, è no otros, oiràn „de confesion à las dichas Freilas, è „doncellas, è mugeres de todo el di„cho Monasterio, &c.

„Mandamos dar la presente, „que fue fecha en la Ciudad de Gra„nada, à veinte è tres dias del mes de „Junio año del nacimiento de nues„tro Salbador Jesu-Christo, de mil „è quinientos è uno. *Yo el REY. Yo la „REYNA.* Yo Miguèl Perez de Alma„zan, Secretario del Rey, è de la „Reyna nuestros Señores, &c. „Francisco Diaz Chanciller, registra„da. Alphonso Perez Granatensis. „Ferdinandus Tello, Licentiatus. Ni„colaus Tello Doctor.

26 Ex dictis infert Author Bullarii in indice verbo *Conventus Granatensis* illum esse sub Priorisa, & in spiritualibus sub Priore Uclensi, sed hoc non substineo: nam aliud est providere de Ministris, quoad curam animarum, & aliud est Moniales manere subjectas, quoad spiritualia: & hoc patet ex facultate quam habet Prior Legionensis instituendi, & conferendi Vicariam, & Administratio-

nem Conventus Eccleſiæ Parochialis hujus Conventus Sancti Spiritus Salmantini, & tamen dici nequit Moniales hujus Conventus eſſe ſub Priore Legionenſi in ſpiritualibus, ſed quod Vicarius ab eo deſsignatus nomine Ordinis totius, eſt ibi collocatus ad obſervantiam diſciplinæ Regularis, ut conſtat ex ſtabilim. *tit. de los Viſitadores fol.* 124. ergo videtur idem dicendum de Priore Uclenſi, ac de Priore Legionenſi, quoad hanc partem, hoc eſt nullum habere poteſtatem ex ſe imponendi Monialibus præcepta ſpiritualia; ſed ex commiſsione Magiſtri, cui in omnibus ſunt ſubjectæ: nam ratio ſubjectionis hoc importat, itaque cum eſſe *ſub Priore* denotet ſubjectionem præſtandam Priori, & hoc non ſit præſtanda niſi Magiſtro, cui vovetur obedientia, non rectè dicitur Moniales hujus Conventus eſſe ſub Priore Uclenſi, quoad ſpiritualia.

27 Cenſeo denique, quod licèt Reges Catholici curaverint de erigendo Conventu, ut dictum eſt, & in ſimul commorarentur juxta Conventum quinque Clerici Fratres, quorum ſuperior diceretur Prior: tamen jam per me, jam per Priores, ſeù Adminiſtratores (qui mutuo ſic vulgo vocantur) viſa conſtructione illius domus; ſeparationes præcitatę, & appoſitio illorum quinque Fratrum Clericorum vix effectum habuerunt: ſiquidem nullum reperitur veſtigium in conſtructione ſtantis domus, in quo fuerint præfatę ſeparationes, aut domus commorantium Clericorum quinque Fratrum. Unde veroſimile eſt hoc cœnobium erectum fuiſſe, prout nunc jacet, pro Monialibus tantum, cum Priore, ſeù Adminiſtratore, ut nunc exiſtit.

***

## *PRÆCLARUS CONVENTUS S. Crucis Valliſoletanus.*

28 HOC Monaſterium conſtructum, & dotatum fuit à D. D. Maria de Zuñiga, filia legitima D. D. Iñigi Lopez de Zuñiga, & D. Marię ab Ulloa, Ducum de *Vejar*, & cum expreſſo conſenſu Regum Catholicorum D. Ferdinandi, & D. Eliſabet à Julio II. Pontifice Maximo obtinuit Bullam ad prædictam fundationem, narravit ſe devotè velle exibere erga D. Jacobum Apoſtolum Patronum Hiſpaniarum erigendo in ſuis domibus, quas Pinciæ habebat, quoddam Monaſterium Monialium Ordinis ejuſdem Apoſtoli, cum onere dotandi illud congruis redditibus, ut Moniales illius poſſent ſubſtentari. Qua narratione prælabita præfatus Papa ſupplicationi fundatricis illius annuens, ſuam Bullam expedivit Romæ *die* 16. *Maii anno* 1506. *Pontificatus ſui anno* 3. commitens executionem gratiæ Epiſcopo Segovienſi, certioranſque Reges Catholicos præcitatam fundatricem habendam eſſe Commendatricem, quoad viveret, & quod poſt illius obitum electio Prælatę expectaret ad Moniales illius Conventus. Qua mandata executione, Epiſcopus Segovienſis expedivit ſuas litteras, ut judex Apoſtolicus in Villa ſui Epiſcopatus *de Mojados, die* 17. *menſis Septembris prædicto anno* 1506. cujus Bullę, & litterarum virtute, erectio hujus Conventus effectum ſortita eſt, & redditibus abundans dotatus manet ab ipſa D. Maria de Zuñiga, quæ etiam ulterius fundavit duas Cappellanias ad majorem aſsiſtentiam cultus divini, & conſtitutiones ordinavit regulę, & legibus Capitularibus ejuſdem Ordinis accommodatas. Ut totum conſtat ex Bulla, litteris, conſtitutionibus, & aliis inſtrumentis, quæ in Archivo præfati Conventus reperiuntur, &

mihi atteſtatus eſt vidiſſe, vir apprime ingenioſus, preſens Adminiſtrator illius Conventus, quem conſului, qui etiam mihi aſſerit comperiiſſe alias quatuor Cappellanias fuiſſe fundatas ab *aliis*, & ultra illas, unam, quæ dicitur major, fundatam fuiſſe à D. Maria Ana de Guebara Religioſa ejuſdem Conventus, filia legitima Comitum de *Oñate*, quę etiam ſtruxit ſuis expenſis, & dotavit valetudinarium, ut apparet ex inſtrumento celebrato *die* 21. *Januarii anno* 1675. jacente in dicto tabulario communitatis.

## *EGREGIUS CONVENTUS D. JACOBI Matritenſis.*

29 EXerunt hunc Conventum D. D. Higinus à Cardenas Præſul Conſilii Ordinum, & uxor ejus D. Eliſabeth de Abellaneda, ſub regula, & conſtitutionibus Ordinis ſuo teſtamento clauſo Matriti *die* 5. *Septemb. prædicto anno* 1584. ſubſigno Franciſci de Silva Tabelionis publici: quo utique teſtamento deſtinarunt omnia ſua bona ad erigendum prædictum Monaſterium, & ſimul ordinarunt inſtitui admodum Sancti Spiritus Salmanticenſis, & Sanctæ Fidei Toletani: pro quarum inſtructione advenerunt Moniales Conventus Sanctæ Crucis Valliſoletani, quę ibi adſtiterunt, uſquedum recipientes habitum, in illo valde inſtructæ in diſciplina regulari potuerunt per ſe gubernari; conſtatque ex Regia proviſione Conſilii Ordinum data *die* 2. *Novembris anno* 1650. prævento jam conſenſu Regni, licentia Regiæ Majeſtatis, & Cardinalis Moſcoſo Archiepiſcopi Toletani, ut conſtat ex inſtrumentis, quæ aſſervantur in Archivo Conventus, diverſis datis, & benedicta ejus Eccleſia *die* 26. *Octobris prædicti anni.*

¶

## *CONVENTUS S. FELICIS Burgenſis, Ordinis Calatravenſis.*

30 HOC Monaſterium originem trahit ab erecto in loco *de los Barrios*, propè Villam de *Amaya*, Archiepiſcopatus Burgenſis *anno* 1219. Magiſtro Fr. D. Gundiſalvo Yañez de Novoa 9. Magiſtro hujus ſacræ Militiæ, ut refertur *in diffinit. ejuſdem cathalog. de los Maeſtres, fol.* 132. ubi ſimul etiam dicitur ſtitiſſe uſque ad *annum* 1568. in quo translatum fuit ad Civitatem Burgenſem, ubi hodie exiſtit: cui translationi aſtiterunt Frater D. Ludovicus Albarez de Solis, Prior Adminiſtrator ſacri Conventus, & apprimè eruditus vir, Frater Franciſcus Rades de Andrada, tunc Cappellanus Regius, expreſſo mandato fœlicis recordat. Sereniſſimi D. Philippi II. Adminiſtratoris perpetui. Ratio ergo, quæ movit animum prędicti Principis, fuit: quia ad depopulationem devenerat præfatus locus de los *Barrios*, ob injuriam temporum. Prælatę verò, quæ tunc erant, cum translatio fuerit facta, nominantur in loco citato prędictę diffinitionis, Abbatiſa nempè D. Beatrix Manrique de Valencia, Prioriſa D. Bernardina de Guzman, & Supprioriſa D. Joanna de Velaſco.

## *CONVENTUS REGALIS CONCEPTIONIS Matritenſis.*

31 FUndatum fuit hoc Monaſterium Monialium in loco, qui dicitur de Pinilla Diœceſis Seguntinę cum advocatione Sancti Salvatoris, in tempore D. Magiſtri D. Petri Giron 28. in Ordine: Quod cum eſſet Beatarum Ciſtercienſium, ſubjectum fuit Ordini Calatravenſi in tempore dicti Magiſtri, & conſtat illud viſitaſſe *anno* 1479. D. Rodericum Giron 29. Magiſtrum, & ibi manſit Mo-

Monaſterium, uſque dum juſſu D. Philippi II. fuit translatum in Villam de *Almonacir de Zorita anno* 1576. ſitum in Eccleſia rurali ipſius territorii, cujus advocatio erat puriſsimę Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis: & cauſa motiva hujus translationis, qua Philippus II. motus fuit, fuit etiam depopulatio illius loci, & conveniens viſum eſſe in locum populatum tranſire, juxta decreta, antea publicata Sancti Concilii Tridentini. Ac denique eſſe diſtrictum Ordinis, & magis propinquum gubernationi Conſilii Ordinum.

32 Verùm cum tranſcurſu temporis, in hoc loco de *Almonacir* ex pertæ fuerint Moniales plures calamitates, jam in redditibus, jam in valetudine, & jam tranſactis quadraginta ſeptem annis cum hac incommoditate, & periculo vitæ, licèt clamabant prædictæ Moniales, ut eas transferrent ſuperiores ad alium ſalubriorem locum, preces illæ habitæ fuerunt, ut exagerationes mulierum clauſarum, quæ ante tempus ſolent damnum prevenire. Et ſic dilato remedio præfatæ neceſsitatis à ſuperioribus, D. Hieronyma de Velaſco Abbatiſa cum ejus Socia D. Maria de Jeſus reſoluit comparere coram D. Philippo IV. & ibi confeſſa fuit culpam exeundi è Conventu ſine licentia Prælati: quare humiliter deprecabatur ſibi à ſua Majeſtate pœnitentiam imponi; expreſsit etiam neceſsitatem ſui Monaſterii, & remedium adepta fuit à Regia pietate, offerendo illi translationem faciendam in Matritum, quo valdè conſolatę reddierunt in ſuum Monaſterium, ſub verbo Regio, ut quandocumque piiſsimus Rex vellet eas transferre, forent incontinenti paratæ ad exitum ſui Conventus.

33 Commiſſa fuit à Conſilio Ordinum executio translationis magno viro Doctori Fatri D. Bernardo Megia Vernal, Cappellano Regio, & Priori de *Alcañid*, qui admirabili ordine, & decore illas tranſtulit ab *Almonacir*, uſque ad Matritum in octo curribus Regis, quos mutuavit ad prædictum finem Sereniſsima Regina D. Eliſabeth de Borbon, & cum hoc apparatu ingreſſæ fuerunt Matriti *die* 31. *Octobris ann.* 1623. & antea inviſſerunt devotiſsimum, ac ſacroſanctum ſimulacrum Virginis Marię de Atocha: & inde pro hoſpitio interino tranſierunt in Monaſterium Regale S. Eliſabeth Monialium Recoletarum S. P. Auguſtini, ubi commorarunt pauliſper, & uſque dum illis pro Conventu ſtructa fuiſſet quædam domus, quæ erat à D. Rege præparata in calle, qui dicitur ejuſdem nominis de *Atocha*, ad quam domum *in die Dominica quinta Novembris*, ſolemni, & generali proceſsione, & cum comitatu Ordinum, & ejus Regalis Conſilii evectæ fuerunt, ſpectante D. Rege in Eccleſia novi Monaſterii: quod exinde appellatum fuit puriſsimæ Conceptionis, & retento illo titulo, migrarunt ad Conventum, ubi hodie exiſtit in calle de *Alcalà* vigens, & florens virtute, & honeſtate Religioſa.

## *PERILLUSTRIS CONVENTUS Aſſumptionis de* Almagro.

34 HIC Conventus ſtructus fuit *ann.* 1544. impenſis, & bonis D. Guterrii de Padilla, Commendatarii majoris, qui fundavit etiam Hoſpitale in Villa de *Almagro*, & inſignem Cappellam ſacri Conventus hujus Ordinis. Dixi ex redditibus, & bonis prædicti Commendatarii fuiſſe erectum nominatum Conventum Aſſumptionis Virginis Mariæ: quia licet ipſe Commendatarius, nec per ſe illum ſtruxit, nec erexit, Capitulum generale celebratum à Ceſarea Majeſtate Caroli V. *ann.* 1523 Burgis, decrevit ex bonis, & redditibus applicatis ab ipſo Commendatario pro Hoſpitali jam relato, illi reſervatis octoginta millia marapetinis

cœtera bona, & redditus aſsignarentur pro ſtructione, & dotatione prædicti Conventus, qui tanta ſumptuoſitate, & pulchritudine ædificatus fuit, ut vix in Hiſpania alius Monialium pulchrior, & ſumptuoſior inveniatur. Moniales, ut recipiantur ad habitum in hoc Conventu, tenentur probare non ſolum puritatem ſanguinis, verum etiam nobilitatem quatuor avorum. Pro inſtruenda verò diſciplina regulari, mandato Ceſareæ Majeſtatis popularunt hunc Conventum D. Agnes Carrillo de Guzman Abbatiſa, D. Eliſabeth de Guzman Prioriſa, D. Joanna Niño Supprioriſa, & aliæ quatuor Religioſę Conventus S. Clementis Regalis Toletani, Ordinis Ciſtercienſis: quæ quidem virtute Bullæ fundationis obtentæ ab ipſo Sereniſsimo Imperatore, ipſi præſtiterunt obedientiam, & ibi tantum reſederunt unico anno: itaque Conſilium Regale Ordinum *anno ſequent.* 1545. è Regali Conventu *de las Buelgas de Burgos* extraxit D. Eliſabeth de Leiva ſororem Marchionis de *Aſtorga*, quę cum plures recepiſſet ad habitum Calatravensé, & ſatis illas inſtruxiſſet in diſciplina Regulari, reddiit in prędictum ſuum Conventum, & ſucceſsit ei in Abbatia D. Maria de Padilla, familię præfati fundatoris.

## CONSPICUUS CONVENTUS SANCTI *Spiritus, Equeſtris Ordinis Alcantarenſis.*

35 COnfraternitas perantiqua, ac nobiliſsima Hoſpitalis ſub eodem cognomento Sancti Spiritus, ſiti in eadem Villa de *Alcantara* (cujus antiquitas tanta eſt, quod ignoratur ejus initium, & nobilitas ſua, tam perilluſtris, quod habetur, ut actus diſtinctivus nobilitatis) decrevit conſtruere hunc Conventum Monialiũ prædicti Ordinis, ut in eo reciperentur filię confratrum illius confraternitatis, & ad numerum deſignatum alię ejuſdem nobilitatis: quo facto, & ſatis dotato prædicto Monaſterio, bonis, & redditibus abundantibus, miſsit prædicta confraternitas Joannem de Sanabria, tunc temporis confratrem illius (Fratrem Marię Villela de Sanabria, Matrem glorioſiſsimi, ac miraculi pœnitentiæ Sancti Petri de Alcantara, cujus erat conſobrinus) ad Regiam Curiam *die* 1. *Auguſti anno* 1520 ad curandam licentiam Regalem Caroli V. Imperatoris, & ſui Regalis Conſilii; quæ licentia obtenta fuit Syracuſis *die* 30. *Auguſti anno* 1518. & ſubſcripta à D. Franciſco de los Cobos à ſecretis Regis. Deinde impetrata Bulla Leonis X. Pontificis maximi, quæ expedita fuit *die* 10. *Octobris ann.* 1519. Pontificatus ſui *anno* 7. Adeptis prædictis licentiis, relatus Imperator retinens ſibi Patronatum hujus Conventus, juſit è Conventu Valliſoletano *de las Huelgas* (quæ fundavit Regina D. Maria Uxor Regis D. Sancii IV.) tranſportari quatuor Moniales ab illo ad iſtum, ut inſtruerent Moniales recipiendas in regula, & conſtitutionibus ejuſdem Ordinis: quæ fuerunt D. Anna de Guzman pro Abbatiſa, D. Eliſabeth de Herrera, ejus ſorore Prioriſa, & D. Antonia de Guzman ejuſque conſobrina pro Choriſta, & Eliſabeth Ildephonſi pro Januaria.

36 Retinuit vero prædicta confraternitas jus intrandi in eodem Conventu decem, & octo filiæ confratrum antiquiorum cum dote tantum quindecim millium marapetinorum, & quodam lectulo; ſtatuitque circa cœteras recipiendas ſexcenta ducata ſolvere debuiſſe: quo facto ſtatuto, in una, eademque die receperunt habitum ipſæ decem, & octo filiæ confratrum. Fuit Maria de Sanabria Arguello, filia ejuſdem Joannis de Sanabria in remunerationem tanti laboris, quem impedit in hac fundatione. Tranſactiſq; aliquibus annis idem Imperator ſuis impẽſis fecit ædificari

alium

alium Conventum ampliorem, & magis magnificum, quam ille, quem conſtruxerat prædicta confraternitas, prout nunc jacet. Cum vero tractu temporis numerusEquitũ confratrũ ad quindecim redactus, redactæ etiã fuerunt Moniales deſignandæ ab illis ad ſex, qui numerus hodie ſervatur pro Monialibus eligendis à confratribus prędicta exigua dote. Quæ quidem Moniales, & cœterę, quæ recipiuntur in eodem Monaſterio cuſtodiunt Regulam Sancti Benedicti, & uſus Ciſtercienſes, & undecumque nobilitate ornatæ.

## *EXCELSUS CONVENTUS SANCTI Petri Apoſtoli Villæ de* Brozas *ejuſdem Ordinis.*

37 IN diffinitorio Capituli generalis hujus Ordinis celebrati Toleti *anno* 1570. comparuit Fr. D. Petrus Gutierrez Flores, Regiæ Majeſtatis Cappellanus, Dignitas, & Sacriſta major hujus Equeſtris Ordinis, & narravit ſe intendere fundare quædam opera pia in Villa Brocenſi, cujus erat originarius, & ad id indigere licentia ipſius diffinitorii, tam ad emenda bona immobilia, quam ad diſponendum de illis in præfata opera pia. Quam licentiam juxta preces ſuas obtinuit, ut conſtat ex proviſsione Regali data in illa Civitate Toletana *die* 10. *Maii*, *prædicto anno* ſubſcripta à Franciſco Heraſo à ſecretis Regis. Quæ quidem proviſsio aſſervatur in Archivo hujus Conventus, de quo loquimur.

38 Curſu temporis, adquiſitis jam bonis ingentibus, cum præfata licentia ipſe D. Petrus *anno* 1578. *die* 6. *Octobris* ultimum elogium ſuum condidit in ea Villa, quo ordinavit ex ſuis bonis, & redditibus ſtrui Conventum Monialium ſui Ordinis ſub advocatione S. Petri Apoſtoli, & Regula S. Benedicti, & uſibus Ciſtercienſibus. Quæ omnia profitebantur Moniales Sancti Spiritus Villæ de *Alcantara*, ex quo Conventu deducerentur fundatrices, pro obſervantia, & diſciplina Religioſa. Quæ clauſulæ conſtant ex extracto authentico, quod cuſtoditur in præfato Archivo. Ex eo quę teſtamento etiam conſtat D. Petrum Gutierrez, Flores, & Fratrem ejus D. Ildephonſum Gutierrez, Flores, Collegam Imperialis Collegii Alcantarenſis in hac alma Univerſitate, fuiſſe inſtitutos herædes, ac executores hujuſmodi teſtamenti nominatos fuiſſe. Qui quidem, ut tales comparuerunt coram Regia Majeſtate Philippi II. qui utique fundationem hanc approbavit, & commiſsit facultatem extrahendi tres, aut quatuor Religioſas Conventus Sancti Spiritus idoniores, comittente etiam illi electionem officiorum illis aſsignandorum; ac denique recipiente ſub ſua protectione, & obedientia hunc novum Conventum, ut alios Ordinum Militarium. Conſtat ex Regia ſchedula data *die* 6. *Junii anno* 1579. ſubſcripta à Martino de Gaztelauz à ſecretis D. Regis, quę aſſervatur in prædicto Archivo.

Adepta relata facultate, herædes, & teſtamentarii jam relati fundatoris, egerunt de conſtructione hujus Conventus, & ornatu Eccleſiæ ipſius: quo facto Prior Alcantarenſis, qui tunc temporis erat D. Petrus Barrantes, viſitavit opus ædifficii, & omnia neceſſaria, quæ requirebantur ad cultum divinum, & uſum Religioſarum, & omnia invenit ſat parata, ut conſtat ex ſchedula Regia, expedita *die* 6. *Octobris anno* 1592. quę aſſervatur in prędicto Archivo cum diligentiis, & aliis actis ejus virtute factis à dicto Priore.

39 Deinde prędictus Prior Alcantarenſis in *die* 1. *Aprilis ann.* 1594 extraxit è Conventu Sancti Spiritus Alcantarenſis quatuor Moniales, quas elegit in fundatrices hujus modernioris Conventus, & in illo eas collocavit in hunc modum: D. Eliſabeth Gutier-

rez

rez Flores Abbatiſa, D. Catharinam de Ceballos Prioriſam, D. Catharinam de Aldana & Barco Januariam, & D. Mariam de Paredes Ulloa Cantoram, & Secretariam, quæ quidem quatuor fundatrices receperunt ad habitum alias novem, quę recitantur ſuis propriis nominibus, & connominibus in libro fundationis *fol.* 1. & 2. Ex quibus fundatricibus, deceſsis jam tribus *anno* 1605. *die* 10. *Januarii* ſubrogatæ fuerunt in earum locum alię, velut D. Maria de Oviedo Perero Abbatiſa, D. Anna de Aldana Prioriſa, & D. Thereſa del Barco Januaria, è dicto Conventu de Sancti Spiritus: quę quidem in hoc nove reſederunt ſex annis, novem menſibus, & ſex diebus, & in *die* 16. *menſis Octobris anno* 1611. regreſſæ fuerunt in ſuum proprium Conventum Sancti Spiritus: quia jam conſiſtebat tunc numerus ſufficiens Monialium ad inſerviendum officiis, benè inſtructarum in diſciplina Regulari, & ad divinum officium peragendum.

*Quinam ſit numerus Monialium in unoquoque Monaſterio habendus?*

## SUMMARIUM.

*Refertur numerus Monialium, quę recipiendæ ſunt in unoquoque Conventu Ordinis Jacobæi. n.* 1.

*Circa Conventus Ordinis Calatravenſis nihil de numero Monialium dici poteſt: quia nec diffinitiones referunt, nec fundationes ad manus noſtras pervenerunt. n.* 2.

*In Ordine vero Alcantarenſi aſſignatur numerus Monialium in unoquoque Conventu. n.* 3.

## *QUÆSTIO II.*

1 MONIALIUM numerus, qui in unoquoque dictorum Monaſteriorum eſt deſignatus refertur in lib. ſtabilim. *tit.* 14. *cap.* 2. ibi: *Otro ſi eſtablecemos, que en Santa Fee de Toledo pueda haber haſta quarenta Monjas, y cinco Sergentas, y ſeis ſervientas; y en Sancti Spiritus de Salamanca haſta ſeſenta Monjas, y diez Sergentas; y en la Madre de Dios de Granada haſta treinta y cinco Monjas, y quatro Sergentas, y una ſirvienta, y en Santa Cruz de Valladolid haſta veinte y ſeis Freilas, y tres Sergentas, con que las dotes de ellas ſe gaſten conforme al eſtablecimiento; y en Santa Olalla de Merida veinte Monjas, el qual numero mandamos en virtud de ſanta obediëcia à las Preladas de los Conventos no excedan con apercibimiento, que las perſonas, que fueren recibidas, demàs del numero ſuſodicho, ſeràn echadas del Convento, y las que las recibieren ſeràn penadas ſegun pareſcerà à el Capitulo, y no habiendo Capitulo à los del Conſejo; à quien encargamos aſsi lo manden, y cumplan ſin remiſsion.* Hoc ſtabilimentum decretum fuit *anno* 1560. partim verò *anno* 1573. ut patet ex notis in ora prædicti ſtabilimenti, in eoque nullus numerus Monialium deſignatus fuit Conventui Sancti Jacobi Matritenſis, nec potuit deſignari, cum ipſe appareat fundatus *ann.* 1584. juxta relationem fundationis, qua aſsignatur numerus viginti quinque Monialium. De numero verò Monialium Conventus de *Funqueras* nullam mentionem facimus: quia nec ſtabilimenta, nec Bullarium mentionem de eo numero faciunt, nec fundationem ad manus noſtras venire potuimus, in qua numerus Monialium taxatus fuerit.

2 Idem nobis contingit pro Conventibus Equeſtris Ordinis Calatravenſis: nam requiſitis ejus diffinitionibus tantum numerus deſignatus eſt pro Fratribus Conventualibus, & Collegis *tit.* 2. *cap.* 5. ſed nihil cautum invenitur pro Monialibus, niſi quod narratur in iiſdem *diffin. fol.* 135. ergà modum translationis Conventus de *Almonacir* ad Matritum; ubi refertur

tranſ-

translatas fuiſſe viginti, & duas Moniales, & tres Fratrilas, unde credimus, eo quod numerus non ſit taxatus, Moniales recipiendas eſſe pro fructibus, & redditibus uniuſcujuſque Conventus.

3 In Ordine verò Alcantarenſi Conventus Sancti Spiritus Villæ etiam Alcantarenſis, quem fundavit celebris, & nobiliſsima confraternitas illius Hoſpitalis, ut diximus ſuprà, fundatus fuit in numero quinquaginta Monialium, in quo incluſus erat numerus decem, & octo filiarum confratrum: qui numerus ex poſtfacto, decreſcente confraternitate redactus fuit ad ſex Moniales, cum exigua dote ſuperius præfixa prædictarum filiarum confratrum, qua Regalia hodie utuntur præfati confratres, & numerus Monialium reductus eſt ad 30. demptis Fratriſis, ut conſtat ex diffinit. *tit.* 8. *cap.* 3. §. *La Viſita.* Præterea Conventus Sancti Petri Apoſtoli Brocenſis erectus fuit ab ejus fundatore ſub numero viginti, & duarũ Monialiũ, ut apparet ex illa fundatione, quam ſuprà retulimus. De Fratriſis ſervientibus nihil cautum invenitur in prædicta fundatione, ut nobis teſtatum eſt à perſona valdè fidedigna, quæ illam legit, & perlegit.

*Ad quem ſpectet poteſtas Moniales ad habitum recipiendi.*

## SUMMARIUM.

*Narratur praxis recipiendi Moniales ad habitum Equeſtrium Ordinum, & qua forma vovere debent, & remitti ad Regale Conſiliũ Ordinum pro approbanda admiſsione, & expediendo Commiſſario pro examinandis qualitatibus requiſitis ab ſtabilimentis, & diffinitionibus, & quid ipſe Commiſſarius debet obſervare. num. unic.*

## QUÆSTIO III.

POteſtas recipiendi Moniales noſtri Ordinis reſidebat apud Magiſtrum in initio ipſius, ut patet ex Regula *cap.* 13. ibi: *La muger, que no quiſiere caſar, quède en el Monaſterio perpetuamente, y ſi hijas hobiere, ſean criadas con ella en la Orden, y ſean conſervadas en virginidad haſta los 15. años, è aprendan letras, è ſi entonces quiſieren quedar en la Orden, ſea en la providencia del Maeſtre.* Poſtmodum verò decurſu temporis alia forma obſervanda venit recipiendi in Moniales, jam filias Fratrum Equitum, jam eorum viduas, & alias, quę pro devotione ſua vellent habitum recipere, ut apparet *ex titul.* 14. *cap.* 6. quo ordinatum eſt *anno* 1560. id quod ſequitur: *Otroſi mandamos, que deſpues que en el Convento pareciere aceptar alguna Monja, antes que la reciban, ni entre en èl, ſea obligada la Comendadora, y Prelada de dar aviſo al Conſejo, de como la tienen aceptada, para que allí ſe mande hacer la informacion: y en èl viſta, ſi tuviere las calidades contenidas en nueſtros eſtablecimientos, ſe remita à el tal Monaſterio, para que la Comendadora, y Monjas la admitan.* Virtute hujus ſtabilimenti, & aliarum ſimilium diffinitionum, quę in aliis Ordinibus reperiuntur, recepta fuit praxis ab antiquo, nempè ſecretò explorare qualitates, quæ debent concurrere in recipiendis ad habitum: deinde proponit Prælata Capitulo ſui Conventus certiorando illud, in prætendente concurrere omnes, quæ requiruntur: verùm ſi aliqua ex vocalibus petierit tempus ad ſe informandam, debet ei concedi, & ſuſpendi votum receptionis uſquedum tempus (quod neceſſe eſt, etſi limitatum) adimpleatur, & quod major pars Capituli decreverit, jam ſecretò, jam publicè ſuffragando (quod fieri debet juxta morem communitatis) id obſervandum eſt, & tunc Prælata ſimul cum

Ancianis, & Secretaria petit id approbari ab Ordinum Consilio, & pro qualitatibus publicè examinandis committi Religioso professo ejusdem Ordinis(qui fere semper eligitur Prior, seù Administrator illius Conventus, ubi agitur de recipienda novicia) & ipse Commissarius debet in omnibus observare præcepta, & instructiones ad unguem, quæ ei commituntur, ut diximus suprà *part.* 1. & 2. cum de informantibus Fratrum Clericorum, & Laicorum loquuti fuimus,ne dicta repetamus. Circa Fratrisas, seù conversas recipiendas, quoad vovendum, idem observatur: attamen pro illarum informationibus in aliquibusConventibus pro excusandis impensis ipsarum solent committi Commissariis Sanctæ Inquisitionis, vel Parochis sui originis, ad quod peragendum litteræ, & instructiones mituntur, & ipsi clausas, & sigillatas diligentias ad Consilium Ordinum mittunt, ubi approbantur, vel repprobantur, juxta actorum merita, ut in informationibus choro addictarum practicatur.

*An recipiendę ad chorum possint transire ad statum conversarum, vel è contra.*

## SUMMARIUM.

*Hæc quæst. scitata est à P. Mendo cogitante, appellatione communi aliarum Religionum posse in hac parte comprehendi Moniales Militares; sed quia requirantur qualitates in istis, diversæ pœne, ac in aliis, & ob alias rationes, quæ hic exponuntur, in fructuosum videtur de hac re agere in Monialibus Militaribus, sicut circa Fratres Clericos, an possint transire ab statu clericali addictorum choro, ad statum inservientium vulgo* Sergentes, *& è contra numer. unic.*

## *QUÆSTIO IV.*

HANC quæstionem excitavit doctus P. Mend. *de Ordin. disquisit.* 14. *q.* 1. *num.* 3. circa finem, sed meo videri pœne inutiliter: quia raro, aut nunquam potest offerri casus talis transmigrationis; verum quia potest contingere ullus ex casibus relatis in rubro hujus quæstionis, dico supponendo in primis sententiam quorundam AA. qui tenent posse choro addictas transire ad conversas, seù Fratrisas, & è contra:ea nixorum potissima ratione: quia non mutatur substantia status, cum omnes profiteantur eandem Regulam, & emitant æquè tria vota substantialia: nec Prælatus, qui in ea rranslatione dispenset, aliquid operatur contra regulam, sed tantum dispensat circa recitationem horarum Canonicarum, ut animadvertit Sanch. *lib.* 6. *consil. moral. cap.* 7. *num.* 80.Sed ipsa non obstante ratione,non posse translationem fieri in Ordinibus Militaribus,suadent nobis sequentia fundamenta 1. *decis. Sacr. Congreg. jussu Clem. Pap.VIII. edita die* 19. *Maii anno* 1603. qua cavetur expresse, recipiendos ad statum conversorum non posse etiam in tempore novitiatus transferri ad statum Clericorum: qua prohibitione stante, rectè infertur in Monialibus neutiquam posse fieri talem translationem. Nec valet dicere hanc constitutionem, ut pote odiosam, & loquentem tantum de viris non posse extendi ad mulieres: quia hoc totum contrarium est juris dispositioni: nam talis constitutio, eo, quod sit favorabilis communi Religionis in eo, quod per eam vitetur confusio, & variatio vocationum, quod vitari debet: parum interest, quod in aliquo reputetur odiosa circa hunc, vel alium receptum ad habitum, si quoad commune Religionis sit favorabile: nam in his terminis dispositum in masculino

sexu

sexu, intelligitur dispositum in fœmineo P. Suar. *deleg. lib. 4. cap. 10. n. 3.* & alii plures. Secundum : quia non congruit decori status Religiosi, qui servatur in his Ordinibus Militaribus, ut de statu conversarum transeant ad Choristas, & quod Choristæ transeant ad conversas, cum omnino dispar sit conditio istarum, ac illarum. Qualitates excellentiores requiruntu. in illis, ac in illis; & sic permissa translatione prædicta, resultaret difformitas magna, ac valdè notabilis : qua propter nunquam vidimus, nec audivimus talem translationem fuisse factam in Conventibus Monialium, neque in Conventibus Fratrum Clericorum transire ad Sergentes, neque de Sergentis ad statum Clericorum. Undè quæstio excitata à P. Mendo, licèt fortasse in aliquibus Religionibus possit practicari, in his Ordinibus, praxi digna non est : ac denique videtur loqui de subjecto non suponente.

*Quæ qualitates desiderentur in Monialibus ad habitum recipiendis?*

## SUMMARIUM.

*Exponitur litteraliter stabiliment. tit. 14. cap. 1. nostri Ordinis, ubi agitur de qualitatibus, quę desiderantur in Monialibus ad recipiendum habitum, & inter eas peti videtur nobilitas sanguinis. num. 1.*

*P. Mendo negat nobilitatem desiderari ex speciali dispensatione Pontificia, sed Author testatur eam quæsivisse, & quod minimè eam invenit : aducit alias rationes, quę videri possunt. ibid.*

*Auget Author probationem sui asserti ex verbis schedularum Regiarum commissarum informantibus, pro probationibus faciendis harum Monialium. num. 2.*

*Respondet idem Author instantię factæ adversus suum sensum ex aliis verbis earumdem schedularum, & ex facie proprio. n. 3.*

*Prosequitur Author, & idem observandum asserit in Fratribus Clericis, ac in Monialibus probatum reliquit. num. 4.*

*In Ordine Calatravensi ex tribus Conventibus Monialium ipsius, tantum Assumptionis de* Almagro *petit probari nobilitatem Varoniæ Paternę, & Maternæ, & assignatur ratio, quare in aliis non videtur peti. n. 5.*

*Ordo verò Alcantarensis, qui tantum duos habet Conventus Monialium, in eo, quod dicitur Sancti Spiritus de* Alcantara *recipiendæ ad habitum probare debent similem nobilitatem, quæ petitur in Calatravensibus Assumptionis de* Almagro. *n. 6.*

*Fratrisę, seù conversæ in nullo Ordine magis probant, quam puritatem sanguinis, & notatur pro omnibus informationibus, eas remittendas esse sygillatas ad Regale Consilium Ordinum, & quod Informantes illarum non possunt recusari. n. 7.*

### QUÆSTIO V.

QUALITATES in Monialibus ad habitum admittendis requisitæ referuntur *in lib. stabilim. tit. 3. cap. 1.* ibi : *Ordenamos, y mandamos, que no se reciba persona alguna para Religiosa, ni hermana de los Conventos de Monjas de nuestra Orden, que tenga raza de Judia, ò de Mora, ò conversa, y que demàs de esto haya de tener la misma hidalguia, y nobleza de sangre, que se pide à los Caballeros; y que para este efecto se haga informacion, como se acostumbra a hacer con los Caballeros, que reciben el habito; y que à el tiempo, que fuere recibida, sea apercibida, que si despues paresciere tener algun defecto de los dichos, le serà quitado el habito, y echada de la Orden, aunque sea professa.* Tamen ex speciali Pontificis dispensatione de puritate sanguinis, non verò de nobilitate peraguntur informationes, de quo testatur P. Mendo. *disquisit. 14. quæst. 6.*

n. 64. ubi praxim hanc defendit fundari in dispensatione Pōtificia: sed ego, licèt quęsivi, & requisivi prędictā Bullā, nec inveni, nec vidi, & mihi perdifficile fit eam peritam fuisse ab Ordine; neque videri necessariam, cum ordo semper conatus est abundare nobilioribus personis, non solùm in statu Laicorum, verùm etiam in statu Clericorum, & Monialium, ut patet ex *titul. 3. cap. 1. stabiliment.* ubi agitur de qualitatibus, quas habere debent Moniales, & Fratres Religiosi ejusdem Ordinis: & si illud stabilimentum derogatum esset per dispensationem Pontificiam, in ipso notaretur jam in littera, jam in margine, ut adsolet fieri in aliis dispensationibus Pontificiis.

2 Nec potuit, nec potest dici prædictum stabilimentum revocatum fuisse ab Ordine in suo Capitulo generali, vel à Consilio Ordinum fuisse aliud ordinatum: nam nec Capitulum, & multò minus Consilium potest revocare, quæ sunt ab Ordine expressè stabilita, nec debet intelligi revocatum: nam visis schedulis Regiis, quæ solent expediri pro informationibus Monialium, in illis dicitur: *Observando puntualmente lo prevenido, y mandado en la instruccion, dada para pruebas de los Caballeros de la dicha Orden de Santiago, por lo que toca à los Instrumentos fechacientes, que sean necessarios para comprobacion de lo susodicho, de que assimismo os será entregado traslado.* Et instructio, quę porrigitur Commissario informationum Monialium, ea nempè est: *Que las compulsas, que se han de traer al Consejo para corroborar la informacion, sean enteras, de las partidas de Bautismo, Casamientos, Velaciones, Entierros, Testamentos, Capitulaciones, cartas dotales, bijuelas de particion, fundaciones de Mayorazgos, Executorias, ò probanzas de nobleza, y limpieza*: quæ omnia denotant animum Regii Consilii esse probandam nobilitatem: quipè ad quid exprimeretur: *Executorias, ò probanzas de nobleza, y limpieza*, si illa non esset probanda, simul ac puritas sanguinis.

3 Si autem replicaveris, ex contextu prędictæ schedulæ assuetæ committi ad relatas probationes, verba sequentia: *Sepais, si la dicha Doña N. es hija, y nieta de quienes refiere la Genealogia, que ante Nos se presentò, de que con esta nuestra Carta os será entregado traslado; y si sus padres, y abuelos fueron, y son naturales de las partes, y lugares, que en ella se declara, averiguando la limpieza, y calidad de su linage, y particularmente si alguno de ellos tiene raza de Judio, Moro, converso, Herege, ù otra mala secta.* Tantum exprimere probationem faciendam de origine, & puritate sanguinis, ideoque non posse extendi probationem. Respondebis ultra superius responsum in illis verbis etiam contineri, *y calidad de su linage*: quæ verba etiam comprehendunt nobilitatem, legitimitatem, & officia; & ideo Informantes virtute illius commissionis, & sine ullo alio interrogatorio seorsim ad id dato probant ipsas qualitates, ut ego feci in informationibus actualis Commendatricis D. Mariæ Annæ Nieto & Botello, sororis Comittis de *Monterron*; quæ nunc regit celeberrimum Monasterium Sancti Spiritus nostri Ordinis hujus CivitatisSalmantinæ. Et alii meo tempore, & antea fecerunt informantes harum Monialium, & aliorum Conventuum: quare praxi deducta à P. Mendo ex dispensatione Pontificia videtur omnino corruere, usquedò talis dispensatio Pontificia appareat, quæ expressè revocet stabilimentum citatū.

4 Idemque dicendum videtur de Clericis Religiosis: nam licèt pro illorum informationibus fuerit interrogatorium ordinatum *dict. tit. 3. cap. 2. anno 1653.* ut constat ex ora ipsius, in quo interrogatorio nullum Capitulum fit pro nobilitate probanda, & in *dict. cap. 2. anno 1573.* fuisse stabilitum probandam esse tantum puritatem, quin necessarium sit pro-

bare nobilitatem, hoc videtur factum, & ordinatum à Capitulo generali, ut abundaret Ordo magis, & magis viris insignibus, & litteratis, ut ibi exprimitur; sed hoc disponere nequit per se Ordo, ut suponit P. Mendo, absque dispensatione Pontificia, & antea Fratres Clerici probaverint nobilitatem, non datur ratio congruens, ut ipsi Fratres Clerici desidnant etiam probare nobilitatem: nam non repugnat nobilitati sapientia, nec inter tot nobiles nostræ Hispaniæ inveniri viros litteratos, & doctos: quare jam ex defectu potestatis, jam deficiente ratione motiva, & finali illius stabilimenti Fratres Clerici debent manuteneri in nobilitate probanda, simul atquè Moniales debent eam probare.

5 Ordo verò Calatravensis, qui habet tres Conventus Monialium, ut diximus suprà *in hac parte quæst.* 1. ex illis tantum unus, qui est Assumptionis de *Almagro*, requirit informationes fieri, non solum de omnimoda puritate sanguinis, verùm etiam de nobilitate varoniæ Paternæ, & Maternæ: nam Aviæ Paternæ, & Maternæ, sufficit, quod sint puri sanguinis, quin in eis nobilitas probetur. Hoc verò observatur à tempore fundationis prædicti Conventus: & in aliis cur tam variè observari, si quæras? credo provenire à tot tantisque translationibus factis de aliis Oppidis ad hæc loca, ubi hodie sita sunt: videnda prædicta *quæst.* 1. circa has translationes.

6 Ordo verò Alcantarensis duos tantum habet Conventus Monialium, ut diximus in hac parte *dict. quæst.* 1. Alcantaræ unum, & alium Brocensem, in quibus requiritur probatio puritatis sanguinis, & nobilitatis in Avo Paterno, & Materno, & non amplius; licèt in quarto Capitulo interrogatorii videatur quæri circa alias Paternam, & Maternam: quia contrarium est, quod denotatur in principio *cap.* 2. *titul.* 8. *Juarum diffinitionum*, & praxi receptum est, ut optime prævidit P. Mend. *dict. tit.* 14. *quæst.* 6. *n.* 66.

7 Prætereà circa Fratrisas, & conversas Conventuum Calatravensium, & Alcantarensium, & in Jacobeo Ordine de illis, quæ vocantur *Sergentas*, fiunt etiam probationes puritatis sanguinis, antequam recipiantur, quin aliqua probatio nobilitatis fiat, neque amplius quam de moribus, & vita interrogatur, & de ipsa puritate, de officiis minimè. Quibus informationibus peractis, tam Monialium, quam conversarum à commissario, cui remittuntur, & extracto dempto cum judicio suo feruntur, vel remittituntur ad Consilium Regale Ordinum prædictæ informationes, clausæ, & sygillatæ, quę ibi examinantur, approbantur, vel reprobantur intotum, vel in partem; sed emerita approbatione, Consilium prædictum expedit licentiam Regiam, ut Monialis, vel conversa recipiatur, commitendo simul Religioso Clerico, qui fere semper est Prior, vel Administrator ipsius Conventus, ut illi habitum conferat, quin ille possit recusari, nec debeat æstimari recusatio, si fiat: quia est actus ministerialis in quo nulla potest cadere suspicio, cum ad unguem teneatur exercere, quod ei committitur, & tantum potest ei argui de excessu commissionis.

*Quos habitus, quasque vestes portent Novitiæ, seù professæ Moniales, & simul Conversæ?*

## SUMMARIUM.

*Describuntur habitus, & vestes, quibus utuntur Novitiæ in Ordine Jacobæo, & modus quo benedicuntur à Fratre Religioso Clerico. n.* 1.

*Vestes, & habitus conversarum in Ordine Jacobæo rustiticiores sunt; iste omnino distinguitur ab habitu addictarum*

*rum Choro: nam enſis licèt ruber brachia ſecta habet, benedicuntur à Clerico Fratre admodum quo dictum manet in num. antecedenti. n.2.*

*In Ordine Calatravæ, & Alcantarę Moniales Novitiæ recipiunt habitum à Fratre Clerico, qui inſimul benedicit veſtes, & depingitur color illarum admodum Ciſtercienſium. n.3.*

## *QUÆSTIO VI.*

1 IN Ordine Jacobæo habitus prętſtatur Novitiis Monialibus à Religioſo Clerico, cui committitur à Conſilio hæc facultas, & ab eo confertur in amictu albo ſtaminis, minimè verò ſerici, uſque ad tallos, & ultra extenſo, cum funibus bombiceys, & in extremis fimbriatis flocis ejuſdem coloris, cum cruce rubra admodum enſis in latere ſiniſtro; veſtes deinde præſentantur, ut benedicantur ab ipſo Fratre Clerico cum plagula capitis, & corrigea P. noſtri D. Auguſtini. Veſteſque prędictę nigræ, ac lana textæ, quæ textura dicitur noſtro idiomate *Anaſcote*, & hoc genus tegumenti corpori accinctum trahunt uſque dum profitentur. Quod quidem veſtimentum, quod vocant *Mongil*, ſecernit Novitias à profeſsis, niſi in diebus valdè ſolemnibus, in quibus Prælatæ in illis officiantes ſimiliter etiam utuntur *Mongiles*; verùm diſtinguntur iſtæ ab illis in velamine albo ſuper impoſito, quod non licet Novitiabus trahere tempore novitiatus: trahunt etiam ante pectus crucem prædictam, aut muricem, aut ſericam.

2 Præterea veſtes converſarum ruſtitiores ſunt lana contextæ, & ſimul nigræ, quæ etiam cum corrigea, & plagula capitis benedicuntur, & in thorace manet afixa crux rubra, demptis brachiolis, ut manet ſtabilitum in ſtabilim. *tit.* 14. *cap.* 2. & 3. ut diſtinguantur à Monialibus Chord addictis; & ſicut iſtæ vivunt tempore novitiatus ſub diſciplina Magiſtræ, ita, & converſæ ſunt, ut inſtruantur in Regula, & conſtitutionibus, in ſimulque in actibus inſerviendi, ad quem finem receptæ ſint, imponantur.

3 Moniales Ordinum Calatravę, & Alcantaræ, quæ ad Chorum recipiuntur, eodemmodo, ac forma recipiunt habitum à Fratre Clerico, cui committitur ab Ordinum Conſilio, ut diximus de Monialibus Jacobæis: verùm habitus, & veſtes, quæ benedicuntur, ſunt diverſi coloris, & figurę: nam licèt crux eſt, quæ geſtatur ſuprà pectus, eſt tamen filis ſericis, jam viridis, jam rubris reſpectivè admodum rotæ circundata; veſtes verò albæ lana contextæ cum ſcapulario nigro, & cuculla alba ab illis portantur admodum Ciſtercienſium, cujus Ordinis uſus tenentur obſervare, & Regulam S. Benedicti: & tranſacto tempore novitiatus utuntur velamine nigro ſuperpoſito. Converſę verò horum Ordinum crucem non geſtant, ut à Choriſtis differant, neque velamem ſuper impoſitum nigrum portant, ſed album, tamquam Laicæ Ciſtercienſes habentur, ut mihi à fidedignis viris atteſtatum fuit. Ipſæ verò tam Choriſtę, quam Laicę educantur ſub diſciplina Magiſtræ Novitiarum, admodum Jacobæarum, & nec ullis, nec aliis tribui poteſt habitus, niſi ſint majores 12. annis juxta Concil. *ſeſſ.* 25. *de Regul. cap.* 17. *& conſtat* ex ſtabilim. Ordin. Jacobęi *tit.* 14. *cap.* 10.

### *Quæ ætas requiratur in Monialibus ad profitendum in his Ordinibus.*

### SUMMARIUM.

*Pro ætate requiſita ad profeſsionem Monialium in his Ordinibus Militaribus remiſivè ad partem* 1. *tract.* 3. *quæſt.* 18. *ubi expenditur ſeſſ.* 25. *de Regular. cap.* 15. *Concilii Trident. n.* 1.

*In Monialibus diſponit Concilium*

*Tridentinum ætatem duodecim annorum requiri ſeſſ. 25. de Regular. cap. 17. ſed hoc intelligendum eſt ad ingrediendum in novitiatum, & allegatur deciſſ. Sacræ Congregat. Concilii. n. 2.*

## *QUÆSTIO VII.*

1 PRO profeſsione conferenda protrahenda ſunt, quę diximus *part. 1. tract. 3. quæſt. 18. per tot.* ubi tractavimus de ætate Fratrum Clericorum requiſita ad profeſſionem, & ibi expendimus *ſeſſ. 25. de Regul. cap. 15.* & litteram decreti Concilii Trident. quo diſponitur tam viros, quam mulieres in quocumque Ordine debere habere 16. annum expletum: qua conſtitutione conciliari ſuppoſita, nulla debet haberi profeſsio, quæ ante illud tempus fiat, ut ibi conſtituitur, & optimè docent AA. citati in dicta quæſtione: in tantum, quod etſi urgeat neceſsitas periculi mortis imminentis, non poteſt fieri profeſsio, licèt quidam teneat contrarium. Nec valet dicere prædictum decretum conciliare non exprimere Ordines Militares: nam ſufficit, quod utatur illo verbo *in quacumque Religione*, cum influat in ſubſtantiam ſtatus Religioſi, & illud verbum diſtributivum *quacumque Religione* equivalet univerſali, & tunc Ordines Militares, licèt valdè privilegiati, continentur in eo, quod eſſentiale eſt ſtatui Religioſo ſub illa appellatione, licèt in odioſis non comprehendantur.

2 Quoad receptionem habitus, ętas, quæ requiritur in Monialibus, eſt 12. annorum expletorum, ut manet ordinatum à Trident. *d. ſeſſ. 25. de Regul. cap. 17.* hoc eſt ad ingrediendum in novitiatum, ut ſtabilitum eſt pro omni Religione. Quod quidem intelligendum eſt non ſolum in Ordine Jacobęo, in quo expreſsè ſtatutum eſt in ſtabilim. *tit. 14. cap. 10.* debere profiteri Moniales hujus Ordinis ſecundum diſpoſitionem Concilii Tridentini, verum etiam in cœteris Ordinibus: quia licèt circa hoc nihil in illis ſit diffinitum, diſpoſitio conciliaris illas ſimul debet comprehendere: quia plurimum ſtatui Religioſo adhęret ætas, ut intelligatur rectè cognitus ſtatus quem quiſque recipit, & ob alias rationes, quas attigimus ſuprà *p. 1 tract. 3. q. 11.* ubi de Clericorũ Fratrũ ętate requiſita ad receptionẽ habitus, diximus ad ingrediendum in novitiatũ: nam ut ait P. Thom Sãch. *in ſumm. lib. 4. cap. 18. num. 8.* ante eam ætatem Moniales admitti poſsint ad Religionem, nihilominus tamen in novitiatum ingredi non poſſunt ante completam illam ętatem: etenim P. Suar. *tom. 3 de Religion. lib. 5. cap. 9.* cum aliis intelligunt decretum Concilii de exploratione voluntatis: tamen ſacra Congregatio Concilii, quam tradit Vech. *in praxi diſput. 52. num. 9.* contrarium deciſit, & rectè.

*An annus novitiatus debeat integrè adimpleri, & quæ circunſtantiæ, & conditiones præcedere debent pro profitendis Monialibus.*

### SUMMARIUM.

*Novitiatus incipit à tempore receptionis habitus, & currit de momento in momentum, ſed ſi Novitia ægrotaret, ita, ut ibi nequeat cõvaleſcere, poteſt cum licẽtia Superioriſæ ad domum Parentum exire cauſa valetudinis, quin intelligatur interrumpi annus novitiatus, cum P. Suar. & declarat. ſac. Congregat. n. 1.*

*Præterea debet conſtitui dos, cautione præſtita, vel datis fidejuſoribus, aliquibus adhibitis conditionibus, quæ hic referuntur; ſed ante profeſsionem paulò ante debet reponi in arca Communitatis. num. 2.*

*Pro approbanda Novitia fieri debent quatuor tractatus, ſeù capitula, & ultimum fieri debet completo menſe 10. novitiatus, ut ipſa poſsit in bimeſtri ſequen-*

*quenti renuntiare bona ſua, & remiſsivè ad p.1. tract.3. q.25. per tot. ubi de Novitiis Fratribus. n.3.*

*Novitia nequit renuntiare bona quærenda, niſi adhibito conſenſu majoris partis Conventus, & illorum, quibus ſuccedendum eſt. n.4.*

*In poſtremo menſe novitiatus Prælata tenetur exponere approbationem Novitiæ Regali Ordinum Conſilio, ut illud conferat commiſsionem, ad explorandam illius voluntatem: & reſpondetur difficultati, quæ oritur ex doctrina Barboſ. qui ex Concilio Trident. aſſerit indiſtinctè ad Ordinarium loci expectare, ubi ſitus eſt Conventus, ſivè ſit ſibi ſubjectus, ſivè exemptus. n.5.*

*Exponitur forma explorationis voluntatis, & quæ interrogationes fieri debèt Novitiis Monialibus, & quid, ſi recuſetur Commiſſarius, & puella non conteſtur in aliqua ex interrogationibus illi factis. n.6.*

*Exploratio voluntatis, quæ bis fieri debebat puellis Novitiis tam ante receptionem, quam profeſsionem habitus: in Hiſpania ſolùm ante profeſsionem fieri receptum eſt: ſed in noſtris Ordinibus interrogationes, quæ fiunt tempore datæ habitus ex antiqua conſuetudine, poſſunt accipi pro exploratione altera, quę fiebat juxta Concilium ante receptionem. num.7.*

## *QUÆSTIO VIII.*

1 A Tempore receptionis habitus incipit annus novitiatus in quo, ut diſponit Trident. *ſeſſ.25. de Regul. cap.15.* per ſingula momenta debet Novitia permanere in Conventu, & ſub diſciplina Magiſtrę, quæ tenetur illam inſtruere in regula, & conſtitutionibus, in cantu, & forma recitandi horas Canonicas. Non ideo quod integer petatur annus noviciatus interrumpitur, ſi cauſa valetudinis curandæ exeat Novitia cum licentia Superioriſæ, ut tenet Exim. Suar. *tom.3. de Religion. lib.15. cap.14. num.13.* ubi allegat declarationem ſacræ Congregat. Cardinalium in hujus rei comprobationem.

2 Debet etiam dos conſtitui pro Novitia recipienda, cautione præſtita de ſolvenda dote, datis fidejuſoribus, vel deponendo quantitatem in pecunia numerata juxta taxam dotis, cum hac conditione de pecunia illa reddenda, caſu, quo Novitia decederet ante profeſsionem, vel ipſa egrediatur, nollens profiteri, ut tenet P. Mendo. *de Ordin. diſquiſit. 14. quæſt.2. num.15.* cum Exim. Suar. ab eo citato, qui docuit eo modo ſatisfieri diſpoſitioni Conciliari prohibenti traditionem dotis ante tempus profeſsionis, ſed paulò ante debet tradi, quin poſſit dari profeſsio, antequam conſtet de traditione, & ſolutione illius, & in arca ſit repoſita.

3 Deinde pro Novitia debent fieri quatuor tractatus in anno pro vita, & moribus, & profectu illius in Religione, an expediat, vel non, ad tollerandas aſperitates ipſius? ut in reformatione noſtri Ordinis cautũ eſt, *cap.79. pro Novitiis viris Conventualibus.* Quod obſervandum videtur expedire in aliis Ordinibus, ut ſic paſsim conſtet temporis tranſcurſu pluribus actibus, & congregationibus factis circa modum vivendi prædictæ Monialis, ut rejiciatur, aut admittatur: & ultimus tractatus ſemper debet fieri completo menſe 10. ut ipſa poſsit facere renuntiationem, quæ ei à jure conceditur ante ultimum bimeſtre anni novitiatus, ut diximus *part.1. tract.3. quæſt.25. per tot.* Quæ ibi dicta adaptanda ſunt Novitiis Monialibus; ubi etiam agitur, an facto ultimo ſcrutinio pro Novitia, ſi ſuperveniat cauſa poſsit, expelli? *num.3* dicitur quod ſic, loquendo de Novitio, quod accommodandum eſt Novitiæ.

4 Ab eadem Novitia fieri debet renuntiatio omnium bonorum adquiſitorum, minimè verò fieri poteſt

teſt quærendorum, jam ratione hereditatis Paternæ, & Maternę, jam aliuſcujuſque profecticiæ, ſeù adventitię, quę ei ex poſtfacto contingant, niſi cum conſenſu Capituli, aut ejus majori parte: ut rectè ſtabilitum eſt in reformatione noſtri Ordinis, etiamſi conſentiant illi, quibus ſuccedendum eſt, ut pro Novitiis Clericis antea libavimus *part.4. tract. 3. queſt.27. & 31.* quę omnia ibi dicta hic adaptanda ſunt. Alia verò, quę congerit P. Mendo circa Moniales in cõmuni *d. diſquiſ. 14. per tot.* & quæ diximus *d. 1. part. tract.3.* quę adaptabilia ſunt Monialibus Militaribus, non repetam: quia tam in prædicto Authore, quam in meo opere ſatis digeſta ſunt.

5 Cæterum paulò ante completum annum novitiatus Prioriſa, ſeù Commendatrix, jam per ſe ſolam, jam cum Ancianis, ſeù Conſiliariis juxta morem Communitatis approbationem Novitiæ mittit ad Conſilium Ordinum (uno menſe ante completum annum juxta Concilium *d. ſeſſ. 25. de Regul. cap.17.*) ut illam confirmet, & expediat Regalem proviſionem pro Novitia profitenda, & ſi ſibi placet jubet librari: quæ quidem proviſio ſolet committi Priori, ſeù Adminiſtratori cum facultate exponendi Novitiam in loco tuto, ubi libere propalet ſuam voluntatem. Quæ commiſsio, ſeù facultas explorationis, quamvis à Concilio Tridentino committitur ordinario loci, ubi Conventus ſitus eſt, ut decernitur *ſeſſ.25. de Regul. cap.17.* tenet Barboſ. cum pluribus *de poteſt. Epiſcop. allegat. 100. in princip.* & inter eos noſter D. Hieron. à Venero & Leiba Archiepiſcop. montis Regalis *in exam. Epiſcop. lib. 6. cap. 25. à num.9.* nihilominus tamen Concilio non opponitur ipſam hujuſmodi explorationem fieri de commiſsione magni Magiſtri, ſeù Adminiſtratoris perpetui horum Ordinum: quia domus, & Conventus ipſorum ſunt omnimodè exempti, & habentur tanquam territoria ſeparata, in quibus Ordinarius Diœceſanus nullam juriſdictionem habet, perſonęque horum Ordinum ſunt immediatè ſubjectę Sedi Apoſtolicæ, ut ſępè ſæpius docuimus repetitis in locis hujus operis. Quare ergo decretum Concilii citatum intelligi debet de exemptis jure communi, non autem de omnimodè exemptis. Et hoc amplius patet: nam juxta declarationem Congregationis Concilii in una Burgenſis 4. *Decembris* 1627. quam tradit Tambur. *de jure Abbatiſar. diſput. 3. quæſt. 2. n. 8. cum ſequent.* Epiſcopus per cenſuras poteſt obligare Abbatiſas, ne recipiant ad profeſsionem puellas, quin præcedat exploratio voluntatis earum; ſed ſi Epiſcopo loci hoc liceret exercere in Prioriſas, Commendatrices, aut Abbatiſas Ordinum Militarium, infringendum veniret privilegium, quo gaudent omnimodę exemptionis à prę-ceptis Diœceſanorum, ut multoties fundatum manet: ergo tam ratione loci, quam ratione perſonarum exploratio debet fieri, ut dictum eſt, de commiſsione D. Magiſtri, qui ut Ordinarius ipſarum Monialium habetur.

6 Exploratio voluntatis puellarum, quę facienda eſt à Commiſſario, in hunc modum tractanda eſt. Primo extrahit puellam ad exteriorem Eccleſiam Monaſterii, vel in aliam propinquiorem, & commodiorem, prout magis convenire judicaverit: ubi voluntatem ejus exquirere poſsit, & ille interrogat puellam, an ea ſit in ſufficienti libertate, ut poſsit perage-re ſuam declarationem? vel an requirit aliam ampliorem? etſi reſponſum prębeat nulla alia egere, procedet ad ferendum juramentum ipſius puellæ, etſi dixerit alia ampliori libertate egere, ea libenter concedenda eſt, & pro ea inquirenda ſequentes interrogationes faciendæ ſunt. Primo, quam ætatem habeat? ac ſi explevit, annum novitiatus, & ſi ſatisfaciat, dicens, quod habet decem, & ſex integros annos,

& completum novitiatus annum: prosequitur interrogans, an sit seducta, aut vi territa ad profitendum? & contestans, quod non; progreditur an sponsalitia contraxerit de futuro, vel alii nupserit? & si dicat, quod non: alia fit interrogatio, an sit professa in alia Religione, vel nuptias contraxerit, aut sponsalia de futuro celebraverit? & si testatur, quod non: progreditur, & ait: an sit satis instructa in regula, & constitutionibus, & an habeat aliquam infirmitatem contagiosam, vel aliquod impedimentum Canonicum, ut nequeat profiteri? etsi dixerit quoad primam ex his duabus interrogationibus affirmativè, & negativè ad postremam, intercludet Commissarius declarationem, & faciat eam puellam subscribere, & ipse subscribat: & si illi benè visum sit concedere aliquod exiguum tempus ad deliberandum, ei concedat, dummodo non excedat quindecim diebus: & constando ei de dote recepta poterit progredi ad professionem dandam: quin exercente Commissario omnia prædicta, & quæ continentur in Regia provisione possit ipse recusari, nec conqueri de illo in modo procedendi, qui observat dispositionem Consilii in illo actu, & ob temperat præcepto superioris: quare non cadit recusatio illius commissarii, qui dato casu, quod prædicta puella non contestetur in aliqua ex interrogationibus propositis, debet consulere Regale Consilium Ordinis, & interim deponere puellam Novitiam, ubi illi bene visum fuerit.

7 Hæc exploratio voluntatis bis debebat fieri tam ante receptionem habitus, quam ante professionem, ut tenent plures citati à Barbos. *in collect. Concil. sess.* 25. *de Regular. cap.* 17. *& de potestat. Episcop. allegat.* 100. Sed in Hispania tantum receptum esse semel fieri ante professionem, attestatur prædictis in locis cum aliis ab eo allegatis. Quapropter hoc idem observatur in nostris Ordinibus Militaribus. Præterea animadvertendum est, quod si declaratio non fiat, & Superiorissa profiteatur Novitiam, non ideo invalidatur professio, licèt ipsa Prælata maneat ligata pœnis ab ordinario impositis: ut cum prædicto Barbosa tenent omnes ab eo relati in prædictis locis. Et hęc doctrina, & alia animadversa in hac quæstione equè adequanda est omnibus Monasteriis tam Jacobæis, quam Calatravensibus, & Alcantarensibus: quia omnia in hac parte metiuntur eadem mensura, & regulis à jure communi statutis.

---

## TRACTATU II.

### DE PROFESSIONE MONIALIUM Militarium, & quid observare debeant post illam emissam.

*Quænam fuerit olim forma professionis dictarum Monialium, & an conjugalem castitatem tantummodo profiterentur.*

### SUMMARIUM.

*Non habuisse aliam Regulam Moniales nostri Ordinis, nisi confirmatam ab Alexandro III. sentit Basilius de Leon, & docet professionem eandem, quam Equites faciunt, Moniales etiam facere; & refertur stabilimentum D. D. Ildephonsi de Cardenas pro Monialibus. n.* 1.

*Licèt in initio Ordinis dabantur Fratrisæ, quæ castitatem conjugalem profitebantur, etiam erant Moniales, quæ profitebantur absolutam, & perpetuam castitatem, ad quod citantur noster Agurleta, & Bullarium. n.* 2.

*Alius locus prædicti hisographi Agurleta in comprobationem citatur, & exponuntur verba Bullæ Alexandri III. quæ demonstrant loca fuisse constituta, & separata pro viris strictioris vitæ. n.* 3.

Ci-

*Citantur in comprobationem ipſius aſſumpti verba Bullę Innocentii III. & prædicti Alexandri III. confirmationis noſtræ Regulæ, ubi dicitur*, habeantur in ipſo Ordine, qui cœlibem, ſi voluerint, ducant vitam. *n.*4.

*Ex locis ſtatutis pro viris continentibus, ſimulquè pro conjugatis ſtat validum argumentum, quod ex principio Ordinis veniunt profitentes ſtrictiorem vitam, ſenſit noſter Ramirez. n.*5.

*Pro Monialibus ſtrictioris vitæ etiam fuerunt ſtatuta loca, ut ait prę-citatus noſter Agurleta, & tantum remanſerunt cum caſtitate conjugali Moniales de* Junqueras, *Barchinonenſes, & Moniales* de los Santos *Uliſipone, quę in ea conſuetudine profitendi caſtitatem conjugalem permanſerunt. n.*6.

*Moniales cæterorum Ordinum ſemper voverunt à limine fundationis tria vota ſubſtantialia, ut Equites vovebant uſque ad Bullam, quæ dicitur* del Caſar. *n.*7.

## *QUÆSTIO I.*

1 IN Ordine Jacobæo Monialium profeſsionem, ac vivendi normam, non aliam fuiſſe, niſi juxta confirmationem Alexandri III. & eam Regulam, quæ Fratribus Equitibus deſignata eſt, colligunt, qui ita ſentiunt, ex antiqua Regula: nec enim alia in eorum monumentis invenitur; tum ex antiquæ profeſsionis forma, quæ ab eiſdem aſſervatur, & eam refert Doct. Baſilius de Leon in quodam Conſilio, quod de hac re manuſcriptum reliquit, ubi *fol.*7. *fin.* ita dicit: *Quanto mas, que ſiempre antiguamente los Freiles, y las Freilas hicieron la profeſsion, con la miſma orden de palabras, como ſe vè en todas las Reglas eſcriptas de mano, y en una del tiempo de Don Alvaro de Luna, eſta pueſta, y dice de eſta ſuerte: Yo Fulano me doy à Dios, &c. Y juro, y prometo ſer obediente à vos D. Alvaro de Luna Maeſtre, que ſodes preſente, y à todos aquellos, que obieren vueſtras veces, y al Maeſtre veniente deſpues de vos canonicamente entrante en todas, y por todas coſas, ſegun la regla, è eſtablecimientos de la Orden de Santiago, è de no tener propio ſin licencia del Maeſtre, è de ſu Comendador, è de mantener caſtidad conjugal, è diga el Prelado, &c.* Ita Baſilius. Tum etiam quia alias nullum ſtat diploma Pontificium, quo alia vivendi forma dictis fœminis preſcribatur, ut approbetur ab ea adverſa, quam firmavit Alexander III. tum etiam conſtat ex Regula, quæ ſingulis ſextis feriis legitur ab illis inter ſumendos cibos, qua eam, quæ Equitibus deſtinata fuerat, illi accomodabit D. Alphonſ. de Cardenas, Militię S. Jacobi Magiſter: in ejus enim proemio inquit: *Don Alphonſo de Cardenas por la gracia de Dios, general Maeſtre de la Orden de la Caballeria de Santiago de la eſpada, ſi las obras de miſericordia nos obligan à conſolar à nueſtros proximos, quanto mas à nueſtros hermanos de nueſtra profeſsion, y habito, en eſpecial à las devotas hermanas nueſtras Comendadoras, y Freilas Religioſas de nueſtra Santa Orden, à quien mucho ſomos obligados: è como quiera, que en ella tengamos Monaſterios, è Caſas, è Conventos de Comendadoras, è Freilas Religioſas; pero por quanto la dicha nueſtra Orden mas principalmente hovo reſpecto à los Varones, por razon de la Caballeria, è à los Priores, è Freiles de Miſſa, que à las dichas Comendadoras, y Freilas Religioſas de ella, la Regla de la dicha nueſtra Orden, eſta mas dirigida, è enderezada à los Varones, que à ellas, è quando la han de leer, y uſar de los mandamientos, è coſas de ella, convienele mudar muchos vocablos, è coſas de ella, que à las dichas Comendadoras, è Freilas, non conviene en lo qual reciben fatiga, è efuſcacion, è enojo: por lo qual à ſuplicacion de la muy devota Señora Doña Mayor Caello, nueſtra Comendadora del nueſtro Monaſterio, è Encomienda de Sancti Spiritus, de la noble Ciudad de Salamanca. Nos con los*

Re-

*Reverendos Priores de Uclès, è San Marcos de Leon, è con los trece Caballeros Electores del Consejo de la dicha nuestra Orden, con la dicha Comendadora, e con algunas Freilas de dicho Monasterio de Sancti Spiritus, habemos platicado en este nuestro Capitulo, que comenzamos à celebrar en la nuestra Villa, y Convento de Uclès, è continuamos en esta Villa de Ocaña, è fecimos ver con diligencia la dicha Regla de nuestra Orden, ò por quitar la dicha fatiga, è enojo à las Comendadoras, è Freilas Religiosas de la dicha nuestra Orden, que ahora son, ò fueren de aqui adelante, ò por mas las alumbrar, è que mas ligeramente sepan del todo lo que la dicha Regla à ellas, è à sus Casas, è à Monasterios atañe, è para su cõsolacion tuvimos por bien de acuerdo en sentimiento expresso de los susodichos, è de la dicha Comendadora, è Freilas de hacer, segun hicimos, sacar de la dicha nuestra Regla lo que à ellas conviene, è atañe, mudando los vocablos, è cosas, que à ellas conviene en la forma siguiente.* Deinde sequitur regula, quæ nunc in dicti Ordinis statutis, nonnullis immutatis, quæ mutando accommodata ad fœminas judicarunt: ex quibus apparet, dictas Moniales nullam aliam professionem, ac vivendi normam habuisse, nisi juxta Alexand. III. confirmationem, & regulam, quæ Equitibus designata est.

2 Nec in mentem nostram venit dubitare, quod in primis temporibus dicti nostri Ordinis dabantur Fratrissæ, quæ profitebantur castitatem conjugalem, sed in iisdemmet temporibus, non dubitamus etiam dari Moniales, quæ quidem profitebantur castitatem absolutam, ut pro comperto habetur, apud nostrum Agurleta *in continuat. Apolog. pro S. Domin. §. 22. cap. 1. n. 28. in fin. pro apend. vit. fundat. nostri Ordin.* ubi citans Archiepiscopum Acuña super translationem Monialium Conventuum D. Jacobi in Ulisponem ait: *En cuya translacion era lo mas natural que darse en ellas algunas de la castidad absoluta, porque las habia, y podia haver, diga lo que quisiere el M. Basilio Ponce, y los que le siguen.* Ex quibus verbis, & aliis, quæ in vita dicti nostri venerabilis Fundatoris (ut ipsum appellat *cap. 29. num. 3.*) conjicio admodum, quo in principio nostri Ordinis in domibus majoribus structæ fuerunt tres separationes: una Equitum conjugatorum; alia verò strictioris vitæ, & Canonicis alia. Etiam structæ fuerunt in antiquo tres domus contiguæ præ Monialibus: una, quæ dicebatur conjugatarum uxorũ Equitum; altera vero strictæ castitatis, & altera contigua Prioris, & Fratrum pro Monialibus instruendis in disciplina, & regula, ut in parte depingit domũ Regalis Conventus S. Spritus prædictus noster Agurleta loco jam citato *in apolog.* & constat ex Bullario nostri Ordinis *pag. 210.*

3 Hoc etiam mihi suadent verba prædicti historiographi *dict. cap. 29. n. 3.* ubi sic ait: (loquens de zelo, & cura venerabilis Petri Ferdinandi) *mas especial le puso en Uclès, para què las fabricas estuviessen correspondientes à la mejor observancia de la Regla: y demàs de la Regla venia con otro encargo de Alexandro III. y Cardenales, que era hacer estancia separada para los Caballeros de vida estrecha, sin comunicarse con los Canonigos, mas que por la Iglesia, y con los demàs Caballeros, por parte ninguna. Este encargo fue para que si algunos Caballeros, demàs del Celibato perpetuo, que pòdian guardar en el Convento mayor suyo, quisiessen aun mas estrecha la vida, se les hiciesse estancia estrechissima. Esta se dispuso de forma, que la Iglesia tenia las tres entradas con tal arte, que por una, solo podian entrar al cuerpo de ella el Maestre, y Comendador con su Convento mayor: por otra al Coro alto, solos el Prior, y Canonigos, y por otra à un Choro baxo los de vida estrecha unicamente.* Hæc sunt verba prædicti historiographi, quæ denotant

mandatum adimpletum fuiſſe à Petro Ferdinandi; quod indicant verba Bullæ expeditæ *anno* 1179. *Signiæ* 13. *Kalendas Auguſti, in Bullario anno prædicto, ſcriptur.* 1. ubi inquit: Summus Pontifex: *Nos igitur ipſius, & aliorum Fratrum precibus inclinati conſtituimus, ut locum aliquem arctiorem haberent, in quo Fratres, qui ſine uxoribus vellent eſſe, & caſtè vivere ſub arctiori Regula, poſſent Domino deſervire, quod, & ipſi, ſicut audivimus, facere curaverunt.* Et paulò poſt, *cum in hoc Ordine ſub ſtrictiori obſervantia, peccata ſua valet expiare.*

4 Arctioremque domum fuiſſe pro arctioribus Equitibus, qui abſolutam caſtitatē profitebantur, denotant expreſſa verba Bullæ Innoc. III. datæ *anno* 1208. *Sore Kalendis Septembris in Bullario fol.* 54. *anno* 1208. „ *ſcript.* 1. *num.* 2. ibi: Tua nos præte„ rea devotio requiſivit, cum plures „ Fratres Militiæ S. Jacobi à prædeceſſoribus tuis accepta licentia, quæ „ ſecundum inſtitutionem Ordinis „ non debet petentibus denegari, in „ expenſis domus tibi commiſſæ, extra „ ipſam, vitam elegerint arctiorem, „ utrum eos, cum eidem domui videris expedire, ad Collegium valeas „ revocare, ita quod inter Fratres vi„ tam, quam elegerunt arctiorem, „ agant, ad melioris converſationis „ exemplum. *Cui conſonant verba Bul„ læ confirmationis noſtri Ordinis in „ Bullario anno* 1175. *fol.* 13. *ubi ipſe „ Summus Pontifex num.* 2. *ſic ait*: Non „ veni facere voluntatem meam, ſed „ ejus, qui miſit me Patris in „ habitu, & converſatione Religionis, „ ſub unius Magiſtri ſtatuerunt obe„ dientia commorari, eo utique mo„ deramine propoſitum ſuum, & Or„ dinem temperantes, ut quia univer„ ſa turba fidelium in conjugatos, & „ continentes diſtinguitur, & Domi„ nus JeſusChriſtus non ſolum pro „ viris, ſed, & pro fœminis quoque „ de fœmina naſci voluit, & cum ho„ hominibus converſari, habeantur in „ ipſo Ordine, qui cœlibem, ſi voluerint, ducant vitam, & Conſilium „ Beati Pauli ſequantur: qui dicit de „ virginibus autem præceptum Domini non habeo, conſilium autem do. „ Sint etiam, qui juxta inſtitutionem „ Dominicam ad procreandam ſoboſlem, & incontinentiæ præcipitium „ evitandum conjugibus ſuis utantur, „ & una cùm eis ad incolatum ſuper„ næ Patriæ de convalle lachryma„ rum, & terrena tranſire peregrina„ tione nitantur, & lachrymis diluant, „ & operibus pietatis, ſi eos ſuper „ fundamentum ſuum, quod Chriſtus „ eſt, pro cura carnis, & affectibus „ liberorum, ligna, fœnum, ſtipulam „ ędificare contingat, cum alii expe„ ditiores, & continentes ædificent „ aurum, argentum, & lapides pre„ tioſos, & iſti tamen, & illi militent „ uni Regi, & ſuper unum fundamen„ tum cœleſte, unam ædificent man„ ſionem promiſsione Pſalmiſtæ, in „ Domino roborati, qui minora quo„ que membra Eccleſię confortat, & „ & dicit: imperfectum meum vide„ runt oculi tui, & in libro tuo omnes „ ſcribentur.

5 Non ſolum autem ſtatuta fuiſſe, tam in viris quam in fœminis, qui, quævè caſtitatem conjugalem, & abſolutam, voverint, verum etiam pro ea obſervanda, loca ſeparata ſtatuta fuiſſe, ut inquit eadem Bulla prædicta confirmationis, ibi: *Ubi ſint in Ordine veſtro loca ſtatuta, ubi quiſque diſtrictiùs valeat converſari*: & pro illis verbis exponendis noſter Ramirez *cap.* 15. ait: *Singularia verba ad commoditatem, quæ eſt in hac Religione pro exactiſsima vita, in quocumque Religioſo exigenda: nam ſi deſideres clauſuram, arctiſsima eſt, & perpetua in Conventibus hujus Ordinis.* Cui alludit noſter Agurleta *in vita fundat. cap.* 47. *num.* 11. *circa fin.* loquens de domo majori, quam intendebat ſtruere magnus Magiſter Petrus Ferdinandi, in Villa de *Caceres*, ait

de

de prædicta domo, vel Coventu majori: *Sino es para poner alli el Convento mayor, compuesto de los tres Conventos; el primero de Maestre, Comendador, sor Comendador, y Caballeros Conventuales: el segundo de Prior, y Canonigos; y el tercero de Caballeros Celibes estrechos, y perpetuos*, admodum, quo structum erat in Villa Uclensi, quem depingit *in dicto loco cap. 29. à num. 3. usque ad 6.*

6 Et quod idem observatum fuit erga fœminas, jam in custodienda castitate absoluta, jam conjugali admodum virorum, simulque loca in unum separata statuta fuisse, jam conjugatarum, jam vitæ strictioris perpetuæ, simulque Conventum sibi conjunctum, licèt cum stantia separata Fratrum Clericorum sub Priore ad spiritualia eis ministranda demonstrant antiquiora monumenta, quæ suadent in loco de Distriana Sanctæ Eufemiæ de *Cazollos*, & suadet prædictus Agurleta *in continuatione Apolog. cap. 1. n. 28.* loquens de Conventu S. Spiritus Salmanticensis, & de fundatione Regum Catholicorum Conventus Matris Dei Granatensis, licèt, ut diximus, in ejus fundatione nulla vestigia inveniantur Conventus illarum stantiarum, sed tantum unius pro Monialibus strictæ vitæ, ut hujusmodi sunt omnes, & *quæst. sequenti* videbimus, præter Conventum de *Junqueras*, in quo exinde trahunt consuetudinem profitendi castitatem conjugalem: & hoc sufficiat pro discursu Monialium Jacobæarum in antiquis.

7 Præterea Moniales cæterorum Ordinum Militarium ab initio eorum usque ad hæc tempora semper professæ fuerunt castitatem absolutam: nam sicut ab antiquo omnes illorum Ordinum absolutam castitatem profitebantur, usque dum Paulus III. concessit Laicis facultatem nubendi per Bullam, quæ dicitur del *Casar*, & nullis, nisi illis indulserit hoc privilegium, fœminę manserunt in eadem consuetudine profitendi castitatem absolutam.

*Qualem formam observent hodie dictæ Moniales in sua professione, & quare?*

## SUMMARIUM.

*Aponitur fragmentum Capituli generalis celebrati à D. D. Ildephonso de Cardenas, Magistro nostri Ordinis in Villa Ocanensi, ubi stabilitum, est Commendatricem S. Spiritus Salmantini non posse esse conjugatam, etsi defacto fieret, ipso jure vacaret ipsa Commendanum. 1.*

*Prosequitur stabilimentum citatum, quo disponitur exinde omnes Moniales teneri tria vota substantialia emittere, sicut in aliis Religionibus observatur. num. 2.*

*Circa tempus, quo cœperunt omnes Moniales nostri Ordinis vovere absolutam castitatem, variant AA. aliqui tenent à prefato Capitulo Ocanensi provenire: alii dicunt ab* anno 1573. *quo stabilitum fuit formam professionis servandam esse juxta præscriptum à Concilio Tridentino sess. 25. cap. 17. Author verò sequitur aliam viam, nempe Moniales omnes profiteri tria vota substantialia à tempore, quo Equites transierunt ad vivendum cum uxoribus, & familiis in suis particularibus domibus, & independenter à Commendatore, seù Ordine, nisi in pane, & aqua. n. 3.*

*Excipiuntur Conventus* de Junqueras, *&* de los Santos *Portugaliæ, quæ remanserunt, licèt conjugatæ, in vita clausträli. ibid.*

*Sentientes ab stabilimento D. Magistri Cardenas descendere, Moniales omnes profiteri castitatem, fortitèr invehunt adversus eos, qui dicunt posse intelligi absolutam, sed manere in esse conjugalis, aut quando magis, estimari tamquam votum simplex emissum in manu confessarii. n. 4.*

QUÆS-

*QUÆSTIO II.*

1 CUM, dicti Magistri Alphonsi de Cardenas tempore, Præpositæ mitterentur, vel destinarentur à Rege, & Administratoribus Ordinis conjugatæ, quę ejus Monasterii Salmantini fœminis prę-essent, id molestè ferentibus; Præpositа, quæ tunc erat ejus Monasterii, de majoris sui Conventus partis consensu ad Capitulum generale accedens, quod eo tempore D. Alphonsus de Cardenas Magister dictę Militiæ celebrabat in Ocanensi Oppido, obtinuit, ne deinceps extraneę, & conjugatæ, etiam ejusdem Ordinis, illis præficerentur. Undè Præpositа suo, & ut dixi, majoris partis illius Monasterii nomine, consentit, ut deinceps earum votum non esset de conjugali castitate, ut antea fuerat, sed absolutè castitatem voverent, ac cœtera etiam vota emitterent instar Religiosarum aliarum Religionum; de quo publicum instrumentum confectum est *anno Domini* 1480. 5. *die Martii*, cujus majorem partem placuit subjungere. In eo enim instrumento post supplicationem fœminarum ejus Monasterii hęc continentur inter alia. *Por lo qual en la mejor forma, y manera, que podemos, è de derecho con Dios, è orden debemos, confirmamos, loamos, è aprobamos la dicha costumbre, la qual queremos, que ahora, è de aqui adelante, en todo tiempo, è para siempre jamàs sea usada, è guardada, è habida por ley establecida, è decretada en la dicha nuestra Orden, fecha, celebrada, ordenada, è acordada, è consentida por nuestra authoridad, è del dicho nuestro Capitulo perpetuamente, para que cada, y quando acaesciere vacacion del dicho Monasterio, è Encomienda de Sancti Spiritus de la Ciudad de Salamanca, las Freilas, è Convento de èl, ò la mayor parte de ellas puedan eligir, è elijan entre sì, ò postular persona idonea, è suficiente, è de nuestro habito, honesta, è de buena vida, è conversacion, è costumbres, è de perfecta edad, è que no sea ni pueda ser casada, ni obligada à ley de Matrimonio, la qual haya de ser, y sea presentada à Nos, è à los dichos Maestres, que por tiempo fueren en la dicha nuestra Orden, para que hayamos de confirmar, y confirmemos la tal eleccion, ò postulacion, è la hayamos de constituir, y proveer, e facer titulo, è institucion canonicamente de la dicha Encomienda, è Monasterio, è de sus rentas, è anejos, è que en tiempo alguno, ni por alguna manera no pueda ser, ni sea muger alguna casada, de nuestro habito, y profession, ni de fuera de la dicha nuestra Orden eligida, ni postulada en Comẽdadora del dicho nuestro Monasterio, ni lo pueda tener, ni tenga en titulo, ni por colacion, ni Encomienda, ni por administracion, ni en otra manera alguna, ni pueda pedir, ni demandar licencia del Maestre, ni despensacion Apostolica, ni de otra persona alguna, ni usar de ella para casar, ni otorgar, ni facer casamiento alguno, ni Nos, ni los dichos Maestres nuestros successores, se la podamos dar, ni otorgar, ni conceder motu propio, ni à su pedimento, ni en otra manera alguna. E que si la Comendadora, que por tiempo fuere de dicho Monasterio, atentare de se casar, ò demandar licencia para ello, que por el mismo fecho vaque, è sea vaca la dicha Encomienda, è Monasterio, è las dichas Freilas, è Convento de èl puedan elegir, è postular, è postulen otra Comendadora, è nos la apunten para que nos la hayamos de confirmar, è confirmemos, è facer, è fagamos titulo, y provision de dicha Encomienda, ò el Maestre, que por tiempo fuere de cosa vaca, justa, ò canonicamente.*

Prosequitur, & ait: *Y assimismo queremos, y establecemos, è ordenamos, que las Freilas de dicho Convento, que aora son, y serán de aqui adelante para siempre jamàs, que no puedan casar, ni casen con licencia, ni sin ella, ni con dispensacion, ni sin ella del Maestre, ni Apostolica, ni de otro alguno, so pena*

de

*de caèr en cáſo de deſobediencia, è demàs que le ſea quitado el habito, è lanzadas de la Orden, è del dicho Convento, è Monaſterio, è ſean habidas por agenas, eſtrañas del dicho nueſtro habito, è profeſſion; y que al tiempo, que à èl fueren admitidas, è recibidas, otorguen, è fagan los dichos tres votos de obediencia, è de caſtidad, è de pobreza à la llana, y ſin condicion, como los verdaderos Religioſos los acoſtumbran, y ſuelen fàcer: porque nueſtro Señor Dios, è el dicho ſu glorioſo Apoſtol Señor Santiago ſean mejor ſervidos, è los oficios Divinos mas adminiſtrados honeſta, y ſantamente, è con mayor reverencia, è devocion de la dicha nueſtra ſanta Orden, è Religion: lo qual aſsi mandamos, è Ordenamos, que aſsi ſe faga, guarde, è cumpla aora, è de aqui adelante perpetuamente ſin ninguna contradicion, ni otra interpretacion, ni contrario alguno, non obſtantes qualeſquiera coſas* in contrarium facientes. Et paulò infrà: *lo qual queda aſſentado por eſtablecimiẽto perpetuo de la dicha nueſtra Orden para ſiempre jamàs.* Forma autem profeſsionis *in ſequent. cap.* recenſebitur.

3 E quo tempore redacta fuerit Regula noſtri Ordinis ad Moniales ſtrictioris vitæ, ideſt ad eas, quę profitebãtur caſtitatem abſolutam non ſat benè compertum eſt. Aliqui intelligunt à præfato Capitulo Magiſtri D. Alphonſi de Cardenas: alii verò ſentiunt ab *anno* 1573. quo ſtabilitum fuit à Capitulo generali in Monaſteriis Monialium cuſtodiri debere formam profeſsionis præſcriptam à Concilio Tridentino *ſeſſ.* 25. *cap.* 17. ut conſtat ex ſtabilim. *tit.* 14. *cap.* 10. ſed ego aliam inſector ſemitam, ut potius verosimilem, nempè ex eo tempore deſcendere, quo Equites deſierunt clauſtraliter vivere, & tranſierunt ad degendum cum ſuis uxoribus, filiis, & familia, in ſuis domibus abſque dependientia Commendatariorum: nam ex tunc mancipatę fuerunt uxores, & filię eorum à cura, & diſciplina Ordinis, contentæ cum poſſeſsionibus, fructibus, & redditibus viri, & Patris reſpectivè defuncti. Qua propter Ordini viſa non eſt congrua providentia manutenendi domus conjungatarum, vel voventium caſtitatem conjugalem; ideoque Conventus, qui erant deſtinati ad tales Moniales, ceſſarunt, & ſtrictioris vitę, ſeù voventium caſtitatem abſolutam, & perpetuam permanſerunt: & cum hac qualitate Monaſteria, quæ ex poſtfacto ſtructa, aut translata fuerunt à ſuis clariſsimis fundatoribus, creata fuerunt. Undè niſi illa Monaſteria, quæ probaverint permanſiſſe in illa inconcuſa praxi abſque ulla tergiverſatione vovendi caſtitatem conjugalem, ut contingit in Conventu Barchinonenſi de *Junqueras*, judico, ut ſtrictioris vitæ debere reputari tales Conventus, caſtitatemque abſolutam Moniales illorum teneri profiteri.

4 Qui verò ab illo ſtabilimento Magiſtri D. Ildephonſi à Cardenas provenire aſſerunt hanc diſputationem, fortiter invehunt adverſus illos, qui tenent abſolutum ſolemne votum caſtitatis voveri à Monialibus extunc profitentibus: quia negant ob id fieri poſſe votum ſolemne, ſed tantum ſimplex, & duntaxat poſſet fieri ſolemne, ſi cum approbatione Pontificia fieret, moderando, ſeù revocando Regulam approbatam ab Alexandro III. Hujus ſententię fuerunt doctus, & ſubtilis Magiſter Baſil. Ponze *in conſil. pro Monialibus hujus Conventus Sancti Spiritus* 2. *p. art.* 1. *n.* 4. & 5. & poſt eum D. Anaclet. Bonaventura Perez Galeote hujus noſtræ Almę Acadèm. Codic. Moderator, & tandem Auditor Valliſoletanus *in alio conſil. pro eiſdem Monialibus pro non obſervanda clauſura ab illis diſcurſ.* 2. *n.* 39. Sed ratio antea data, & aliæ, quas excogitarunt pro denegatione voti abſoluti caſtitatis, Deo dante evaneſcent, aut ſaltim fundamentis probabilioribus venia tanto-

rum Magistrorum, votum solemne castitatis absolutæ, & perpetuæ emitti à prædicto tempore, quo cessavit vita communis Equitum probabimus *in sequent. quæst.*

*An potuit magnus Magister Cardenas, in Capitulo generali statuere, ut dictæ Moniales votum castitatis non conjugalis profiterentur in facto illo contingenti?*

## SUMMARIUM.

*Fit suppositum ad disquirendum hoc quæsitum forma professionis, quæ describitur pro Monialibus nostri Ordinis. num. 1.*

*Pro præsenti quæsito dilluendo traditur de doctrina Basilii de impediment. matrimon. ubi refert quædam verba stabilim. Magistri Cardenas, in quo prohibet eligi posse in Commendatricem conjugatam. n. 2.*

*Basilius hic citatus ex verbis stabilimenti numer. antecedenti relatis, graves recognoscit difficultates oriri; sed omnibus supperatis firmat illas, non obstante dicta ordinatione: sed Author non firmat. num. 3.*

*Refertur contentio, quæ adest in hac materia inter DD. Navarr. & Sarmiento: & Author pro conciliatione illorum, juncto Miranda in manuali Prælator. & aliis ab eo citatis, intelligit loqui de Monialibus Ordinum Militarium in universum, non autem de Monialibus Ordinis D. Jacobi, quæ alia metiuntur Regula: sed in hac re comperienda tamquam magni momenti offert se parum sistere. n. 4.*

*Supponitur, Regulam semel confirmatam à Sede Apostolica non posse revocari, nec mutari à Superiore, & Capitulo generali: sed hic non agitur de mutatione, & nec revocatione, sed in parte strictiori substineri Regulam. num. 5.*

*Arguitur amplius assumptum numeri antecedentis, ex verbis Bullæ confirmationis Alexandr. III. n. 6.*

*Rursus negatur mutatio status facta in Capitulo generali Ocanensi: quia ipse status continentium firmatus fuit per ipsum Capitulum, potius quam matatus, vel revocatus. n. 7.*

*Deinde probatur ex verbis dictæ Bullæ confirmationis, Capitulum generale minimè correxisse Regulam, ut ex argumento, quod deducitur ex verbis Bullæ, patefit. n. 8.*

*Probatur, facultatem adesse in Capitulo generali Ocanensi admittendi Moniales ad strictiorem vitam ex alia Bulla, quæ id suadet ab argumento. num. 9.*

*Authoribus contrariæ sententiæ, negantibus Capitulum prædictum non habuisse licentiam Pontifi iam, nisi Bullam Innocent. VIII. quæ quidem nihil inservit, ut posterior: respondetur; tot habuisse Bullas, quot superius manent citatæ, quin necessaria sit alia. numer. 10.*

*Satisfit objectioni, quæ potest fortè offerri, nempè non posse invitos, vel invitas restringi ad vitam strictiorem sufferendam, ut expressè dicunt Bullæ, dicendo, quod Prælata, quæ comparuit in prædicto Capitulo ferebat mandatum majoris partis Monialium, quæ strictiorem vitam petebant, ut apparet ex actis capitularibus: ergo non invitæ, sed libentes strictiorē vitam assumpserunt. n. 11.*

*Conventus translati è* Cazollos *in Toletum, & de* Robledo *ad Emeritam in translationibus eorum, prout factis in tempore Regum Catholicorum, credibile est accepisse vitam strictiorem, sicut alii Conventus, qui extunc fundati fuerunt. n. 12.*

*Delarantur protestationes, quas repetere solent Moniales S. Spiritus Salmantini in visitationibus de non recipiendis stabilimentis disponentibus de professione, & clausura, & fit transitus ad collocandas formulas professionis Monialium*

*lium uniuſcujuſque Conventus ſygillatim. n.13.*

*Formula profeſſionis Monialium Conventus S. Fidei Toletani litteraliter depromitur. n.14.*

*Alia deducitur formula profeſſionis, quæ fit in Conventu Sanctæ Eulaliæ Emeritenſis. n.15.*

*Profeſſio, quæ fit à Monialibus Granatenſibus remiſſivè ad noſtram profeſſionem, mutatis mutandis. n.16.*

*Profeſſio Monialium Conventus Sanctæ Crucis Valliſoletani refertur ad litteram. n.17.*

*Moniales Conventus S. Jacobi Matritenſis emittunt profeſſionem juxta formulam, hic relatam. n.18.*

*Refert Author cauſam, quæ illum movit ad exprimendum, quid ſervant Moniales noſtri Ordinis in unoquoque Conventu, ut quiſque videat, & experiatur eas emittere tria vota ſubſtantialia Religionis, nempè votum obedientiæ, caſtitatis, & vivere ſine proprio: admodum, quo Fratres Clerici illa emittunt, exceptis Monialibus* de Junqueras, & de los Santos. *n.19.*

*Formula, ſub qua profitentur Moniales Conventus S. Spiritus Conventus Salmantini, indicatur à D. Baſilio Ponce loco hic citato, & Author confirmat ſe eam legiſſe, & obſervaſſe inquodam actu profeſſionis juxta modelũ, qui ſibi oſtenſus eſt, ubi adjiciebatur illud verbum* como las antiguas *loco illorum verborum, quibus utuntur cæteræ Moniales in ſuis profeſſionibus, nempè ſecundum Regulam, & ſtabilimenta. n.20.*

*Proſequitur Author, aperiens ſuum ſenſum, nempè aboleri debere prædictam Clauſulam* como las antiguas: *quia illud verbum ambiguum eſt; & in profeſſione debet uti verbis undequaque certis, & expreſsis, quæ demonſtrent certum ſtatum, in quo ſtatuitur Monialis per talem profeſſionem. n.21.*

*Rejicit Author fundamentum proteſtationum, quas fecerunt Moniales in viſitationibus de non admittendis ſtabilimentis: quia tales proteſtationes, quatenus fuerunt factæ adverſus factum proprium antecedens, quæ voluerunt à ſe abdicare jus, quod forte haberent ſecundum Regulam nubendi, nullum jus ſucceſſuris potuerunt præſervare tamquam à ſe ſublatum. n.22.*

*Deinde preſtat alias rationes ipſe Author, quibus convincitur, congruere uniformitatem dari, in modo profitendi continentiam, & caſtitatem perpetuam ſecundum capita Regulæ, & Bullæ eam confirmantis, niſi in illis Conventibus, in quibus ab illo tempore obſervata fuit ſine tergiverſatione forma profitendi caſtitatem conjugalem: quia eo ipſo conſtat amplexas fuiſſe aliud caput Regulæ, & Bullæ profitendi caſtitatem conjugalem. n.23.*

*Deducit Author illationem ex dictis, Capitulum generale Ocanenſe nulla alia nova licentia Pontificia opus fuiſſe, ut poſſet recipere prædictas Moniales in continentia perpetua, ac ſtabiliſſe pro lege certa, & univerſali, quod omnes Moniales cuſtodirent caſtitatem perpetuam, ſi eam amplexæ fuerunt ſua ſpontanea voluntate, ut apparet ex earum inconcuſa obſervantia. n.24.*

*Deſcribitur formula profitendi, qua utuntur Moniales Calatravenſes. n.25.*

*In Ordine Alcantarenſi formula profeſſionis Monialium non trahitur à diffinitionibus: unam requiſivit Author Conventus Brocenſis in latino idiomate, quæ hic ad litteram depromitur. n.26.*

## QUÆSTIO III.

1 SUponimus, quod ex tempore, & cauſa in præcedenti quæſt. narratis, Monialium prædictarum profeſsio ſic ſe habet: Yo „ Fulana, &c. Juro, è prometo de „ ſer obediente à el Maeſtre, è à la „ Comendadora, è à quien ſus veces „ tuviere, è à ſus ſucceſſores canoni„ camente entrantes en todas, y por „ to-

„ todas cosas, segun la regla, è esta-
„ blecimientos de la Orden de San-
„ tiago, è de no tener propio sin li-
„ cencia del Maestre, ò de la Comen-
„ dadora, è de mantener castidad per-
„ petua hasta la muerte.

2 Nunc ad quęsitum dicunt aliqui, ordinationem, quam *in præcedenti quæst.* retulimus, nullius esse momenti tamquam contra substantiam Regulæ dicti Ordinis confectam; consulto probationes omitto, tantum referam quædam Doct. Basilii verba *in tract. de impedim. matrim. cauſ.* 27. *cap.* 8. *quęſt.* 1. *fol.* 120. ubi ad dictam constitutionem, & ordinationem ita dicit: in quo instrumento insinuabo nonnulla perpendenda diligenti lectori. „ Primum illud: ni pueda ser, ni sea „ muger alguna casada de nuestra Or-
„ den, y profesion, y si fuere de ella „ elegida, y postulada en Comenda-
„ dora del dicho Monasterio. *Item* „ *illa*: ni pueda pedir, ni demandar „ licencia del Maestre, ni dispensa-
„ cion Apostolica, ni de otra persona „ alguna, ni usar de ella para casar, „ è otorgar, ni facer casamiento al-
„ guno, ni Nos, ni los dichos Maes-
„ tres nuestros succesores la poda-
„ mos dar. *Item illa*: que no puedan „ casar, ni casen con licencia, ni sin „ ella, con dispensacion, ni sin ella „ del Maestre, ni Apostolica, ni de „ otra persona alguna, so pena de „ caèr en caso de desobediencia, è „ demàs, que le sea quitado el habi-
„ to, &c. *Item illa*: por nuestra au-
„ thoridad, y del dicho nuestro Ca-
„ pitulo. *Item illa*: queda por estable-
„ cimiento perpetuo.

3 Ex quibus nonnullæ, nec parum graves difficultates emergunt (ait Basilius) quas, nec insinuare, nec decidere placet, alii fecerunt graves, & docti: hi sunt D. Roch. de Bergas, primarius jur. Canon. Interpres, D. Joannes Pareja, decretor. antecessor. D. Cornej. de Pedrosa, Vesperarum Cathedræ jur. Canon. Moderator, D. Sahagum, D. Collantes, D. Joannes Ramirez, primarii olim apud Salmanticenses juris Canonici Interpretes, & refert ex Theologis alios, quorum subscriptiones se vidisse testatur. Sed idem Basilius, quoad dictam ordinationem satis se explicat, *ubi supr. fol.* 243. §. *quare*, & §. *sequenti*, ubi idem etiam dicendum esset, si modo Magister Ordinis de consensu Capituli generalis mutaret votum castitatis conjugalis, &c. Undè in quodam consilio manuscripto dicti Authoris enixè probatum video, dictas Moniales posse etiam hodie validè matrimonium innire juxta Regulam sui Ordinis, non obstantibus dicta ordinatione, ac professionis forma suprà relata. Sed ego non firmo: scio enim posse consuetudine inhabilitatem produci ad aliquem actum, sicut, & lege humana, ut ipse Basilius probat, *ubi sup. cap.* 1. §. 2. & tenet Sarmient. *p.* 1. *defenſ. mon.* 26. *n.* 4. *fin.*

4 Et juxta prædicta benè dixit Navarr. *in tract. de reddit. Eccleſ. mon.* 55. *verſic.* 7. quod in Ordinibus Militaribus, tam viri, quam mulieres eodemmodo profitentur, cui Sarmient. *in* 1. *part. defenſ. mon.* 56. *n.* 4. imponit dixisse falsum: quia fœminæ emittunt tria vota substantialia, & sic votum simplex castitatis: quare matrimonium contrahere non possunt; sed uterque benè dixit, facta temporis distinctione, *ut super. quæſt.* Undè quamvis hodie adhuc sub Judice lis sit, an Fratres Milites sint verè, & essentialiter Religiosi? at nemo negat dictas Moniales esse propriè Religiosas, ut asserit Navarr. *ubi sup.* Sarmient. *ubi sup.* Mirand. *in manual. Prælator.* 1. *p. q.* 10. ubi alios allegat: sed hi AA. de Monialibus Ordinum Militarium in communi loquuntur: nos autem specialiter de Monialibus Ordinis S. Jacobi, quæ juxta traddita à Basil. *ubi sup.* differri videntur à Monialibus aliorum Ordinum Militarium. Sed in quo discriminentur, & an in Ordine Ja-

co-

cobæo Moniales ſecundum Regulam teneantur ex ſtabilimentis ſervare caſtitatem perpetuam? ex Bullis citatis Alexandri, & Innocent. III. *hoc tract. quæſt.* 1. *n.* 3. & 4. tantiſper in re tanti momenti comperienda immorabimur.

5 Certum, & conſtans eſt Religionum ſuperiores, nec cum Capitulo generali poſſe mutare regulam à Sede Apoſtolica ſemel approbatam etiam in melius, & ſtrictius redigendam *cap. cum ad Monaſterium de ſtat. Monach.* & eſt communis opinio. Et ratio eſt: quia eo, quod Sedi Apoſtolicæ reſervata fuit à Gregor. X. approbatio Religionum *cap. unic. de Religioſ. dom. in 6.* nemo alius, quam Summus Pontifex, nec ulla conſuetudo poteſt introducere novam profeſsionem vitæ Religioſæ. Sed hoc ſuppoſito, quid interſt, ut denegetur Capitulo generali facultas recipiendi Moniales pro ſtrictiori vita, cum Regula, & Bulla eam confirmans, non ſolum hanc ſpeciem Monialium admittat, verùm etiam de modo vivendi eis provideat, & loca ſtatuat, ubi degere debeant ſeparatæ à conjugatis, ut *vidimus ſuprà hoc tract. quæſt.* 1. *n.* 5. & 6. & de Equitibus continentibus loquimur dicto loco *n.* 3. & 4. ergo ſecundum Regulam eſt in noſtro Ordine adeſſe, & adfuiſſe, tam viros, quam fœminas continentes, & arctioris vitæ: ergo in recipiendis Monialibus ad hanc vitam profitendam nihil operatum fuit contra regulam: immo debet intelligi operatum ſecundum eam, ac perconſequens ſtabilimentum celebratum in tempore D. Magiſtri Ildephonſi de Cardenas firmum, & validum debet reputari: quia nihil Regulæ immutavit, immo ſecundum eam operatum fuit.

6 Ulterius non dicitur mutatio ſtatus, neque poteſt dici revocatio Regulæ, neque contra diſpoſitum a Sede Apoſtolica operari, quando eadem ſedes permittit, id quod operatur: atqui Capitulum præfatum operatum fuit ſecundum permiſſum expreſſum, & valdè commendatum ab Alexandro III. in Bulla confirmationis noſtri Ordinis: ergo Capitulum citatum ritè, & rectè ordinavit prædictas Moniales deinceps contineri in ſtrictiore vitæ degentes. Major eſt certa à nullo poteſt negari. Minor, in qua poteſt eſſe difficultas, probatur ex verbis præcitatis Bullæ Alexandri III. confirmationis noſtri Ordinis *dictæ quæſt.* 1. *n.* 4. ibi: *cum aliæ expeditiores, & continentes ædificent aurum, argentum, & lapides pretioſos* ad differentiam conjugatorum, *qui pro curâ carnis, & affectibus liberorum, ligna, fœnum ſtipulam ædificant*: in quibus verbis admodum, quo Summus Pontifex permittit in hoc Ordine diverſitatem conjugatorum, & continentium, ſuperexaltat, & valdè cõmmendat ſtatum horum, ac illorum: ergo non ſolùm datur in Bulla præfata permiſsio, ſed etiam commendatio ſtatus continentium.

7 Rurſus mutatio, & revocatio alicujus rei, ſtatus perſonæ, vel cauſæ, fit, quando tranſit eſſentialiter de una in aliam, & transfunditur in aliam ſpeciem, ſed quod Moniales fuiſſent conjugatę eo tempore, quo prędictum ſtabilimentum ſtatutum fuit, certè non conſtat, ſed ſolum Commendatricem fieri conjugatam, & aliàs conſtet eo in tempore, & multo antea compertum fuerit, fuiſſe Moniales continentes: ergo veroſimile eſt ipſas conqueſtas fuiſſe, quod cum eſſent tales, mulier conjugata eas regeret, & gubernaret: ergo illa ratio mutationis ſtatus, & regulæ apertè non conſtat, ac perconſequens non ſtatu liberę, ideſt conjugatæ debent judicari, ſed ancillę Domini, hoc eſt continentes, habereque ſtrictiorem vitam cupiiſſe debet reputari.

8 Ex prædictis inferimus nedum mutationem, ſeù revocationem Regulæ, verùm etiam, nec levem cor-

rectionem illius, seù Bullæ confirmationis stabilitam fuisse à Capitulo generali, sed secundum Regulam processisse, & operatum fuisse, nullaque licentia Apostolica ad illud requisita. Quod sic probo: nam secundum Bullam, & Regulam ab Alexandro III. confirmatam *anno* 1175. *numer.* 9. *in Bullar. fol.* 15. verba illius apperta sunt dicentis, *in ea clausula* qua prohibet Summus Pontifex transitum de hoc Ordine ad alium sine licentia Magistri, eam præbet causam hujus prohibitionis *cum sint in Ordine vestro loca statuta, ubi quisque districtiùs valeat conversari.* Et idem repetit ipse Summus Pontifex in alia Bulla expedita *anno* 1179. *in Bullar. fol.* 21. ubi in eodem assumpto ait: *Ne igitur de cætero Fratrum aliquis post susceptum habitum, & factam ibidem professionem ad alium locum arctioris Religionis intuitu, sine Magistri, & Conventus licentia transire cogantur, cum in hoc Ordine sub strictiori observantia peccata sua valeat expiare*: Quæ Bullę citantur, & earum verba transcripta manent, *hoc tract. q.* 1. *n.* 3. Ex quibus verbis deduco facilè comprobationem nostri asserti in hunc modum. In Ordine Jacobæo sunt loca statuta pro continentibus, & strictioris vitæ Regulam cupientibus profiteri, & sine licentia Magistri, & Conventus prohibetur ad aliam Religionem etiam strictiorem pergere: ergo è contrario, cum tali licentia poterit transitus fieri ad aliam Religionem: sed major indulgentia est hoc concedere Magistro, & Conventui, quam in eodem Ordine permanere in vita strictiore: ergo Moniales, quæ comparuerunt pro strictiore vita servanda in Capitulo generali Ocanensi, ligatæ remanserunt ad servanda vota substantialia Religionis cum licentia Capituli, & D. Magistri, & quod, hac anteriore licentia Pontificia, potuit Capitulum, quin alia indigeret licentia, id celebrare stabilimentum.

9 Facultas etiam prædicti Capituli admittendi illas Moniales ad tria vota substantialia emitenda magis claresci ex Bulla jam relata *supr. q.* 1. *num.* 4. ubi facultas conceditur Magistro nostri Ordinis revocandi Fratres Milites, qui cum licentia sua, & suorum antecessorum ad alias Religiones transiissent in suas domus, quæ destinatæ erant pro degentibus Fratribus strictioris vitæ, *ut ibi egissent vitam cum illis ad melioris conversationis exemplum*, ut expressè dicitur in ipsa Bulla: ergo mens Sedis Apostolicæ extunc, & antea à confirmatione Ordinis, semper fuit concedendi Magistris cum Capitulo, seù Conventu Ordinis adarctiorem vitam recipere posse eos, eas vè qui quæ vè elegerint eam vitã: ergo tam longè abest, tu sine facultate Pontificia processisset Capitulum generale, ut inquiunt Magister Basil. Ponce, & Galeote, quod à limine fundationis confirmati Ordinis habuerunt facultatem recipiendi ad arctiorem vitam ipsos, vel ipsas, qui eam elegerint; ac perconsequens infertur, quod ex eo tunc, ac celebratum fuit prædictum Capitulum, non ad votum simplex castitatis, sed absolutum mansisse obstrictas, cõtra id, quod affirmant prędicti AA.

10 Nec valet, quod ipsi AA. negant ullam Bullam adesse in nostro Ordine, quæ concedat facultatem Magistro, & Fratribus corrigendi, & emmendandi Regulam: addentes etiam, quod licèt detur quædam Innocentii VIII. illa fuit expedita *anno* 1486. sex annos post Capitulum præfatum: quia illud fuit celebratum *anno* 1480. consequenterque ipsi Capitulo, ut posterius privilegium, non potuisse concedere facultatem condendi illud stabilimentum, quo Regula mutaretur: nam præterquamquod, ut jam diximus, illo pacto Regula non fuit correcta. Ex Bullis anterioribus benè deducitur facultas Magistri, & Capituli concessa à Sede Apostolica

ad arctiorem vitam recipiendi Fratres, & ſorores, quæ arctior vita eo nitebatur, quod vovebant tria vota ſubſtantialia Religionis: ergo cur tantum fecerunt mentionem prædicti AA. Bullæ Innocentii VIII. cum tot ſint indulgentes Magiſtri, prædictam facultatem? & quomodo aſſeverant Capitulum illud mutaſſe Regulam, cum ſecundum Regulam operatum fuerit, quod ibi ſtabilitum fuit?

11 Alia verò difficultas offerri poteſt, & induci adverſus noſtrum aſſertum, nempè, quod nemo ſecundum pręcitatas Bullas poterat cogi ad arctiorem vitam eligendam, ſed tantum pro ſua libera voluntate, & arbitrio; ſed conſtat ex actis Capitularibus illius ſtabilimenti Commendatricem comparuiſſe in illo Capitulo, tamquam Prælatam ſuæ communitatis, conquerendo de eligenda conjugata in illam Prælaturam: ergo forte alię ſorores eſſent invitæ ad recipiendum tale ſtabilimentum arctioris vitæ ſuferendæ; ac perconſequens operaretur adverſus contextum prædictarum Bullarum, quæ ſtatuunt pro libenter eligentibus vitam arctiorem locum deſtinatum, & ſeparatum ab aliis confratribus, & ſororibus uxoratis, & conjugatis. Sed pro hac difficultate dilluenda in promptu ſe ſe ofert reſponſio: nam ex illis actis Capitularibus conſtat Commendatricem illam exhibuiſſe mandatum majoris partis ſororum, quæ tunc erant in Conventu S. Spiritus, non ſolum ad propulſandam Prælatam conjugatam, verùm etiam ad recipiendam vitam arctiorem, & conſequenter ad admittendum ſtabilimentum præcitatum: & ſat fuit illud inſtrumentum, ut exinde maneret obſtricta illa major pars, quæ elegit illam vitam arctiorem, etſi aliquæ eſſent nollentes eam amplecti, manerent exemptæ à tali lege; ſed quę dederunt mandatum, & illæ, quæ eis ſucceſſerunt, manſerunt obſtrictæ ad obſervandum ſtabilitum, ut conſtans eſt in omni jure: quia quod major pars unius communitatis decrevit, obligat ſucceſſores ad id obſervandum, ergo tunc non poſſunt dici invitæ, cum certiores fiant tempore receptionis habitus Regulæ obſervandę.

12 Circa alias verò Moniales, quæ tunc erant in *Cazollos*, & poſtea translatæ fuerunt in Toletum *anno* 1502. & circa illas, quæ erant tempore dicti Capituli generalis in *Robledo*, & poſteà translatæ ſunt *ann.* 1530. in Emeritam, quæ nunc dicitur S. Eulalia, nihil conſtat in illis actis Capitularibus; ſed cum translatio facta fuiſſet in ævo Regum Catholicorum, credibile eſt, quod licèt eſſent ante translationem conjugatę: ad tempus earum translationis accepiſſent prædictum ſtabilimentum, & ſe libenter ſubjeciſſent admittendi tria vota ſubſtantialia. Alii verò Conventus, qui expoſtfacto de novo ſtructi, & fundati fuerunt, non dubitamus, quod prædictum ſtabilimentum recepiſſent, quidquid dicant alii: nam omnes fundatores animum oſtenderunt in ſuis fundationibus inſtituendi Conventus Monialium ſecundum Regulam, & conſtitutiones D. Jacobi, ut ex ipſis fundationibus conſtat; quas vidi: ergo nihil mirum, quod hoc recipiſſent ſtabilimentum.

13 Non ita contingere in Conventu Regali S. Spiritus ajunt prædicti Authores: quia teſtantur, multoties proteſtatas fuiſſe Commendatricem, & ejus Moniales ſtabilimenta, quatenus illas ligant ad profitendum ſecundum Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *de Regul. cap.* 17. & obſervandam clauſuram, ut diſponitur in ſtabilim. *tit.* 14. *cap.* 10. & 12. Sed antequam tranſeamus ad examinandum, quid operentur relatę proteſtationes, nunc ſuccedit quomodo, & ſub qua formula profiteantur Moniales cœterorum Conventuum, & juxta antiquitatem ſuarum fundationum, exceptis

Con-

Conventu de *Junquera*, & S. Spiritus (de quibus inferius loquemur: quia ſpeciales ſunt ſuæ profeſsiones) narrabimus formulas uniuſcujuſque Conventus, ſub quibus adſolent profiteri.

14 In Conventu S. Fidei Toletano profeſsio fit ſub hac formula. *Yo N. me ofrezco, y doi à Dios, y à la Bienaventurada Virgen Maria, y al Señor Santiago Apoſtol, y prometo obediencia à vos N. Comendadora de eſte Convento de Santa Fee, y à vueſtras ſucceſſoras, en lugar del Rey nueſtro Señor, como Adminiſtrador perpetuo de la Orden de Santiago por authoridad Apoſtolica, al Maeſtre, ò Maeſtres, Adminiſtrador, ò Adminiſtradores, que por tiempo fueren canonicamente entrantes en la dicha Orden, y hago voto, y prometo vivir en caſtidad perpetua, y ſin propio, ſo la regla, y eſtablecimiento de las Freilas Religioſas de la Orden de Santiago haſta la muerte.* Et mox dicit Clericus Frater Ordinis, cui committitur acceptatio illius profeſsionis. *Nos vos recibimos por nueſtra Freila, y hermana, y os prometemos el pan, y agua, y la merced de la Orden, que es grande, y os hacemos participante de todos los bienes eſpirituales, y temporales, que ſe han hecho haſta aora en la Orden, y ſe harán en adelante haſta el fin del mundo.*

15 Moniales Conventus S. Eulaliæ Emeritenſis profitentur in hunc modum. *Yo N. me ofrezco, y doi à Dios, y à la Virgen S. Maria, y al Bienaventurado Apoſtol Santiago, juro, y prometo de ſer obediente al Maeſtre, à la Comendadora, y à quien ſus veces tuviere, y à ſus ſucceſſoras canonicamente entrantes en todas, y por todas coſas, y de no tener propio ſin licencia del Maeſtre, ò de la Comendadora, ſegun la regla, y eſtablecimientos de la Orden de Santiago, y de mantener caſtidad perpetua, y aſsimiſmo hago voto de tener, defender, y guardar en publico, y en ſecreto, que la Virgen Maria Madre de Dios, y Señora nueſtra fue concebida ſin mancha de pecado original.* Et poſteà, ut dictum eſt, commiſſarius Clericus Frater admittit profeſsionem, circunſtantiis, & conditionibus *num. antecedent.* expreſsis, & tantum obligat ordinem ad panem, & aquam præſtandam communicando profeſſæ indulgentias Ordini conceſſas, & concedendas.

16 Profeſsio, quę fit à Monialibus Conventus Matris Dei Granatenſis, ſimilis eſt illi, quam nos emittimus, mutatis mutandis, quæ formula pro nobis traditur *cap.* 80. *reformationis Conventuum*; ideoque ad litteram hic non tranſcribitur.

17 Formula, quæ ſervatur in profeſsione Monialium Conventus Sanctæ Crucis Valliſoletani eſt tenoris ſequentis. Yo N. me ofrezco, y doi à Dios, y à la Virgen Santa Maria, y à el Bienaventurado Apoſtol Santiago, y juro, y prometo obediencia à nueſtro Maeſtre, ò Adminiſtrador perpetuo, que es de la Orden, y Caballeria de Santiago por authoridad Apoſtolica, y à la Comendadora, y ſus ſucceſſoras canonicamente entrantes, y quien ſus veces tenga; y de mantener, y guardar caſtidad perpetua, y de vivir ſin propio, ni tener coſa alguna ſin licencia, ò contra la voluntad del Maeſtre, ò de la Comendadora, ſegun la regla, y eſtablecimientos de la Orden; y aſsimiſmo hago voto de tener, defender, y guardar en publico, y en ſecreto, que la Virgen Maria Madre de Dios, y Señora nueſtra, fue concebida ſin mancha de pecado original.

18 Moniales Conventus S. Jacobi majoris Matritenſis vovent tria vota ſubſtantialia, admodum, quo aliæ relatæ *in numer. antecedent.* & formula qua utuntur ſic ſe habet. Yo N. me ofrezco, y doy à Dios, y à la Virgen Santa Maria, al Bienaventurado Apoſtol Santiago, y hago voto, y prometo obediencia à vos la

„ la Comendadora de eſte Real Con-
„ vento de Santiago el mayor de la
„ miſma Orden, y à vueſtras ſucceſ-
„ ſoras en lugar del Rey nueſtro Se-
„ ñor, como Adminiſtrador perpe-
„ tuo de dicha Orden, por authori-
„ dad Apoſtolica; y aſsimiſmo hago
„ voto, y prometo de vivir en caſti-
„ dad, y ſin propio, ſo la regla, y
„ conſtituciones de la Orden de San-
„ tiago; y aſsimiſmo hago voto de
„ defender en publico, y en ſecreto,
„ que la Virgen Maria Señora nueſtra
„ fue concebida ſin mancha de peca-
„ do original.

19 Retulimus jam Conventus Monialium, quæ vovent tria vota ſubſtantialia Religionis expreſsè: & ut nobis credibilius fiat, adjicere deſideravimus formulas, quibus, unuſquiſq; Conventus utitur; & ſi aliquis adhuc dubitet, de earum littera quęrat, ut ego quæſivi originalia, & inveniet eadem litteraria verba, quæ quamvis in accidentali clauſula varient, ſubſtantialiter in unum conſpirant emitendi profeſsionem ſecundum regulam, & ſtabilimenta Ordinis: atqui hæc præcipiunt vovendam eſſe caſtitatem abſolutam juxta Concilium, ut jam vidimus ſuprà, & aliàs expreſsè eam profiteantur: ergo in controverſiam deduci nequit eas Moniales eſſe verè, & abſolutè Religioſas, ſicut ſunt Fratres Clerici, demptis illis *de Junqueras*, & *de los Santos*, quę quidem conſervarunt illam partem primitivę Regulę nubendi, ac cuſtodiendi caſtitatem conjugalem.

20 Formula, qua utuntur Moniales S. Spiritus hujus Civitatis Salmantinæ enuntiatur à RR. P. Baſilio Ponce in Conſilio pro eiſdem Monialibus, 1. *p. num.* 14. ubi inquit: *Mas en un tiempo, y en otro ſiempre las Monjas de eſte Monaſterio como dicho es, al tiempo, que dicen que profeſſan, ſegun la regla, y eſtablecimientos de la Orden de Santiago, han añadido ſegun los eſtablecimientos antiguos de eſta Caſa, y como profeſſaron las antiguas de eſta Caſa, y no de otra manera, como el hecho es publico, y notorio à todos los que ſe han hallado preſentes à las dichas profeſsiones.* Et ego memini additionem prædictam ab ipſo Baſilio Ponce legiſſe, cum ut Adminiſtrator prædicti Conventus in meis manibus profeſſa eſt D. Petronila Pizarro Monialis ad præſens relati Conventus; & fateor, diſſonam mihi fuiſſe talem formulam profeſsionis, cum proviſsio Regalis mihi commiſſa fuiſſet præcipiens expreſsè eam recipiendam ſecundum regulam, & ſtabilimenta Ordinis: & libellum petii, in quo expoſita erat prædicta formula: & inſpecta antiquitate illius, credidi ab antiquo advenire formulam prædictæ profeſsionis.

21 Verùm re melius, & melius verè inſpecta, quærebam rationem, quare addita fuiſſet illa clauſula, *como profeſſaron las antiguas de eſta Caſa*: quæ verba ut ambigua judicabam tolli debere de medio, & omnino aboleri. Primo: quia in profeſsione expreſſa non poteſt uti verbis ambiguis. Secundo: quia aut refertur verbum *antiguas* ad illas Moniales, quæ fuerant ante Capitulum generale citatum, vel ad eas, quæ nolluerunt in illo Capitulo generali condeſcendere in ſtrictiore vita; ſi illud: certe non conſtat, quod fuiſſent conjugatæ, *ut diximus ſuprà hac quæſt. num.* 7. nec conſonat, quod cum fuiſſent Beatæ, ut diximus, & conſtat ex privilegio adducto *num.* 8. & attenta fundatione DD. Infantium etiam credendum eſt pro continentibus fieri, cui ut narravimus, unitæ fuerunt ipſæ Beatæ Adminiſtratrices Commendarum *de Palomero*, & *la Atalaya*, ut dictum manet *quæſt.* 1. *num.* 12. & 15. nam vidua jam D.D. Maria Mendez, & prima Commendatrix illius Conventus (ut conſtat fuiſſe) veriſimile non eſt, quod vellet morari inter conjugatas. Si hoc: extinctis illis, quæ reſtiterunt

Ca-

Capitulo generali, & ejus ſtabilimento, nullum tractum ſucceſsivum potuerunt præſtare earum ſucceſſoribus: quia admiſſo à majori parte Monialium illius domus, quæ poſtea habitum receperunt in illa domo non potuerunt ſuccedere reſiſtentibus, ſed tantum admittentibus: ergo non eſt cur prædicta clauſula adjiciatur prædictę profeſsioni.

22 Nec proteſtationes repetitę, quas afferunt Ponce, & Galeote, aliquid faciunt pro prædictis Monialibus S. Spiritus: nam proteſtatio id tantum facit, quod eſt præſervare jus proteſtantis *cap. ult. de appel.* Vela *diſſert.* 25. *à n.* 58. Aillon, & Gomez *lib.* 2. *variar. cap.* 13. *num.* 13. Olea *de ceſ. jur. tit.* 8. *quæſt.* 1 *n.* 10. Valenz. *conſil.* 73. *à n.* 26. D. Cobarr. *in cap.* 2. *num.* 4. *& in cap.* 5. *num.* 11. *& ſequent. de matrim.* ſed dictæ Moniales ſe ſubjecerunt in Capitulo relato Ocanenſi ad emittendum tria vota ſubſtantialia Religionis, ut ſæpè ſępius diximus: ergo proteſtationes nihil faciunt in ſuum favorem; ac perconſequens non poſſunt præſervare illis jus, quod à ſe ſublatum fuit, ſi ullum habebant. Deinde proteſtatio contraria actui, qui voluntariè fit, nihil operatur, tenet Petrus Gregorius *in cap.* 9. *num.* 10. *de conſtit.* & ibi Barboſ. *num.* 4. Olea *de ceſ. jur. dict. tit.* 8. *quæſt.* 1. *à n.* 10. Rojas *de incompat. p.* 7. *cap.* 4. *num.* 13. *& ſeq.* Noguerol. *allegat.* 2. *n.* 19. Vela *diſert.* 34. *num.* 88. Molina *de primogen. lib.* 1. *cap.* 21. *num* 24. *verſic. in ſecunda.* Garcia *de nobilit. gloſſ.* 5. *à num.* 5. *& gloſſ.* 6. *num.* 41. *verſicul. ad decimum*, *& num.* 65. *& ſeq.* Antonius Gomez *lib.* 2. *variar. cap.* 13. *num.* 12. *& in leg.* 45. *Tauri num.* 44. ergo eo, quod Moniales S. Spiritus voluntariè ſe offerrent ad cuſtodiendum ſtabilimentum Ocanenſe, & aliàs cœteræ Moniales Ordinum expreſsè profiteantur vivere ſecundum regulam, & conſtitutiones Ordinis, adjicere clauſulã profeſsioni *como las antiguas* loco illorum verborũ, quę proferunt aliæ Religioſę, *ſegun la regla, y eſtablecimiento de la Orden de Santiago*, dignum eſt ut aboleatur, & profeſsio illarum Monialium redducatur ad formam communem profitendi in hoc Ordine.

23 Accedit, quod nullum reſultat inconveniens, imò in magnum Ordinis cedit commodum, ut omnes Moniales uniformiter profiteantur, quam quod ſub incerto ſit, & in opinione, an in numero continentium, an in numero conjugatarum debeant connumerari Moniales præfatæ S. Spiritus? Et amplius etiam urget: quia non obſtantibus pro teſtationibus ab illis factis, de quibus ſuprà, nullum exemplum allegatur, quo poſſit confirmari habilitas profitendi, admodum conjugatarum: nec ſtabilimentum Ocanenſe non fuiſſe in obſervantia apud illas uſque ad *annum* 1604. in quo apparet proteſtatas fuiſſe in tranſcurſu tanti temporis, ut 120. annorum, & ultra. Prætereaquè maximum etiam proſpicitur inconveniens, nempè ultra regulam conſtitui aliam ſpeciem Monialium, quam, quæ in ea aſsignantur, id eſt Moniales in hoc Ordine eſſe, quæ profiteantur, ita ut nec poſſet certò comperiri eſſe Moniales in numero conjugatarum, nec continentium. Quod tertium genus, nec in mentem venit Alexandri III. nec regula potuit aſsignare: ergo ex his rationibus congruentibus, & aliis juridicis ſuperius allatis verbum adjectum in profeſsione, *como las antiguas*, debet tolli, & aboleri in ſua formula profitendi, ita ut ex nunc ſciant ſe perpetuam abſolutam caſtitatem vovere: undè magnum ſentiet commodum Religio, & frequentes ſcrupuli evitabuntur.

24 Denique afferendum venit nulla indigere licentia Pontificia Capitulum generale, ut id, quod diſpoſſuit, obſervetur, nec Ordinem indigere, ut tollat prædictam clauſulam

*como las antiguas*, & loco illius faciat ſubſtitui verba, quibus utuntur aliæ Moniales, nempè *ſegun la regla, y eſtablecimientos de la Orden de Santiago*. In cujus confirmationem protrahenda ſunt, quæ diximus *ſuprà quæſt. 4. in hac part. tract. 1.* qua ſecundum regulam diſponitur, quatenus ea, & Bulla illius confirmationis ſolùm recognoſcunt duos ſtatus tam virorum, quam fœminarum, unum conjugatorum, vel conjugatarum, alterum verò continentium, & ſic nihil de novo ſtatuit, nec poteſt dici corrigi, vel mutari prædicta regula in abolenda relata clauſula, *como las antiguas*, ob inconvenientia, quæ prævidit P. Mendo *dict. diſquiſit. 14. quæſt. 8. num. 120.* In præſenti autem, cum quotidie fiant à Monialibus profeſsiones, mirum eſt, formam profitendi non fuiſſe immutatam, & clarè, & diſtinctè diſpoſitam ut Moniales intelligerent, quid in profeſsione ſolemni voveant, & an profeſsio ſuprà votum caſtitatis cadat, & quomodo ad caſtitatem ex vi profeſsionis obligentur: nam ſi ab ipſis, ſaltem ut plurimùm inquiras, quam caſtitatem voto ſimplici, & quam voto ſolemni promittant, & in quo differat votum ſolemne à ſimplici, & quo pacto unum, idemque votum poſsit eſſe ex una parte ſolemne, & ex alia ſimplex? Sanè nec terminos forſan intelligent. Non ergo rectè proviſum cenſebitur, ſi profeſsio ità obſcura, & implexa ſit, ut nec ipſæ voventes capiant, quid peragunt.

25 Formula verò, qua utuntur Moniales Calatravenſes (nam licèt pro Monialibus in diffinitionibus ſeorſim non detur ab ea, quæ præfigitur pro Equitibus, ſeù Fratribus Clericis, *tit. 7. cap. 6.*) admodum horum ea utuntur, dempta caſtitate conjugali, quæ apponitur pro Equitibus, in hunc modum. *Señor yo N. hago profeſsion à Dios, y à el Señor Maeſtre, y à vos que eſtais en ſu nombre, y prometo obediencia, y caſtidad, y vivir ſin propio, ſegun la Regla del Señor San Benito, eſtatutos, y privilegios de la Orden, y Caballeria de Calatraba de la Orden de Ciſter; y hago voto, que aora, y ſimpre defenderè, y afirmarè, que la Virgen Maria Madre de Dios, y Señora nueſtra fue concebida ſin pecado original, y que nunca cayò en ella eſta mancha, ſino que en el inſtante de ſu concepcion dichoſa, y de la union de ſu alma, y cuerpo, fue prevenida de la Divina gracia, y preſervada de la culpa original, y eſto por los meritos de la paſſion, y muerte de Chriſto nueſtro Redemptor, que habia de ſer ſu hijo, previſtos yà en el Divino Conſiſtorio, por lo qual fue verdaderamente redimida, y con mas noble genero de Redempcion, que todos los otros hijos de Adan, y que en eſta verdad, y por honra de la Sacratiſsima Virgen con el ayuda de Dios vivirè, y morirè.*

26 In Ordine Alcantarenſi Moniales S. Spiritus illius Villæ *de Alcantara*, ſub qua formula profiteantur non potui comperire. Sed alia Conventus S. Petri Apoſtoli Brocenſis ad manus meas pervenit, quæ idiomate latino ſic ſe habet: *Ego ſoror N. promitto ſtabilitatẽ meam, & converſionem morum meorum, & obedientiam ſecundum Regulam S. Benedicti Abbatis coram Deo, & omnibus Sanctis ejus, quorum reliquiæ hic habentur in hoc loco, qui vocatur Sanctus Petrus Oppidi* de Brozas, *Militiæ de Alcantara Ciſtercienſis Ordinis, conſtructi in honorem Beatiſsimæ Dei genitricis, ſemperque Virginis Mariæ, necnon, & prædicti D. Petri in præſentia D. Fatris noſtri, necnon, & D. Abbatiſſæ.* Hæc profeſsio fit in manibus Religioſi, cui ea commititur, & ſic facta, flexis genibus coram Prælata habente regulam in manibus, ſuper eas ſuas imponit Nouitia, & repetit, *promitto vobis obedientiam ſecundum Regulam Sancti Benedicti Abbatis.*

Utrum,

*Utrum Moniales horum Ordinum in ſua profeſsione Concilium Tridentinum ſervare teneantur?*

## SUMMARIUM.

*Citatur Concilium Tridentinum ſeſſ. 25. de Regul. cap. final. ubi expreſsè decernitur Moniales etiam Militares teneri ſervare omnia, quæ ſtatuta ſunt in ipſa ſeſſ. 25. n. 1.*

*Pro eoquè obſervando Concilio Tridentino ſtat ſtabilimentum noſtri Ordinis tit. 14. cap. 10. quod agit de Monialibus, & quę obſervare debeant juxta decreta illius Concilii. n. 2.*

*An poſsint Moniales recipi ante 12. annum completum queſtio movetur, & afferuntur AA. pro utraque ſententia, & Author ſuam profert. n. 3.*

## QUÆSTIO IV.

1 MONIALES horum Ordinum, quæ purè, & abſolutè ſunt Religioſę, videntur comprehenſę in juribus de Monialibus loquentibus, prout in Concilio Trident. *ſeſſ. 25. de Regular.* ac ita expreſsè habetur in eodem Concilio *dict. ſeſſ. 25. de Regular. cap. fin.* ubi ita pro calce illius ſeſsionis decernitur: *Hęc omnia, & ſingula ſuperioribus decretis contenta obſervari Sancta Synodus præcipit in omnibus Cœnobiis, ac Monaſteriis, Collegiis, ac domibus quoruncumque Monachorum, ac Regularium, necnon quaruncumque Sancti Monialium virginum, ac viduarum, etiamſi illæ ſub gubernio Militiarum, etiam Hieroſolymitanæ vivant, & quocumque nomine appellentur, ſub quacumque regula, & conſtitutionibus, & ſub cuſtodia, vel gubernatione.*

2 Unde dicendum eſt dictas Moniales non poſſe ad profeſsionem admitti ante expletum 16. annum ſuę ætatis, & poſt annum ſuſcepti habitus juxta formam *cap. 15. dict. Concil. Trident. ſeſſ. 25.* ac ita tenet Baſil. *ubi ſup. fol. 112.* ac etiam ſervandum eſt *cap. 17. in eadem ſeſſ.* quatenus præcipit, quod mulieres volentes habitum Religionis aſſumere, ſi ſint majores 12. annis, examinentur ab ordinario, ſicut & ante emiſsionem profeſsionis. Id quod obſervari præcipitur in lib. ſtabiliment. noſtri Ordinis *tit. 14. cap. 10. Otroſi mandamos, que en el recibir, y profeſſar las Monjas de nueſtra Orden en los Monaſterios de ella, ſe guarde el Concilio Tridentino, ſeſſ. 25. cap. 17.* Eſt tamen in Hiſpania uſu receptum, eas ſemel tantum ante profeſsionem examinari, & nunquam ante ſuſceptum habitum. Man. Rodr. *qq. Regul. tom. 3. quæſt. 12. art. 3.* Mirand. *de ſacris Monial. q. 8. art. 4.* Sanch. *in decalog. lib. 5. cap. 4. num. 84.* Villalob. *in ſumm. p. 2. tract. 35. difficult. 8. n. 2.* Hieron. Rodr. *reſol. 101. num 82.* Portell. *in dub. Regul. verb. Novitia 3.* Barboſ. *in Collect. DD. in varia loca Concilii Trident. dict. cap. 17. num. 4.* Undè etiam ſi uxor poſt conſumatum matrimonium ex conſenſu viri vellit ingredi Religionem, ſufficit, ſi ingrediatur Religionem Monialium S. Jacobi: ſic docet Baſil. *de matrim. lib. 9. cap. 12. num. 3.* Diana *reſolut. moral. p. 3. reſol. 243.*

3 Receptionem puellæ ad habitum in Religione prohiberi, niſi 12. annis ſit major, tradunt Fr. Manuel Rodr. *qq. Regul. tom. 3. quæſt. 12. art. 2.* ubi quod hujus ſententiæ fuerunt omnes PP. qui ad Concilium Provinciale Toletanum convenerunt. Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 12. cap. 18. queſt. 55. & 56.* Nald. *in ſumm. verb. habitus, & verb. Monialis 5.* Barth. de Vech. *de Novitiis diſp. 2. dub. 6. n. 16.* contrariam tamen ſententiam ſubſtinet Mich. Medina *de ſacror. hom. continent. lib. 4. controverſ. 9. cap. 4.* Ludov. de Mirand. *de ſacris Monial. q. 8. art. 2.* Sanch. *in præcept. Decalogi tom. 2. lib. 4. cap. 18. num. 33.* Suar. *tom. 3. de Religion. lib. 5. cap. 1. n. 9.* Portell. *in dub. Regul. verb. Novitia n. 1.* Villalob.

*in ſumm. p. 2. tract. 35. difficult. 12. num. 2.* Hieron. Rodr. *reſol. 101. n. 24.* Barboſ. *ubi ſup. num. 3.* Dicunt enim, in illo decreto non prohiberi puellas 12. annis minores ingredi Religionem; imò ajunt in eo ſupponi recipi poſſe; aliàs non loqueretur Concilium ſub conditione, ſi major 12. annis fuerit: quod dixiſſe credo: quia novitiatus incipit valere in illa ætate: undè nihil mirum, quod voluntas puellę ingredientis exploretur: quæ quidem exploratio non deſideratur in minori illa ætate, cum adhuc novitiatus non valeat, donec 12. annum adimpleat, & tunc ſit facienda exploratio voluntatis.

*An votum paupertatis Monialium Ordinis D. Jacobi differat à voto paupertatis Fratrum Militum dicti Ordinis, vel potius conveniat cum voto paupertatis Clericorum? & quid de Monialibus aliorum Ordinum.*

## SUMMARIUM.

*Votum paupertatis Monialium Militarium, intelligunt aliqui, fieri ab ipſis Monialibus noſtri Ordinis admodum Fratrum Militum, & ſic judicant dicta circa hoc adaptabilia eſſe illis, hoc eſt Monialibus. n. 1.*

*Contraria ſententia defenditur, & reſpondetur fundamento contrariæ ſententiæ. n. 2.*

*Circa Moniales Calatravenſes, & Alcantarenſes nulla dubitatio poteſt offerri, quin ab inſtitutione, & fundatione Conventuũ earum, voverint paupertatem, & eam etiam vovebant Equites cum clauſtraliter vixerint, & ſimul Fratres Clerici. n. 3.*

## *QUÆSTIO V.*

1 VOtum paupertatis Monialium Ordinis S. Jacobi idem eſſe videtur, ac votum paupertatis Fratrum Militum dicti Ordinis: ut apparet ex forma profeſsionis, quam Moniales ipſe emittunt: dicunt enim. *Y de no tener propio ſin licencia de el Maeſtre, ò de la Comendadora*: quod eſt idem, quod habetur in Regula *cap.* 20. ibi: *Ningun propio tengan, ni retengan coſa alguna, ſalvo lo que por el Maeſtre, ò por el Comendador les fuere concedido.* Quare aliqui AA. quidquid de voto paupertatis Fratrum Militum ſuo loco diximus *p. 1. tract. 10. q. 1. & 2. per tot.* eſſe etiam intelligendum de voto paupertatis dictarum Monialium aſſerunt. Undè retenta illorum opinione dicentium, poſſe Fratres Milites teſtari, etiam ſecluſis Pontificiis privilegiis, idem de dictis Monialibus dicendum eſſet, niſi antiquiſsima conſuetudine inteſtabiles eſſent. Poſſe enim conſuetudine inhabiles fieri ad aliquem actum, ſicut, & lege humana, conſtat ex dictis ſuprà.

2 Sed contrariam ſententiam firmiter teneo, aſſerens Moniales Militares, quæ tria vota ſolemnia emittunt, profiteri votum paupertatis ad modum Clericorum Fratrum Conventualium: minimè verò ad modum Fratrum Militum; & ad id aſſerendum moveor. Primò: quia ut jam diximus *quæſt. 4.* tales Moniales tenentur ſervare Concilium Tridentinum. Secundò: quia Jacobææ non ſolùm profitentur Regulam S. Jacobi, ſed etiam S. P. Auguſtini, ab illa modificatam, ut docuimus. *d. p. 2. tract. 10. quæſt. 1. à num. 6.* & Mota citatus ibi: *num. 9.* & Calatravenſes, & Alcantarenſes profitentur Regulam S. Benedicti, quę omnes Regulæ petunt voveri paupertatem. Tertio: quia non convenit paupertas, quæ ſervatur à Laicis Fratribus, degentibus in ſuis domibus, cum paupertate, quæ in clauſtris debet ſervari, & ad hæc trahenda ſunt, quæ notavimus *d. 2. p. & tract. quæſt. 2. per tot.* collatis iis, quæ diximus pro Fratribus Clericis Conventualibus *p. 1. tract. 5. q. 1. n. 1.*

*& quæſt. 2. in princip.* Nec facit in contrarium ſuperior opinio : quia ſimilitudo illa, quæ affertur ex profeſsione Monialium ad profeſsionem Equitum, referri debet ad tempus conjugatarum, ſeù ad illas Moniales, quæ nunc in ſtatu conjugatarum permanent: minimè verò ad eas, quæ nunc ſtrictam vitam ſervant, ut apparet ex formulis ſuperiùs adhibitis pro unoquoque Conventu *antec. q. à num.* 12. quibus repugnat ea ſimilitudo, quam deducit prima ſententia : nam equites poſſunt teſtari, & diſponere de bonis ſuis, ut decernimus. 2. *p. tom.* 2. Moniales verò neutiquam teſtari poſſunt, ut teſtari nequeunt Clerici Fratres Conventuales, ut diximus *tom.* 1. *p.* 1. *tract.* 5. *q.* 18. *à n.* 1.

3 Cœteræ verò Moniales Calatravæ, & Alcantaræ, ſub Regula Benedictina, uſibus, & conſuetudinibus Ciſtercienſibus profitentes, ſemper voverunt paupertatem ſtrictam, nec poteſt quæri ſimilitudo, vel diſsimilitudo Fratrum Equitum : quia tam in eo tempore, quo clauſtraliter vixerunt iſti, & nubere nequibant; quam ex poſtfacto, ac illis nubere indultum fuit, & vivunt in ſuis domibus cum uxoribus, & familiis, Moniales horum Ordinum inconcuſſè cuſtodierunt paupertatem abſolutam, ad modum quo ſemper, & pro ſemper Fratres Clerici Conventuales, & Monachi Ciſtercienſes eam cuſtodiebant, & ſervant; quapropter in hac parte, & ferè in omnibus magis aſsimilantur Fratribus Clericis, quam Laicis; circa ea, quæ pertinent ad hoc votum, & quando infringatur à Monialibus, videnda ſunt, quæ congerit doctus P. Mendo *de Ordin. diſquiſit.* 14. *uſque ad* 5. *queſt.* ubi plura invenies ſcitu digna, ne repetere videar.

*Quid contineat votum obedientiæ, quod emitunt Moniales, & quibus obedire debeant?*

## SUMMARIUM.

*Remiſsivè agitur in hac quæſtione ad P. Mendo, qui benè egit de voto obedientis, & quomodo eam adimplere debeant Moniales? & citantur loca ſtabilimentorum, & diffinitionum, quæ de hoc voto agunt. n.* 1.

*Ad votum obedientiæ, non ſolùm pertinet obedire Prælatis ſuperioribus veluti Magiſtro, ſed Commendatrici, Prioriſæ, aut Abbatiſæ, verùm etiam ſub Commendatrici, Supprioriſæ, aut Vicariæ, vel Prioriſæ, ſi præcipiant aliquid ſecundum Regulam, & conſtitutiones, non adſtante Prælata. n.* 2.

*Movetur quæſtio, an Rex, ſeù Regina Adminiſtrator, vel Adminiſtratrix Magiſtratuum horum Ordinum poſsint imponere præceptum obedientiæ? deciditur cum P. Mendo per ſe non poſſe : quia eſt quid ſpirituale, ſed poſſe in ſententia Authoris, deciditur, per mediam perſonam Eccleſiaſticam virtute Bullæ Adriani VI. incorporationis, & Julii II. quæ vulgo dicitur ſuperioritatis. n.* 3.

*Abbatiſa, Commendatrix, vel Prioriſa in communiori ſententia non poſſunt imponere præceptum obedientiæ, ut quid ſpirituale, cujus eſt incapax, ſed conceſſa eis facultate Pontificia poterunt nomine Pontificis præceptum imponere, & ſi de facto impoſſuerint præceptum abſque prædicta facultate, nullum erit, ſed ſi contineat rem gravem, tranſgreſio illius erit peccatum lethale. n.* 4.

*Inquiritur an Magiſtro, & Prælatis Ordinum conceſſa ſit facultas imponendi præceptum obedientiæ, ex Regulis, & Bullis? & pro utraque parte aſsignantur rationes, & pro affirmativa videtur id ſuadere Bullam confirmationis, & regulam Ordinis, S. Jacobi in verbis hic tranſcriptis. n.* 5.

*Hoc idem videtur ſuadendum ex diſ-*

*diffinitionibus Calatravenſibus, & Alcantarenſibus, in quibus valdè commendatur obedientia præſtanda D. Magiſtro: ex quibus Regulis, & Bullis videtur inferri, poſſe illum imponere præceptum obedientiæ; tamquam conceſſa hæc facultas à Sede Apoſtolica. n.6.*

*Firmatur ſententia contraria, ſcilicèt Magiſtrum, ſeù Adminiſtratorem perpetuum horum Ordinum non poſſe ex ſe, ſed tantum per mediam perſonam Eccleſiaſticam, imponere præceptum in virtute ſanctæ obedientiæ, & in virtute Spiritus Sancti, ex Bullis, quarum verba hic tranſcribuntur. n.7.*

*Non negat Author, poſſe imponere præceptum obedientiæ Adminiſtratorem perpetuum horum Ordinum abſolutè, ſed tantum negat in virtute ſanctæ obedientiæ poſſe præcipere: undè ex tranſgreſſione illius reſultet peccatum lethale, ſemper, & pro ſemper: ſed quod ſentit, eſt: præceptum ab illo impoſitum tamquam à Patre familias impoſitum habeatur, ita ut ſi materia gravis ſit peccatum lethale committatur, & reſpondetur ſententiæ Azor. & inſtantiæ factæ. n.8.*

*Movetur quæſt. an Rex, vel Adminiſtrator perpetuus præcipiens per mediam perſonam Eccleſiaſticam Prælatæ, ut imponat ſimile præceptum Monialibus poſſit eas ligare, & reſpondetur affirmativè, & præſtatur ratio fundamentalis hujus opinionis. n.9.*

## *QUÆSTIO VI.*

1 DE hoc genere voti obedientiæ ſatis benè, & diſſertè tractavit Doctus P. Mendo *de Ordin. diſquiſit. 6. q. 1. per tot.* & de eo agunt ſtabilimenta Ordinis noſtri *tit.4. fol. 68.* Diffinitiones Calatravæ, *tit.6. cap. 13.* & Alcantarenſes *tit.13. cap. 19.* in communi ſtatuendo obedientiam, quæ debet præſtari ab omnibus harum Religionum, magno Magiſtro, & prædictus Magiſter Mendo *diſquit.14. queſt. 3. n. 28.* docet idem votum obedientiæ præſtari debere à Monialibus horum Ordinum per hæc „ verba: Hinc Moniales Militares „ tenentur obedire Regi noſtro, Ca„ pitulo generali, Senatui Ordinum, „ & Viſitatoribus, eo modo, quo „ *diſquiſit.* 6. locuti ſumus de cœ„ teris Regularibus Militiarum, & ibi „ dicta Monialibus reſpectivè ſunt ad„ aptanda.

2 Debent etiam Moniales virtute illius voti obedire Prælatæ, & etiam Vicariæ, Prioriſæ, ſeù Supprioriſæ, vel ſub Commendatrici, ut tenet P. Pelliz. *in man. Regul. tom.2. tract. 10. cp.4. ſect.3. n.101.* Si præcipiant aliquid ſecundum regulam, & conſtitutiones, & transgreſsio præcepti Prælatę in hac forma impoſiti, vel aliarum, dum gerunt vices Prælatæ, ſi materia gravis eſt, erit peccatum lethale, ut ex P. Thom. Sanch. *lib. 6. moral. cap. 4. n. 45.* tenet prædictus Mendo *dict. diſquiſ.14. num.28. in fin.* qui etiam aſſerit pro regula generali ex verbis, materia, & circunſtantiis dignoſci, quando detur obligatio obediendi ſub peccato lethali.

3 An Rex noſter, ſeù Regina, quæ ſuccedit in adminiſtratione juxta Bullam Adriani VI. incorporationis perpetuæ Magiſtratuum, poſsint præcipere in virtute ſanctæ obedientię Monialibus? negat P. Mendo loco modo ſuperius citato, & ad firmandam hanc concluſionem ſe refert ad *diſquiſit.6. quæſt.* 1. jam citatam; ubi latè de obedientia Equitum egit, quando, & quomodo poſsit Rex, vel Regina, Adminiſtrator, aut Adminiſtratrix jubere Equites, quoad ſpiritualia exercenda, & ex ſe ipſo, vel per ſe ipſum inquit non poſſe, ſed tantum, quoad temporalia, ex verbis præcitatę Bullæ Adriani, cujus verba uſurpat *num.* 11. per perſonas Eccleſiaſticas, & Religioſas: quia præceptum obedientiæ eſt, quid ſpirituale, & de foro externo Eccleſiaſtico P. Valenz. *tom.4. diſput.7. quæſt.16.* ſed eo modo latum pręceptum non dubi-

to, quin posſit Rex, vel Regina Adminiſtrator, vel Adminiſtratrix imponere præceptum obedientiæ Monialibus, ex poteſtate Pontificia eis conceſſa eo modo.

4 An verò Abbatiſa, Commendatrix, vel Prioriſa poſſint præceptum obedientiæ ſuis ſubditis Monialibus imponere? quæſtio eſt apud DD. Prima ſententia tenet, eas non poſſe imponere præceptum obedientiæ: quia ſunt incapaces ex jure exercendi juriſdictionem Eccleſiaſticam, cujus fori eſt præceptum formale obedientię. Sed contraria ſententia, vel abſolute, vel probabilis cenſeatur à Paludan. D. Anton. Silveſt. Hugolin. Villalob. Reginal. & aliis, & ſimul arbitrantur Cornejo, Rodriguez Nald. P. Salas, P. Azor, quos omnes citat prædictus Mendo, *dicta diſquiſit. 6. queſt. 1. num. 2. & 3.* licèt pro contraria ſententia allegat P. Sotum Portell. Villalob. & Dian. communior ſententia eſt non poſſe, niſi conceſſa illis Pontificia poteſtate imponendi præceptum obedientiæ, ſed regere debere Prælatam tamquam matrem in filios, & Magiſtratus civiles, ita ut mortale peccatum erit, ſi materia ſit gravis, quam præcipit, tranſgreſsio illius præcepti.

5 Sed nunc reſtat nobis inquirendum, an ex Regulis, ſeù Bullis his Ordinibus conceſsis, conceſſa etiam fuerit poteſtas Prælatis horum Ordinum, ut poſsint imponere præceptum obedientiæ ſuis ſubditis Monialibus? quod dubium non attigit P. Mendo. Quapropter nobis viſum eſt exprofeſſo pertractare. Ex una parte videtur dicendum poſſe imponi præceptum obedientiæ à D. Magiſtro, ut deducitur ex Bulla confirmationis Alexandri III. Regulæ Jacobææ,, ibi: *ſub unius Magiſtri obedientia.* Deinde ex illis verbis, *cum nullus Fratrum, ſivè ſororum poſt ſuſceptionem Ordinis veſtri, & promiſſam obedientiam, & aliis quibus commendatur obedientia ab Alexandro* III. ulterius ex Regula *cap.* 20. ibi: Sean obedientes „ à ſu Maeſtre en todas, y por todas „ las coſas, *& ex cap.* 41. ibi: O in„ obedientes ſi le fuere mandado, „ que alguna coſa hicieſſe ſo eſte „ nombre de obediencia, y no lo qui„ ſo hacer. *Et in cap.* 63. ibi: Todo lo „ que el Maeſtre, ò el Comendador „ mandare à ſus Freiles, que hagan, „ ſin ninguna contradicion lo cum„ plan de buen corazon, y ſin dila„ cion; y ſi alguna coſa que les fuere „ mandada les pareciere injuſta, ò „ agraviada, por eſſo no contradigan „ la palabra del Maeſtre, ò del Co„ mendador, mas obedeciendo el „ mandamiento pueden, ſi les pare„ ciere, darles conſejo. Finalmente „ deben de poner en obra lo que les „ fuere mandado.

6 In Ordine verò Calatravæ eo rigore jubetur ſervari obedientia Magiſtro, quod valdè recomendatur in ſuis diffinitionibus *tit. 9. cap. 8.* „ ibi: Por tanto deſeando la paz, y „ conformidad entre las perſonas de „ eſta Orden, y la obediencia al „ Señor Maeſtre, mandamos, que „ todos le obedezcan con humildad. „ *Et cap.* 9. ibi: Ordenamos, y defini„ mos, que ningun Comendador, „ Caballero, Prior, ni Freile de „ nueſtra Orden, pueda impetrar „ Bula, ni Bulas, por la qual pre„ tenda tener exempcion de la obe„ diencia, y juriſdicion del Señor „ Maeſtre, y de la Orden. *Et tit. 36.* „ *cap.* 2. ibi: eſtablecemos, y manda„ mos, que todos los Comendadores, „ Caballeros, Priores, y Freiles de „ nueſtra Orden, ſean obedientes à „ los mandamientos de ſu Mageſtad. „ *Et paulò poſt*, y que cumplan con „ toda humildad en lo que por èl les „ fuere mandado. Deinde in Ordine Alcantarenſi valdè etiam commendatur obedientia præſtanda Magiſtro, & in ejus electione, *tit. 18. cap. 1.* advertitur, quod in fine ejuſdem elec-

tio-

tionis, ultrà obedientiam expreſſam, quam promiſſerunt, tempore, quo profeſsi fuerunt, eam ratificentur „omnes de Capitulo, ibi: Todos „los Comendadores, y Caballeros „le dèn, y preſten la obediencia de„bida, y acoſtumbrada: & aliis in locis hoc idem commendatur omnibus individuis illius Ordinis. Et in Regula S. Benedicti, & conſtitutionibus Ciſtercienſibus, quas profitentur omnes perſonę Ordinis Calatravenſis, & Alcantarenſis, expreſsè juſum manet obedire ſuperioribus. Ex quibus omnibus videtur inferri poſſe D. Magiſtrum habere jus, & poteſtatem inferendi præceptum obedientiæ omnibus perſonis harum Militiarum: quia Bullæ, & Regulæ illi eam facultatem impertiuntur.

7 Ex altera verò parte negatur prædicta facultas ex Bullis Julii II. & Adriani VI. litteraliter tranſcriptis *num.* 84. *part.* 4. *tract.* 1. *quæſt.* 4. *& num.* 90. ubi inquit Adrianus: *ea, quæ ſpiritualia concernunt per perſonas dictarum Militiarum Religioſas per ipſos Reges pro tempore exiſtentes, ea quę ſpiritualia concernunt per perſonas dictarum Militiarum Religioſas ad nutum amobiles probrè, & laudabiliter exercere facere debeant, & teneantur.* Et Julius II. *dict. loco n.* 84. ita ait: *Et in ſpiritualibus per aliquam per eum pro tempore ad id eligendam, & ad ejus nutum amovendam ejuſdem Militiæ perſonam idoneam ſuperioritatem, correctionem, dominium, juriſdictionem, & authoritatem, gerere, & exercere poſsint, & debeant authoritate Apoſtolica, & ex certa noſtra ſcientia tenore preſentium ſtatuimus, & ordinamus.* Et Leo X. in Bulla, quæ afertur *dict.* 4. *p. tract.* 1. *quęſt.* 4. *num.* 88. ea profert verba: *Spiritualia videlicèt per Eccleſiaſticas, temporalia vero per ſeculares idoneas earumdem Militiarum, & Ordinum perſonas.* Quæ omnes Bullæ clarè denotant Magiſtrum, ſeù Adminiſtratorem perpetuum harum Militiarum, & multo minus Adminiſtratricem poſſe imponere præceptum in virtute ſanctæ obedientię per ſe ipſos, cum tantum eis concedatur à Sede Apoſtolica exercitium juriſdictionis ſpiritualis per perſonas Eccleſiaſticas, & Religioſas; ſed imponi præceptum in virtute ſanctæ obedientię, vel in virtute Spiritus Sancti, ut jam diximus, eſt quid ſpirituale: ergo ex Bulla confirmationis Ordinis Jacobęi, & capitibus allatis ejus Regulę, neque ex aliis adductis ex diffinitionibus Calatravenſibus, & Alcantarenſibus non debet inferri poſſe imponi præceptum in virtute ſanctæ obedientiæ à Regibus, ut Adminiſtratoribus perpetuis, ut perſonis ſecularibus, ac perconſequens ſententia contraria ſubſtinenda non eſt.

8 Non ergo nego Reges, ut Adminiſtratores etiam inſenſu, quod ſeculares ſint ex voto obedientiæ ſibi præſtito, poſſe, ut patres familias, & Magiſtratus ſuperiores aliquid præcipere Monſalibus ſibi ſubditis, & aliis perſonis Militiarum, ſed eas non ligat hoc præceptum ſub peccato lethali, niſi quatenus materia ſit gravis, admodum, quo peccarent filiifamilias, vel ſubditi Magiſtratus, ſi his, aut illis non obedirent. Sed tamen ſubſiſto in eo, quod in virtute ſanctæ obedientię, & Spiritus Sancti nihil illis jubere poſſunt, niſi per interpoſitas perſonas Eccleſiaſticas, ut Bullæ præfatæ decantant. Nec valet, quod dicas cum P. Azor. *lib.* 13. *cap.* 10. *q.* 7. Abbatiſam Monialibus præcipere poſſe in virtute ſanctæ obedientię, & ratione voti emiſsi, & Moniales parere ex vi profeſsionis regularis teneri; cui adſtipulatur Victoria *de clavib. n.* 325. nam verius, & communiſsimum eſt ipſis Abbatiſis non licere, ut ait P. Thom. Sanch. *lib.* 6. *moral. cap.* 1. *n.* 21. quia hoc tantum proprium eſt Prælatorum Eccleſiaſticorum ex uſu Eccleſiæ. Nec valet, etiamſi inſtes in hunc modum: Moniales vovent obedire Abbatiſæ: ergo virtute hujus voti po-

terit Abbatiſa exigere ſibi debitam obedientiam, quod eſt præcipere in virtute ſanctę obedientię: quia reſpondeo, Moniales vovent Abbatiſæ obedire juxta poteſtatem, cujus ipſa eſt capax, atque cum Abbatiſa habeat tantum domeſticam, & civilem, non verò ſpiritualem poteſtatem, ut dictum manet, non poterit præcipere, niſi ſecundum ſuam capacitatem, & per conſequens, nec virtute Spiritus Sancti, nec ſanctæ obedientiæ, cum tale præceptum pertineat ad ſolos Prelatos Eccleſiaſticos, ita tenet Tambur. *de jur. Abbatiſ. diſp.* 12. *q.* 5. *num.* 3.

9 Ex quo ſuccedit inquirendum, quid dicendum, ſi Rex noſter tamquam adminiſtrator harum Militiarum præcipiat Prelatæ, ut imponat obedientiam Moniali in virtutę ſanctæ obedientiæ, vel virtute Spiritus Sancti per mediam perſonam Eccleſiaſticam, an ſit peccatum mortale ei non obedire? reſpondeo affirmative. Ratio eſt: quia prędceptum illud ſpirituale ad id obligans, non oritur ex Prælata, ſed à media perſona Eccleſiaſtica potente hujuſmodi præceptum imponere tamquam deſignata ad id prędcipiendum nomine Regis, cui commiſſa eſt poteſtas ad illam perſonam eligendam, licèt ex ſe nequeat talem obedientiam imponere: & in ſimilibus terminis docent, Ludov. Lop. *p.* 2. *inſtruct. Confeſſar. ubi de clavib. cap.* 1. Barthol. à S. Fauſt. *in theſaur. Relig. lib.* 6. *q.* 93. non tamen inficior, quod aliquando modus ille loquendi Prælatę; præcipio tibi in virtute ſanctę obedientiæ, & Spiritus Sancti bonum habere ſenſum, ſcilicèt in virtutę Spiritus Sancti, qui me præfecit huic Monaſterio, &c. qui modus cum nullam importet juriſdictionem ſpiritualem non erit damnatus in ore Prælatorum, & in hoc ſenſu videtur mihi loqui P. Azor. *inſtit. moral. lib.* 13. *cap.* 10. *quæſt.* 7. & Cornejo *tom.* 2. *in* 3. *p. tract.* 5. *de excommunicat. diſp.* 2. *dub.* 5. cum aliis ſuperius *in princip. hujus quæſt. citatis.* Verùm effectus, quem habet hoc præceptum, ille tantum eſt, quod liget Monialem ſubditam, ut diximus, tamquam prędceptum matris familias, & non amplius.

---

## TRACTATUS III.

### DE CLAUSURA MONIALIUM Militarium.

*An Moniales harum Militiarum teneantur ad obſervandam clauſuram.*

### SUMMARIUM.

*Stabilitur ſententia affirmans Moniales Militares teneri ad ſervandam clauſuram ex Concilio Tridentino, & pluribus AA. qui eam defendunt, cui conſonat ſtabilimentum noſtri Ordinis. num.* 1.

*Contraria ſententia, quam fert Doct. Baſilius Ponce de Leon, firmatur ejus expreſsis verbis, ubi atteſtatur plurima vidiſſe conſilia expedita ab inſignibus Magiſtris hujus Univerſitatis Salmantinę in confirmationem ſuæ ſententiæ, & ea expreſsè nominat. n.* 2.

*Reſpondet prędictus Baſilius inſtantiæ, quæ ſolet fieri ex cap. ult. ſeſſ.* 25. *de Regul. & aſſerit conſtitutionem Bonifacii VIII. loquentem de Monialibus non fuiſſe receptam in Hiſpania, nec in Gallia, & ejus verba exprimuntur in hoc num.* 3.

*Alia aſſertio proponitur Docti Baſilii circa motum proprium S. Pii V. & ei præſtat intelligentiam in illo, quod loquitur de Monialibus Militaribus. num.* 4.

*Proſequitur ipſe Baſilius diffinitione quæſtionem, an recepta conſuetudine, & tollerantia Conſilii Ordinum, locum habeant conſtitutiones S. Pii V. & Gregorii XIII. & defendit probabiliter poſſe Monia-*

niales D. Jacobi non ſervare clauſuram, & ingredientes excuſari à culpa. num. 5.

Ulterius alia urgentiori ratione oſtendit prædictus Baſilius motum proprium S. Pii V. non comprehendere omnes Moniales Ordinis D. Jacobi. n. 6.

Iterum aliam præſtat rationem, quâ motus proprius S. Pii V. non comprehendit Militares Moniales; argumento deducto à Tertiariis, quarum mentio fit in ipſo motu proprio, & in conſtitutione Gregorii XIII. n. 7.

Ex dictis infert ipſe Author plura obſervanda circa diverſa Monaſteria Monialium Ordinis D. Jacobi, maximè erga fundationem Conventus Granatenſis. n. 8.

Infertur etiam Conventum Matritenſem in fundatione aliorum noviſſimum debere regi quoad clauſuram, non obſtantibus expreſsis conditionibus appoſitis à fundatoribus, admodum aliorum ipſius Ordinis, rationibus hic datis. num. 9.

Arguitur contra Conventum Matritenſem in hunc modum. Conventus Matritenſis fuit erectus ad modum Conventus S. Spiritus Salmantini, qui ex inſtituto, ut ait Baſilius, & longeva conſuetudine potitur privilegio non ſervandi clauſuram: ſed quidquid conſuetudine receptum eſt in uno, non poteſt extendi ad aliud: ergo, &c. reſpondetur tamen cum doctrina num. antecèd. allata, & aliis rationibus, quæ hic adducuntur. n. 10.

Juxta doctrinam Baſilii Ponce conſuetudo longeva, quæ datur in Monaſteriis Monialium Ordinis D. Jacobi, poteſt efficere, quod laxitas clauſuræ introduceretur in illis, ac conſtitutiones relatæ non intelligantur uſu receptæ in iiſdem. n. 11.

Præſtatur ratio, quare non datur uniformitas inter Moniales Ordinis D. Jacobi in obſervanda clauſura, & quomodo intelligenda eſt clauſula fundationis Conventus Matritenſis. n. 12.

Vindicatur D. Petrus Gonzalez Gragera in allegatione pro præcedentia Fratrum Hiſpalenſium Sacerdotũ Conventus S. Jacobi ad Equites Jacobæos ab impoſitione, qua eum notat P. Mendo imputans illum docuiſſe in illo loco à confirmatione Ordinis diſjunctos fuiſſe Canonicos, & Equites. n. 13.

Vindicatur etiam ipſe Author in eo, quod ei attribuitur dixiſſe Regulam Canonicorum Regularium modifficatam fuiſſe per Regulam Jacobæam: quia ſi hoc dixiſſet, non ſine fundamento dixiſſet, ſed nullum verbum in eo loco invenietur quoad hanc aſſertionem. n. 14.

Donantur alia fundamenta, & DD. qui tenent primam ſententiam, ſcilicet Moniales Ordinum teneri ad obſervandam clauſuram, & inter AA. ſignatur P. Mendo loco hic citato. n. 15.

Verba P. Mendo tranſcribuntur, ex quibus accuratè infertur Capitulum generale potuiſſe præcipere, ut Moniales obſervent Concilium Tridentinum, tam circa profeſsionem, quam erga clauſuram. n. 16.

Ex aliis verbis Sapientiſsimi P. Mendo convincitur amplius Moniales teneri ad clauſuram, pro quo aſſumptu validum argumentum efformat in loco ſuperius citato. n. 17.

Addit Author majus robur prædicto argumento P. Mendo, ut diſpoſitum à Capitulo generali debeant obſervare Moniales: quia ſecundum Regulam, & cum poteſtate Pontificia ſibi conceſſa, & implicita in Bulla confirmationis juſſit ſervari Concilium. n. 18.

Reſpondetur inſtantiæ, quæ poteſt fieri, nempè ex Regula ſolùm Moniales poſſe libenter arctiorem vitam eligere: ergo non poſſunt cogi ſtabilimento: quia facile reſpondetur: nam Moniales, quæ ſtabilimentum receperunt, libenti animo illud receperunt: quia in ſua voluntate fuit non recipere. Etſi replices cum Conventu S. Spiritus ſe illud non recepiſſe, ſatisfit cum obligatione ſibi impoſita libenter in Capitulo Ocanenſi, ex quo tempore evaſerunt adſtrictæ ad vovendam

*dam caſtitatem abſolutam, & ex conſequenti clauſuram. n.19.*

*Pro contraria ſententia (ultrà ſuperiùs dicta à n. 2. uſque ad 15.) afferuntur aliqua exemplaria, & primum anni 1604. quo in caſu Philippus III. in conteentione tunc exorta pro recipiendo ſtabilimento, & reformatione juſſit* no ſe innove. *n.20.*

*Alterum exemplar adducitur* anni 1621. *pro profitendis duabus novitiabus in Conventu S. Spiritus Salmantini juxta Concilium, & intento recurſu ad Philippum IV. fœlicis record. declaravit* anno 1622. *minime innovari in profeſsionibus emittendis, imponendo perpetuum ſilentium. n.21.*

*Tertium, & ultimum exemplar allegatum à D. Galeote mandatorum Viſitatorum generalium Conventus S. Spiritus* anno 1720. *qui quidem Viſitatores providerunt de moderanda, & adſtringenda clauſura, quam ſervant Moniales hujus Conventus, à quibus mandatis ſupplicarunt, & nihil ſuper id à Conſilio Ordinum decretum fuit, & affert quam plures conſultationes ſuper hac re factas. n.22.*

*Pro conciliandis ſententiis opoſitis jam relatis, inquit Author tenendam, ut certam primam ſententiam: ſecundam vero tenet pœnè improbabilem, rebus nunc ſtantibus, ſed quoad clauſuram infra dicet quid in eo tenendum. n.33.*

*Author etiam annuit, Moniales teneri clauſuram ſervare ex Regula, quam profitentur magni Parentis Auguſtini, modificata à Jacobæa: quare aliquam laxitatem obſervat, quam in aliis purè Auguſtinianis. n.24.*

*Præſtantur aliæ rationes, quibus Moniales noſtri Ordinis tenentur ad clauſuram. n.25.*

*Apperit ſuum ſenſum Author, & tenet oportere ipſas Moniales permanere in ſua conſuetudine, quam ad preſens habent obſervandi clauſuram, & præſtat rationem. n.26.*

*Ulterius ab inconvenienti vitando arguit expedire Moniales manuteneri in ſua laxitate clauſuræ. n.27.*

*Poteſt conſuetudine fieri laxior clauſura, ultrà januam, & ſeptum Monaſterii. Et refertur ab Authore quid in ſenſu ſuo fieri debeat pro cuſtodienda clauſura hucuſque obſervata abſque ulla novatione. n.28.*

*Aſſeritur in Ordinibus Calatravæ, & Alcantaræ ſemper emiſſam fuiſſe abſolutam profeſsionem à Monialibus, ac ſervatam fuiſſe clauſuram, quamvis cum aliqua laxitate ab ea, quam obſervant Benedictinæ, & Ciſtercienſes. n. 29.*

## *QUÆSTIO UNIC.*

1 SOLET in dubium revocari, an Moniales Ordinum Militarium præcepto clauſuræ ligentur? quod utique dubium ægre fert Doct. Thom. Sanch. *ubi infrà*: quia Tridentinum Concilium *ſeſſ. 25. cap. fin. de Regular.* hoc decidit. Cum unum ex decretis in ea ſeſsione contentis ſit de Monialium clauſura, & tamen in citato *cap. fin.* ita decernitur: *Hæc omnia, & ſingula ſuperioribus decretis contenta obſervari S. Synodus præcipit in omnibus Cœnobiis, ac Monaſteriis, Collegiis, ac domibus quoruncumque Monachorum, ac Regularium, necnon quaruncumque Sancti Monialium, virginum, ac viduarum, etiamſi illæ ſub gubernio Militiarum, etiam Hieroſolimitanæ vivant, &c.* Præterea idem ſtatutum eſt in motu proprio S. Pii V. qui incipit *circa Paſtoralis*, ibi: *cujuſcumque Ordinis, vel Militiarum, etiamſi Hieroſolimitani ſint.* Quarè affirmativam ſententiam, videlicèt dictas Moniales præcepto clauſuræ ligari ſubſtinent loquentes expreſsè de Monialibus Ordinum Militarium S. Jacobi, Calatravæ, & Alcantaræ. Navar. *commen. 4. de Regul. n. 4.* Man. Rod. *qq. Regul. tom. 1. q. 44. art. 2. & 3.* Hieronym. Llamas *in method. curation. in appendice, quam ponit in fi-*

*fine* §. 1. *fin.* Thom. Sanch. *in præcept. decalog. lib.* 6. *cap.* 15. *n.* 10. Portell. *in dub. Regul. verb. clauſura n.* 1. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. allegat.* 102. *n.* 9. *& in collect. in varia loca Concilij Trident. ſeſſ.* 25. *cap.* 22. *n.* 2. Hieron. Rod. *reſolut.* 26. *n.* 2. Villalob. *tom.* 2. *tract.* 25. *difficult.* 44. *n.* 2. Ludovic. de Mirand. *in ſuo manual Prælat. de Monial. q.* 1. *art.* 1. *concluſ.* 1. & habetur in lib. ſtabiliment. noſtri Ordinis „ *tit.* 14. *cap.* 12. ibi: Y atentos à que „ todos los Monaſterios de Monjas „ de la Orden eſtàn oy mui encerra- „ das, y les comprehende el rigor de „ la clauſura del Concilio Tridentino, „ eſtablecemos, y ordenamos, que „ la clauſura de los dichos Conven- „ tos ſe guarde con todo rigor,&c. Addo Tambur. *de jur. Abbat. diſp.* 18. *quæſt.* 5. Suar. *tom.* 4. *de Relig. lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 14. & quod Magiſter potuit eis præcipere clauſuram, tenet Man. Rod. *tom.* 1. *q.* 44. *art.* 20. Portell. *in dub. Regul. verb. clauſura n.* 1. ex Trident. Concil. ad quod reſpondit Baſil. *ubi infrà n.* 20.

2 Non reticeam Doctum Baſil. Ponce de Leon, qui *in dict. tract. de impedim. matrim. cauſ.* 27. *q.* 1. *per tot. maxim. fol.* 110. mordicùs defendit, Moniales Ordinis noſtri S. Jacobi non teneri præcepto clauſuræ, etiam poſt Concil. Trident. & motum proprium S. Pii V. adeòque tuta conſcientia agere dictas Moniales non ſervando clauſuram, ac ingredientes earum Monaſteria: ſubjiciam illius verba: quia ſingularia ſunt, & à viro docto prolata: ſic enim poſt alia ait: & noviſsimè Trident. *ſeſſ.* 25. *de Regul.* ubi decernit *clauſuram perpetuam, ubi violata fuerit reſtaurandam, ubi verò in ſua integritate conſervandam*: quo decreto planum mihi videtur, eas tantum Moniales comprehendi, quæ ex ſua inſtitutione, vel antiqua conſuetudine clauſuræ legibus tenebantur, aut poſt Bonifacium VIII. illam profeſſæ ſunt; non verò eas, quæ ex regulæ inſtituto ejus legibus minimè tenebantur; ſi enim præcipit reformandam clauſuram, ubi collapſa fuerit, ubi nunquam recepta eſt, violari minimè potuit: privatio enim non datur; ubi non eſt habitus; *leg. manumiſſiones ff. de juſt. & jur.* idem etiam Concilium præcipit, ne aliqua Monialium etiam ad breviſsimum tempus egrediatur, niſi ex licentia Ordinarii, indultis quibuſcumque, & privilegiis non obſtantibus: indicat ergo ſe de illis agere, quę ut egredi poſſent, privilegio, & indulto opus habuerunt; non verò de illis, quę ex ſua inſtitutione, & antiquo ſemperque vigente vivendi modo, clauſuræ lege non tenebantur: atque hunc eſſe Concilii ſenſum affirmavit RR. Epiſcopus Segovienſis, qui cum aliis tribus deſignatis illi ſeſsioni ordinandæ adſtitit, ut ego ex fidedignis teſtibus, & omni exceptione majoribus accepi, teſtimoniumque publicè reperiri per Magiſtrum Fr. Gaſpar. de Torres, & Fr. Petrum de la Puente: immo in Concilio Provinciali Compoſtellano, quod Salmanticæ coactũ eſt *anno* 1566 cum variæ de intelligentia hujus decreti opiniones ſtitiſſent, PP. ejus Concilii animadvertentes probabilem eſſe opinionem, quę diceret, Concilium de his tantum intelligendum, quæ clauſuram profeſſæ fuerant, nihil circa id curarunt innovandum, ut conſtat ex facto ipſo, quod ita accidiſſe teſtati in ſcriptis ſunt Fr. Franciſcus de Uceda, & Fr. Didacus de Stella, ex Ordine S. Franciſci. Idem etiam, ut omittam Navarr. *conſil.* 81. & 82. *de Regular.* multi inſigneſque Theologi, & juris Canonici DD. Salmanticenſes conſulti reſponderunt, quorum ſubſcriptiones ego vidi: hi ſunt Magiſter Fr. Ludov. Legionen. M. Fr. Joannes de Gueva- ra, Fr. Gaſpar de Torres, Fr. Joannes de Robles, Fr. Petrus de la Puente, M. Roderic. M. Mancius, Fr. Dida-

cus

cus Stellá, Fr. Gaſpar de Uceda, D. Roch. de Vergas, tunc primarius jur. Canonici Interpres, Fr. Manuel Rod. D. Cornej. de Pedroſa: idemque ſenſiſſe D.D. Solis, Sahagun, Gabrielem Enriq. & Zumelium teſtatur Fr. Gaſpar de Uceda; idem etiam Fr. Ferdinandus del Campo, Fr. Antonius de Aguilar affirmant, ita Baſilius, qui ad dictum Concilium Tridentinũ alio decreto reſpondet, *in §. ſequent. dicens.*

3 Nec obſtat, quod Tridentinum in eadem *ſeſsione de Regul. cap. ult.* dicat, omnia, & ſingula in præcedentibus contenta de omnibus Monialibus, etiam Militarium intelligenda, quo perſuaſi nonnulli, mordice affirmarunt, Tridentinum Moniales omnes comprehendere: illa verba enim *omnia, & ſingula* diſtributione accomoda intelligenda ſunt, aliàs abſurda multa ſequerentur, tenerenturque Militares Religioſi, & Moniales ad annum probationis, & profeſsionis, cum tamen Equites adhuc non teneantur, ut conſtat. Moniales autem à pauciſsimis annis obligantur ad eam formam profeſsionis, & probationis, ut teſtatur Joannes Azor. *tom. 1. lib. 13. cap. 4. q. 2.* qui affirmat etiam ex declaratione Cardinalium, nequaquam Militares Equites S. Joannis eo decreto comprehendi. Nec obſtat etiam, quod Tridentinum innovat conſtitutionem Bonifacii: nam licèt demus, illam de omnibus Monialibus intelligendam, etiamſi voto ſolemni non teneantur, potuit tamen à Concilio limitari, ut ejus verba præſeferunt, & quoad illa, quę expreſsit, renovari. Adde conſtitutionem illam Bonifacii non fuiſſe uſu receptam, nec in Hiſpania, nec in Gallia, ut docet Joannes Andreas ibi: qui & affirmat, Moniales ejus Regni obtinuiſſe contra Bundegalenſem Epiſcopum, qui virtute illius conſtitutionis, voluit illas ad clauſuram obligare, quæ, cum Concilium utatur verbo renovandi, non obtinebit robur, niſi quoad illa, in quibus renovatur. Denique non de omnibus Monialibus intelligendam conſtitutionem Bonifacii oſtendam ſtatim: ita Baſil. *in §. ſequent. proſequitur dicens.*

4 Ait poſteà S. Pius V. *anno 1566.* innovata conſtitutione Bonifacii VIII. omnes Moniales etiam Militiarum ad clauſuræ ſeveras leges obligari voluit, & eas etiam, quas Tertiarias vocant. Hunc autem motum S. Pii V. non video univerſaliter eſſe receptum apud Militiarum Moniales, non enim eas clauſurę leges ſervant, videntibus, & annuentibus Prelatis, Magiſtro ſcilicet, hoc eſt Rege Catholico, ac ſupremo ejus Senatu, pro Militaribus Ordinibus conſtituto. Extranei enim tam viri, quam fœminæ in eorum Monaſteria ingrediuntur, honeſtis quidem, juſtiſque de cauſis, & de licentia Prępoſitę: non tamen ab illis, ut Pontificiæ litterę declarant, imò, nec ab aliis Monialibus nonnullis eam rigidam clauſuram ſervatam agnoſco. Cum enim in eo proprio motu præcipiat Pontifex, & Monialibus, ut ſervent, & Ordinariis, ac ſuperioribus, ut ſervare compellant, iſtis non curantibus, non compellentibus non exequentibus, aut etiam convenientibus, nullum robur obtinebit Pontificia conſtitutio, & infrà.

5 Sed quæſtionem habet, an iſto proprio motu S. Pii V. & Gregor. XIII. Militares Moniales comprehendantur? & an licitè in illis adhuc non ſervetur clauſura? nonnulli enim de hoc diverſa ſenſerunt: & quidem in primis, nunc tuta conſcientia illas agere, & ingredientes excuſari mihi indubitatum eſt: ea enim conſuetudo videntibus, & annuentibus earum Prelatis, ac ſupremo Ordinum Senatu Regio ſatis indicat proprium motum S. Pii V. nequaquam executioni mandatum: adde etiam excuſari probabili opinione, quę do-

cet motu proprio S.Pii V.eas Moniales minime comprehendi, quam ſententiam probabilem eſſe, negari non poteſt, ut ſtatim demonſtrabo.

6 Deinde exiſtimo,proprium motum S. Pii V. nequaquam omnes Moniales Militares comprehendere, quas autem comprehendat, planum erit ex dicendis. Nec enim ego earum omnium ſtatuta, aut inſtituta legi: eo proprio motu nequaquam omnes illas Moniales comprehendi, aut ſaltim hanc probabiliſsimam opinionem eſſe oſtendam, ut credo manifeſtè ex duplici capite. Primo: quia eo proprio motu renovatur dicta conſtitutio Bonifacii VIII. ac illa nequaquam illas Moniales universè comprehendit, cum enim ibi dicat, teneri legi clauſurę omnes Moniales Religionem tacitè, vel expreſsè profeſſas. Illæ adſtringuntur, quæ profeſsionem faciunt, & religioſorum nomine intelguntur: Religioſorum autem, vel Religioſarum nomine jure communi,non intelligi Militares Equites receptiſsima opinio eſt. Quãvis enim Eccleſiaſticas perſonas eos eſſe pauci dubitent, & fori privilegio gaudere; attamen non pauci, nec innobiles Theologi, quam Interpretes juris Canonici exiſtimarunt,verè Religioſos non eſſe,qui caſtitatem tantum conjugalem profitentur, quos omnes unà cum Rotæ deciſsionibus, quæ idem judicarunt, refert noviſsimè Nicol. Garc. *de benef. p.* 1. *cap.* 4. *num.* 15. & idem affirmat Azor. *tom.* 1. *lib.* 13. *cap.* 4. *q.* 2. Et ut veros eſſe Religioſos, demus, Equites illos, quod mihi ſemper certum viſum eſt, attamen Religioſorum nomine in his, quæ odioſa, & pœnalia ſunt injure non intelligi, ſivè caſtitatem conjugalem, ſivè abſolutam voveant. Cenſuit noviſsimè cum aliis idem Joannes Azor. *ibid. q.* 4. Probabiliſsime, ergo affirmari poteſt, ea Bonifacii VIII. conſtitutione nequaquam Militiarum Moniales comprehenſas fuiſſe, maximè cum earum nonnullę, Equitum tantum vivendi formam profiteantur, ac caſtitatem conjugalem. Accedit etiam, quod Synodus Auguſtenſ. ſub Paulo III. *anno* 1548. cum de Monialium clauſura agit, ſtatim Canoniſſarum mentionem infert, quæ ſolemni caſtitatis voto non adſtringebantur, nihilquè contra illas innovat, ſed tantum, ſi non illæ, vitæ ahuſto genere deflexerint reformandas, quod planè indicatur non de omnibus univerſim fœminis Monialibus Bonifacii intellectam, nec receptam conſtitutionem.

7 Secundò: quia S. Pius V. cum de Tertiariis agit, in ſuo proprio motu etiam prępcipit cogendas illas ad clauſuræ profeſsionem, duabus limitationibus adjunctis, prima ſi in congregatione degant. Secunda, ſi profeſſæ fuerint, ita ut ſolemne votum emiſſerint: ſi ergo, licet in congregatione degant, ſolemne tamen votum non emiſſerint, eo decreto de profeſsione clauſuræ minimè obligantur: quæ ſuperius dixerat:igitur deMonialibus aliis idem ſupponere videtur, ſcilicet eas fœminas, quæ ſolemniter profeſſæ ſunt adſtringendas ad profeſsionem clauſuræ: quæ quidem conſonant cum his, quæ ex Synodo Auguſtenſ. retulimus, nec enim clauſuram injungit Canoniſis, quę ad continentiam ſolemni voto non adſtringebantur; idque jure optimo diſcrimen conſtitutum:nam quæ ſolemni tenentur caſtitatis voto, inhabiles omnino ſunt ad matrimonium valide contrahendum: quare, & turpior earum lapſus, cum nullo prętextu culpa diſsimulari queat: at quę ſolo tenentur voto caſtitatis ſimplici, quamvis illicitè, validè tamen contrahunt, niſi quod ſpecialiter ſecus de illis cautum ſit: quare earum lapſus conjugii ſpecioſo nomine diſsimulari, aut ſaltim levari poteſt: ergo Moniales Militarium Ordinum, quæ ſolemnem profeſsionem non emittunt, immunes erunt ab obligatione clauſu-

ſuræ, etiam poſt S. Pii V. & Gregor. XIII. conſtitutiones. Quare cum in priori ſui conſtitutionis parte, Militarium Monialium meminit, eas comprehendiſſe cenſendum eſt, quę ſolemnibus votis obligantur, juxta ea, quæ inferiùs exprimit de Tertiariis.

8 Ex dictis ſcio, nonnullos colligere, aliquas Moniales Militiarum prętertim nobiles fœminas, quæ ſub patrocinio D. Jacobi degunt, multis titulis à ſeveris clauſurę legibus excuſari. Primo: quia conſuetudo ipſa tot annorum decurſa, Prælatis videntibus, comprobata ſatis indicat (quamvis eas motu proprio S. Pii V. comprehendi affirmemus) non eſſe receptum quoad illas, quæ meo judicio probabiliori excuſatio eſt: nam ubi non eſt recepta S. Pii V. conſtitutio, aut conſuetudine non ſervata, locum non habere, docet Joannes Azor. *tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 8. *q.* 1. *verſic. ex hoc planè*. Deinde excuſari ſentiunt: quia probabiliſsimum eſt eas S. Pii V. litteris minimè comprehendi: id, quod multi viri docti in Theologia, & jure Canonico in unum congregati Salmanticæ affirmarunt, & ſua ſubſcriptione teſtati ſunt, quos ſuprà retuli: quæ duę cauſæ omnibus ejuſdem Ordinis communes judicantur, ſi Granatenſes excipias, quę, ut credo, ex alto loco Granatam translatæ, cum à Catholicis Regibus Ferdinando, & Eliſabeth, certi quidam redditus ſub ea conditione aſsignarentur, quod clauſuram profiterentur, ſuo inſtituto renuntiarunt, nec verò excuſari illæ poſſunt, quod non adfuerit Pontificis confirmatio; acceſiſſet enim poſteà generale decretum Concilii Tridentini, quod eas invenit cum obligatione, & obſervatione clauſuræ: jubet autem Concilium, clauſuram reſtitui, ubi colapſa fuerit, ubi verò ſervata, retineri diligenter: quamvis dubito an non impletis conditionibus ex parte Regum, Granatenſes fœminæ ſolvantur etiam obligationis vinculo, cum votum illud clauſuræ, re ipſa conditionale fuerit, & quaſi temporale comprehenderet, ſcilicèt ab exiſtentia conditionis de prętenti: ſed quia inter ea Monaſteria, Salmanticenſ. viget nonnulla de ejus origine, ac inſtituto, libet inſerere huic ducto principio. Hucuſque doctiſsimus Baſilius.

9 Ex hactenùs dictis, deſumi valet firma reſolutio quęſtionis, quæ nuper exorta dicitur circa clauſuram Monaſterii Matritenſis poſtremo erecti cum ea conditione à fundatore appoſita, & à Rege noſtro acceptata, ut fundatio foret ad inſtar Monaſterii Salmantini S. Spiritus ejuſdem Ordinis. Quippè dicendum eſt Monaſterium illud Matritenſe, non magis ad obſervantiam legum clauſuræ teneri, quam cętera Monaſteria dicti Ordinis, qui auctus reperitur illo Matritenſi Monaſterio, quod tamquam augmentum debet eſſe ejuſdem qualitatis, cum illis omnibus adheret, *leg. etiamſi* 8. *Cod. de jur. dot. leg. inter ſocerum* 26. §. *cum inter ff. de pact. dotal.* Roman. *conſil.* 469. *n.* 5. & regulariter ſecundum naturam ſui principalis Matien. *in leg.* 7. *tit.* 1. *lib.* 5. *recopilat.* Gloſſ. 7. *num.* 8. Valenz. *conſil.* 69. *n.* 268. & 289. Dueñas *Regul.* 8. ubi quod privilegium, & beneficia principali conceſſa trahuntur ad augmentum, Tambur. *de jur. Abbat. tom.* 1. *diſp.* 1. *q.* 10. ubi quod Monaſterium noviter de licętia Diœceſani erectum, ab exemptis exemptionis privilegium acquirit: quia cum exemptionis privilegium ſit conceſſum Religioni, extenditur ad eorum bona, ac loca non ſolùm acquiſita, verùm etiam acquirenda: & patet ex Bulla Martini V, pro exemptione Ordinis D. Jacobi, ubi Conventus, Monaſteria, & loca, quę in præſentiarum poſsidetis, necnon, quę dante Domino poteritis adipiſci ab omni juriſdictione, dominio, &c.

10 Dicet aliquis laxitatem clau-

clauſuræ in Monaſteriis Monialium Ordinis S. Jacobi preſcriptam in Monaſterio Salmantino fuiſſe productam ex antiquiſsima conſuetudine legibus Eccleſiaſticis clauſurę derogante : at in Monaſterio Matritenſi noviter erecto talis conſuetudo nequit dari, nec valere uſu , & conſuetudine Monaſteriorum ejuſdem Ordinis : ſiquidem conſuetudo derogans clauſuræ legibus alligata eſt Monaſterio, in quo eſt inducta , nec tranſit ad aliud, præcipuè derogans tot clauſurę legibus Eccleſiaſticis, contra quas nec Fundator Monaſterii laxitatem clauſuræ diſponere voluit, nec per Ordinem voluit acceptari. Si ergo non conſuetudine, quo pacto , quo titulo, privilegio, aut diſpenſatione Concilii Tridentini Bonifacii VIII. Gregorii XIII. S. Pii V. conſtitutionibus ſtantibus, poteſt Monaſterium illud deſiderium ſuum honeſtari? Reſpondeo hic multa falſo proponi : falſum eſt enim dicere laxitatem clauſuræ conſuetudine in Monaſteriis unius Religionis inductam non extendi ad Monaſterium noviter in ea Religione fundatum , ut patet ex dictis *num. prȩcedent.* In quorum confirmatione facit, quod conſuetudo Civitatis, vel Regni extenditur ad loca de novo creata , vel illis adjuncta , *leg. Seyæ* 20. §. Tyranne, *ff. de fund. inſtruct.* Paulus de Caſtro *conſil.* 372. *num.* 2. *volum.* 1. Barthol. *in leg. ſi conuenerit, §. ſi nuda ff. de pignor. action.* Valenz. *conſil.* 146. *num.* 32. *& conſil.* 33. *num.* 16. ubi cum Paulo Caſtrenſi *conſil.* 379. Aymon. & Hieron. Sanch. tradit conſuetudinem loci , ad quem alius locus eſt unitus, ſervari etiam in loco unito.

11 Nec minùs falſo aſſeritur obligationem , ſeù laxitatem clauſurę in dictis Monialibus fuiſſe productam ex conſuetudine leges Eccleſiaſticas clauſuræ derogante: quippè verum eſt conſuetudinem circa laxitatem clauſurę inveteratam , & nunquam interpollatam in Monaſteriis Monialium dicti Ordinis declaraſſe conſtitutionem Bonifacii VIII. decreta Concilii Tridentini , & Bullam Gregor. XIII. de Monialium clauſura, non comprehendiſſe Monaſteria Monialium S. Jacobi Ordinis ob ſuum primævum inſtitutum , & regulam, ut probat M. Baſil. *ubi ſup.* Deinde conſuetudo antedictæ laxitatis circa motum proprium S. Pii V. duorum alterum interpretata eſt: aut motum illũ non cõprehendiſſe dicta Monaſteria, aut nunquã in illis fuiſſe conſuetudinẽ receptam, ut conſideravit Baſil. *ubi ſupr.* & firmat ſic tenuiſſe graviſsimos DD. ac Magiſtros Salmenticenſes.

12 Quod autem uniformis non ſit in dictis Monaſteriis laxitas clauſurę, provenit ex eo , quod cum ex proprio inſtituto , & regula ad clauſuram non teneantur uniuſcujuſque Monaſterii Moniales , ſeù modum clauſuræ (ob ſuam nobilitatem & decentiam ſtatus) obſervare ſtrictiorem , aut laxiorem , quod in fœminis, etiam ſuis propriis domibus degentibus , & nulla lege clauſurę obligatis, videmus : nam aliquę plus aliis clauſuræ obſervare volunt ; aliæ obſervant id , quod etiam in Monaſteria Religioſorum intra eandem Religionem, requiritur. Ex quibus convincitur Fundatorem illius Monaſterii Matritenſis jure verò potuiſſe fundationem ad inſtar Monaſterii Salmantini facere , & illam acceptare Religionem cum eadem obligatione, ſeù laxitudine clauſuræ. Nec in hac diſpoſitione, & admiſsione, ullis clauſurę legibus derogatur , nec contra eas quid diſpoſitum , aut admiſſum reperitur : quia ſivè ex primæva inſtitutione , & regulæ inſtituto , quod ſine dubio tenendum eſt , ſivè ex conſuetudine clauſuræ legibus derogata (ut de contrario fatetur) leges illæ non comprehendunt Jacobæas Moniales. Quo circa in fundatione illa contra prædictas clauſurę leges, nihil

hil diſpoſitum, ſeù admiſſum eſſe patet.

13 Hinc ſuccedit vindicandus D. Petr. Gonzal. Grajera Ordinis noſtri „ in allegat. pro præcedentia Clerico- „ rum Fratrum Hiſpalenſium Sacerdo- „ tum ad Equites Jacobæos à Mendo *de Ordin. Militar.* qui *in diſput.* 14. *q.* 8. latiſsimè exagitat hanc quæſtionem, qui contra aſſertum noſtrum ( cui adhuc inſiſtimus ) reſolvit : & obiter ibi, *num.* 116. in illum vehementius inve- „ hit, dicens : quod in quadam juris „ allegatione pro præcedentia Clerico- „ rum Fratrum Hiſpalenſ. Sacerdotum „ ad Equites Jacobæos, *dixerit*, ita uni- „ tos fuiſſe Canonicos *del Oyo* Ordini „ Jacobæo, quod interſe diſtincti, & „ ſeparati remanſiſſent. In quo illum Mendo mendoſe refert. Non enim aſſerit ea in unione Canonicos *del Oyo* diſjunctos, ac ſeparatos ab Ordine Jacobitano remanſiſſe ; nec hoc dicere venit in mentem illi. Dixit, & iterum dixit actiones, & operationes Fratrum Clericorum, & Fratrum Militum remanſiſſe in ea unione ſeparatas, ac diſtinctas ; ſed ad conſecutionem ejuſdem finis tendentes; verba illius allegationis ex *num.* 5. ſunt iſta : *Lo que es cierto, que de tal manera ſe juntaron, y hermanaron los Canonigos, y Caballeros*, nota, *que las acciones, y obras de ambos brazos, y eſtados no quedaron confuſas, ſino diſtintas, y ſeparadas entre ſi, y todas enderezadas à un miſmo fin, que es la defenſa de la Fè, y exaltacion de la ley de Dios : y aſsi ſe lee en una de las Capitulaciones referidas, que fueſſen todas ſus coſas apartadas las unas de las otras, bien aſsi como de antes lo eran, de manera, que no perdieron el eſtado de ſu Orden de S. Auguſtin, que havian profeſſado, y el ſer pura, y eſſencialmente Canonigos Reglares, aſsi lo advierte* Mota. Et videat nunc P. Mendo undè ſuum deducat aſſertum. Credo jam Mendoſum eſſe, ac falſum fatendum eſſe, prout etiam illud, quod dixerit, dictos Canonicos non mutaſſe in ea unione vitam, nec profeſsionem : non ſolum refert verba viri docti Baſilii Legionenſ. ita dicentis, & quidem rectè: quamquam enim, & in unione profeſsionis, & normę, ac modo vivendi quędam addita fuerunt, tamen primæva profeſsionis, ac vitę forma non fuit omnino ſublata, ut patet ex ipſa profeſsione, & norma vivendi in Conventibus Ordinis, cum habitu Canonicorum Regularium, ſcilicet ſuperpelliceis : & ſatis aperte indicatur in Conſilio, quod Archiepiſcopi, & Epiſcopi Fratribus Militibus tempore garegationis ad Canonicos *del Oyo* dedere, ut habetur in lib. ſtabilim. Ordin. *tit. de los Fundadores cap.* 3. ibi: *les dieron por conſejo ſe llegaſſen al Prior, y Canonigos de San Loyo, la vida de los quales ſe parecia màs à la ſuya, que tomaban en veſtir, y comer, y las otras coſas, que otra ninguna de otros hombres, aſsi como Frailes del Ciſtèl, ò de San Baſilio, &c.* vide infra.

14 Subdit Mendo, eo *n.* 116. relatum Grajera *in dicta allegatione n.* 7. dixiſſe Regulam Canonicorum Regularium modificatam fuiſſe per Regulam Alexandr. III. traditam. Quod ſi dixiſſet, non pigeret : ſed in eo numero 7. talis allegationis verbum nullum eſt. Hoc etiam ſciendum eſt, privilegia, & ſtatuta, quæ pro Religioſis ſunt conſtituta, pro Monialibus etiam conſtituta, quoad eis proportionabilia, cenſentur, ita Menoch. *de arbitr. cent.* 5. *caſ.* 421. Et probatur : quia etiam in materia odioſa, & pœnali ſub maſculino nomine clauditur fœmineum, Tamb. *de jur. Abbat. diſp.* 16 *q.* 8. *n.* 1. & 2.

14 Et ut ad viam, qua digreſsi ſumus, revertamur, notandum venit ultrà aſſerta fundamenta, pro utraque ſententia, aliqua etiam addi à recentioribus AA. quæ indicare nobis viſum eſt, requiri : ut hinc inde comparatis omnibus rationibus, quæ adſtant pro una, & altera, noſtram firmemus ſententiam, quam aperire cu- pi-

pimus pro conciliandis illis contrariis opinionibus. Pro prima ſanè ſervandi clauſuram ſtant noſter Magiſter D. Gregor. Roman, qui in memoriali quodam defendit Moniales S. Jacobi Matriti, & alias Ordinis noſtri teneri ad cuſtodiendam clauſuram citatus à P. Mend. *de Ordin. diſquiſit.* 14. *q.* 7. *&* 8. *per tot.* Ubi cumulat omnia, quæ congruunt, ut debeat obſervari clauſura. Tum: quia licet Regula illas clauſura non onerat, nec in profeſſione eam expreſſe non promitant; ex vi votorum tenentur ad eam ſervandam. Tum: quia Ordo noſter ſtabilivit, concilium in hac parte à Monialibus obſervandum. Tum denique: quia cum omnes Moniales jam pridem tria vota ſubſtantialia Religionis profiteantur, neceſſariò infertur ad clauſuram teneri, tamquam neceſſariam ad ea vota obſervanda. Hæc, & alia plura docet prædictus Mendo cum relato Roman. *ubi ſup.* ſed ut comprobavimus modo ſuperius, *tract.* 2. *de profeſſione q.* 3. *à n.* 14. omnes Moniales Militares vovent tria vota ſubſtantialia, ut Fratres Clerici, cum jam non ſint in Ordine noſtro aliæ, quam continentes: ergo omnes debent ſervare clauſuram.

16 Hinc pro clauſura validum deſumit argumentum doctiſſimus P. Mendo. *dict. diſquiſit.* 14. *q.* 8. *n.* 124. ut ipſe inquit, expediens ſe in hunc modum: *Capitulum generale in eo ſtatuto* (loquens de eo, quo præcipitur ſervari Concilium Tridentinum) *pronuntiat, & declarat ſub lege, & rigore Tridentini comprehendi Moniales Jacobæas: ergo comprehenduntur: probo conſequentiam. Primo: quia Capitulum generale totum Ordinem repreſentat, conſtatque viris graviſſimis, nec ſtatuta proferuntur, ac ſubſcribuntur à Rege noſtro, niſi poſt accuratum examen, & inveſtigationem, ac conſultationem cum viris ſapientiſſimis: ergo ex hoc capite, authoritati Capituli generalis plus eſt deferendum, quam aliis, qui contrarium opinentur.* Hæc ſunt verba P. Mendo. Ex quibus poteſt deduci inviolenter probabiliorem eſſe hanc ſententiam, quam aliam contrariam: nam quis negabit in his circunſtantiis poteſtatem in Rege noſtro, ſimul cum Capitulo poſſe præcipere ſervari Concilium Tridentinum, ac declaraſſe Moniales omnes Ordinum Militarium in eo decreto comprehendi, quo omnes Moniales comprehenduntur circa clauſuram?

17 Deinde proſequitur idem ſapientiſſimus Author, *dicto loco num.* 125. aliud exponens argumentum pro obſervanda clauſura, & ita ait: *Capitulum generale Ordinis* (ut ipſe diſſertè probat *diſquiſit.* 7. *q.* 2.) *fungitur poteſtate conceſſa à Sede Apoſtolica interpretandi, & exponendi dubia circa Regulam. Tum ſic: præſens dubium eſt circa Regulam: quia AA. ſententiæ contrariæ ex Regula inferunt Moniales non emittere votum ſolemne caſtitatis abſolutæ: & ideò non teneri ad ſervandam clauſuram. Sed Capitulum generale declarat hoc dubium, quod prævidit, poſſe exoriri, aut exortum animadvertit, & pronuntiat ex poteſtate, quam à Pontificibus habet, Moniales lege clauſuræ à Tridentino latæ teneri: ergo, vel afferendum eſt eas teneri, vel poteſtati, & authoritati Capituli generalis, & privilegio Pontificio concedenti eam poteſtatem detrahitur.* Et concludit ipſe ſapientiſſimus Interpres; *nec video quomodo, ſalvis his, poſſet clauſuræ de obligatio defendi.*

18 Immo addo ſenſui hujus ſapientiſſimi Authoris, nec dubium oblatum fuiſſe, nec quid interpretari, vel declarare habuiſſe Capitulum generale in eo, quod præcepit, Moniales noſtri Ordinis debere obſervare Concilium Tridentinum in forma profeſſionis, & in ſervanda clauſura. Quod ſic probo: primo, non dicitur, nec dici valet fieri contra Regulam, quando id, quod factum eſt, continetur in Regula: ſed forma profeſſionis Concilii virtualiter in

Regula continetur: ergo ſtabilimentum relatum non poteſt dici oppoſitum Regulę. Major eſt certa. Minor in qua poteſt eſſe difficultas, probatur: nam in Regula, & Bullis confirmantibus Ordinem, non ſolùm continetur ſtatus conjugatorum, vel conjugatarum, verùm etiam continentium, ut latè probavimus *hac part. tract.2. q. 1. per tot.* ergo virtualiter in continentibus, & in ſtrictiorem vitam degentibus, continebatur votum caſtitatis abſolutæ, ac perconſequens clauſuræ votum: ergo ſtabilitum à Capitulo generali non ſolùm non fecit contra Regulam, verùm etiam ſecundum Regulam operatum eſt.

19 Præterea dices: quod Regula, & Bullæ ſolùm comprehendunt eos, vel eas, qui, quæ vè ſtrictiorem vitam elegerint, & quod pœnitus diverſum eſt, libenter eligere ſtatum, aut cogere ad illum recipiendum, quod importat ſtatutum. Sed huic inſtantię facilè reſpondetur: nam hodie, hoc eſt extra aleam diſputationis: quia ſtabilimentum prædictum ab omnibus Conventibus Ordinis libenter receptum eſt, & omnes Moniales vovent tria vota ſubſtantialia, ut vidimus ſuprà hoc *tract. q. 3.* excepto Conventu S. Spiritus hujus Civitatis Salmantinę, qui ut dicunt contrarii, nec recepit ſtabilimentum, nec mandata Viſitatorum acceptavit: immo appellavit: ſed meo videri minus rectè hic Conventus poteſt ſtabilimentum repellere, & à mandatis Viſitatorum appellare, quidquid in contrarium dicant alii: nam ipſe Conventus, ut diximus *in hoc tract. quæſt.2. in princip.* quæſivit, & acceptavit ſtabilimentum Ocanenſe à D.D. Ildephonſo de Cardenas celebratum, & ut diximus etiam *q.3. num.2.* in illo ſtabilim. refertur, *que no puedan caſar, ni caſen con licencia, ni ſin ella, con diſpenſacion, ni ſin ella, de el Maeſtre, ni Apoſtolica, ni de otra perſona alguna, ſopena de caer en caſo de deſobediencia, è demàs, que le ſea quitado el havito,* & in fine ait: *queda por eſtablecimiento perpetuo*: ergo majore cum ratione Moniales hujus Conventus S. Spiritus debent recipere ſtabilimentum, quo præcipitur Moniales profiteri debere juxta Concilium Tridentinum, ut ſtatutum eſt *anno* 1573. & ſtabilimentum *anni* 1600. quo præcipitur ſervari clauſuram: quod totum conſtat *ex tit.14.cap.10. & 12. ſtabilimentorum noſtri Ordinis*: nam non ſolum hic Conventus debebat recipere libenter, ut alii Conventus receperunt hæc poſteriora ſtabiliměta, ex doctrina jam traddita in numeris antecedentibus, verùm etiam ex requiſitione, & aceptatione facta in Capitulo generali Ocanenſi: & hæc pro prima ſententia.

20 Alia vero ſententia contraria, ultrà ſuperiùs dicta *in hac q. à n.2. uſq. ad* 15. fundatur noviter à D. Anacleto Bentura Perez Galeote jam ſuprà laudato in defenſione clauſuræ non obſervandæ à Monialibus Conventus S.Spiritus,qui hic ſupreſſo nomine allegat exemplaria, quibus convincit, nec ſtabilimenta, nec reformationem hujus noſtris Ordinis recepiſſe Moniales ejuſdem Conventus. Et primum,quod affert,eſt,quod contigit *die* 5. *Martii anno* 1604. in viſitatione generali expedita à Capitulo generali celebrato à Philippo III. fœlicis recordat. cum expreſſa commiſſione cogendi Moniales, ut reciperent prædictum ſtabilimentum, & reformationem: à quo decreto ſupplicarunt unanimiter viginti duæ Moniales, quæ adfuerunt ipſi actui Capitulari. Et conſtat ex eo, Viſitatores (qui fuerunt D. Joannes Bravo, & Licentiatus Balvoa) ſecum reddidiſſe prædictum ſtabilimentum, & reformationem *diſcurſ. 2. illius allegationis. numer.* 56.

21 Aliud exemplum allegat, quod contigit *anno* 1621. in quo Con-

Conſilium Regale Ordinum expedivit Regalem proviſionem ad profitendas duas Novitias, & præcipiens Adminiſtratori illius Conventus acceptaſſet profeſsionem illarum ſecundum Regulam Ordinis, & decretum à S. Concilio Tridentino, & nolentibus Novitiis eo modo profiteri, cum illo additamento decreti Concilii Tridentini, recurrerunt Moniales ad Philippum IV. glorioſę memoriæ, & ad ejus Regale Conſilium Ordinum, & exhibuerunt varia Conſilia juridica ſapientiſsimorum virorum hujus Regni: quę conſulta fuerunt juſu Regię Majeſtatis Præſuli prædicti Conſilii Epiſcopo Valliſoletano, & Confeſſario ejuſdem Regis: quo accurato examine ſua Regia Majeſtas Regium decretum protulit *die* 22. *Martii anno* 1622. *que no ſe innovaſſe nada en las profeſsiones, que antes acoſtumbraban, ni en la obſervancia, que ſiempre havia havido: porque ponia en eſto para adelante perpetuo ſilencio.* Quod quidem decretum ſubſcriptum invenitur ab Antonio Aroſtegui à Secretis Supremi Conſilii ſtatus, & Joanne de Inſaufti ejus majore Officiali, quod aſſervatur in Archivo prædicti Conventus, cum epiſtola Marchionis de Caracena Præſulis ejudem Conſilii Ordinum ſub data *die* 11. *Aprilis anno* 1622. ut ipſe Galeote teſtatur in ipſa ſua allegatione *n.* 58.

22 Alterum exemplum trahit confirmationis anterioris decreti, & in ejus executionem expediti ab eodem Conſilio Ordinum *die* 6. *Septembris anno* 1639. in quo pronuntiata eſt ſententia in ejus tenorem, quam juſit notificari à Secretis D. Franciſco de Quevedo huic Monaſterio S. Spiritus, & aliis noſtri Ordinis. Quod inſtrumentum etiam reperiri in Archivo præfato aſſerit prædictus Galeote loco citato. Ipſo tamen non obſtanti Viſitatores miſsi *anno* 1719. à Rege noſtro Philippo V. Schedula Regia expedita *die* 30. *Junii anno prædicto* in Agro de Liſazo ordinaverunt duo mandata, in quibus præcipiebant clauſuram ſervandam ſub certa formula anguſtiori, quam quæ antea ſervabatur, ut traddit ipſe Galeote ad litteram *num.* 44. & 45. ſuæ allegationis: quæ quidem mandata Moniales prędicti Monaſterii S. Spiritus proteſtatę fuerunt, & ab illis appellarunt, & ſupplicarunt *anno* 1720. Ex quibus exemplaribus, & innumerabilibus conſiliis in hac re aceptis pro prædictis Monialibus, tam circa profeſsionem ab illis faciendam, quam pro non obſervanda clauſura, ait prędictus Galeote *n.* 39. (ubi ſpecioſè, & ſygillatim nominat Conſultores) deduci poſſe probabiliorem opinionem in illarum favorem adeſſe; & ipſas conſultationes, & alias, quas refert *num.* 53. inveniri in Archivo prædicti Conventus authenticè ſubſcriptas: alias verò rationes, tam juridicas, quam facti exponit, quas ne tranſcribam, videbit Lector, ſi voluerit, licet mihi in omnibus non probant.

23 Quapropter mediam meo videri poſſe eligi viam, quæ hæ duæ ſententiæ conveniri, & conciliari poſſunt: nam prima eſt certa, quatenus ait Moniales noſtri Ordinis profiteri tria vota ſubſtantialia Religionis, nempè obedientiam, caſtitatem abſolutam, & vivere ſine proprio, ut Clerici Fratres conventuales ejuſdem Ordinis vovent: non autem caſtitatem conjugalem, vel votũ ſimplex caſtitatis, ut voluit ſecunda ſententia; quin ſit obſtaculum, quod dicitur, voveri abſolutam caſtitatem eſſe contra Regulam: quia jam ut ſæpè ſępius diximus, & fundavimus, ſtabilimenta, quæ præcipiunt ſervandum Concilium Tridentinum eſſe juxta Regulam continentium: ad quod genus ſtatus redactæ jam fuerunt prædictę Moniales, ut docuimus ſuprà *q.* 2. *n.* 3. & latè fundavimus *q.* 3. *hujus tract.* ſed ex hoc non annuo teneri ad rigoro-

ſam clauſuram, ut infrà videbimus.

24 Nec annuo ſecundæ ſententiæ neganti teneri prædictas Moniales ad ullam clauſuram: quia fundamenta, quibus utitur ad id ſuadendum, minimè amplector: immo ex illis deduco ad ullam teneri: & hoc ſtatuo ex fundamentis ſequentibus. Primo: quia licet ex Regula Jacobæa Moniales non teneantur ad clauſuram: quia nullum verbum in ea invenitur expreſſum circa clauſuram etiam continentium, de quibus loquitur Bulla confirmationis: tamen ex Regula magni Parentis noſtri Auguſtini, quatenus eam profitentur, ut Fratres Clerici, licèt modificatam à Regula Jacobæa, debent illam obſervare, quamvis cum aliqua laxitate. Quod autem vivant ſub tali Regula S. Auguſtini ſimul cum Regula Jacobæa decantant plurima decreta Pontificia, quæ in Bullario noſtri Ordinis ſparſa manent.

25 Secundo: quia tria vota ſubſtantialia Religionis, quæ à ſororibus emituntur, requirunt clauſuræ obſervantiam, ut Bullę relatæ Clementis VII. Bonifacii VIII. S. Pii V. & Gregor. XIII. cum Concilio Tridentino expreſsè jubent. Tertio: quia illæ Bullæ, & decretum Concilii eas comprehendit, ut declaratum eſt à Capitulo generali *anno* 1600. Quarto, & ultimo: quia licet ex Regula expreſsè ad illam non maneant adſtrictę, recepto ab illis ſtabilimento non poteſt non jam ſervari clauſura: quia libenter illud receperunt, in quo expreſsè jubetur ſervari clauſura: & Conventus S. Spiritus, in quo poſſet eſſe quędam difficultas ob reſiſtentiam ab illo appoſitam, ut jam vidimus, recipiendi illud; tamen ex Capitulo generali Ocanenſi celebrato à D. D. Ildephonſo Cardenas ſe ſubjecerũt tribus votis ſubſtantialibus pro ſua voluntate: itaque debent ex illa aceptatione ſtabilimenti citati evadere ſubjectas ad clauſuram, prout neceſſariã ad dicta vota obſervanda, ut tenet ex pluribus Conciliis, & PP. P. Joſephus Givalanus *in diſquiſit. Canon. de clauſur. Regular. diſquiſit.* 1. *cap.* 1. §. 3. *ex num.* 8.

26 Quare ſi quid mei judicii eſt, putabam, ſuppoſita conſuetudine, quę (juxta P. Mendo *diſquiſit.* 14. *de Ordin. q.* 7. *n.* 69. qui cum pluribus ab eo citatis fert illam poſſe tollere leges Eccleſiaſticas præcipientes clauſuram ſervari quoad ingreſſum, vel egreſſum, ſivè ante, ſivè poſt decretum Tridentini inducta fuerit) ſervata fuit in omnibus Conventibus Militaribus in aliqua laxitate, licèt non uniformi, in eadem permaneant prędictæ Moniales inſequentes prędictam praxim, ſeù conſuetudinem. Et ratio eſt: quia ſi ſecundum AA. præcitatos à P. Mendo, & ſecundum ejus ſenſum poteſt conſuetudo legitimè inducta legibus Eccleſiaſticis derogare in totum, multo melius poterit eis derogare in parte, ut certò certiùs eſt.

27 Ulterius: quia plura oriuntur inconvenientia in alterando praxim, rationabili cauſa inductam, pro non obſervanda clauſura in toto rigore, ut prævidit P. Mendo, *dict. diſquiſit.* 14. *q.* 7. *n.* 70. ubi hanc materiam reputat valde arduam, & ideo putat Epiſcopos Salmantinos nihil unquam circa clauſuram in prædictis ſibi ſubjectis Monaſteriis innovaſſe. Deindeque in dicto loco ait: *Judico maturo judicio fore procedendum, ne lites, turbationes, querellę, & alia damna pullulent, quæ ſint grave detrimentum Religionis ipſius.* Quæ verba applico, ut congruentia, ut evitentur innovationes pro ſtringenda clauſura in his Conventibus Militaribus, niſi ex magna cauſa fiat, & abuſus valdè ſcandaloſus oriatur (quod neutiquam valet ſperari in fœminis tanti ſplendoris, & magnitudinis) quo in caſu nullum dubium eſt ſuperiorem habe-

re

re potestatem imponendi legem rigosę clausurę, ut ait Givalinus loco citato: quia in illo casu non attendendum est, quid liceat, sed quid deceat, & opporteat.

28 Et licet limites clausurę sunt janua, & septum Monasterii, quo Moniales clauduntur, ut tradunt Bonacina, Comitolus, & constitutio Gregoriana de sacris virginibus edita *Kalendis Januarii anno* 1572. cum Emmanuele Rodrig. *tom.* 1. *qq. Regular. q.* 47. *art.* 1. potest etiam consuetudine legitimè præscripta cum tollerantia superiorum in aliqua parte laxior fieri, veluti in egressu ad Ecclesiam Monasterii, vel ad portam exteriorem ipsius Conventus, & quoad ingressum, quod cum licentia Prælatæ ingrediantur viri, & mulieres usque ad interius domus, dummodo is fiat ingressus horis oportunis, & commodis, & egrediantur eodemmodo: & ipsi ingredientes sint personæ illustres, & magna decentia introeuntes, & exeuntes. Ad quod ad unguem servandum putabam etiam expedire informationem faciendam praxis illius, quod in unoquoque Conventu hodie servatur: & siquidem ab inveterato tempore nullum inconveniens inventum est in ea custodienda, in antea observari decernatur, prohibendo ultroneam laxitatem. Quo obtemperatur decretis suprà relatis, lites, & jurgia vitantur, & favente divino numine, in quiete, & pace Religio manutenebitur, & florebit, ut hucusque floruit.

29 In Ordinibus vero Calatravæ, & Alcantaræ indubium est Moniales horum Ordinum non solùm semper, & pro semper professas fuisse tria vota substantialia Religionis absolutè, verùm etiam clausuram, licet cum aliqua laxitate ab ea, quam custodiunt cœterę Moniales in communi, Regulæ Benedictinæ, & Cistercienſium constitutionum, ex antiqua consuetudine, in qua opportet etiam manuteneri ob inconvenientia, quæ suprà manent notata.

---

# TRACTATUS IV.

## DE ELECTIONE PRÆLATARUM Monialium horum Ordinum.

*Ad quem spectet electio ipsarum Prælatarum, & quomodo fieri debet talis electio?*

## SUMMARIUM.

*A jure competit electio Prælatæ ad Monasterium, & hoc idem stabilitum est expressè pro eligendis Priorissis, vel Commendatricibus nostri Ordinis in Conventibus Monialium, admodum, quo Priores eliguntur in Conventibus virorum. num.* 1.

*Ætas, quæ requiritur in eligenda in Priorissam juxta Concil. Trident. & stabilimentum nostri Ordinis est* 40. annorum, *in quâ ætate neutiquam potest dispensare D. Magister, seù Administrator perpetuus, cum aliæ sint Moniales ejus ætatis in eodem Conventu. n.* 2.

*Movetur quæstio, an necessaria sit ætas* 40. annorum *completorum, an sufficiat, quod eam attingat, eligenda in Priorissam, vel Commendatricem? & resolvitur in sensu Authoris pro ætate quadragenaria, etiam non completa. n.* 3.

*Necesse est, quod sit expressè professa, eligenda in Prælatam juxta Concilium, & stabilimentum: & in hoc statutum est debere habere decem annos habitus, licet in Concilio sufficiant* 8. anni *post professionem. n.* 4.

*Circa electionem Abbatissarum Ordinum Calatravens. & Alcantarens. censet Author, Concilium Tridentinum esse observandum, & quod ajunt constitutiones Cistercienses, nisi aliud sit praxi receptum, in unoquoque Conventu. n.* 5.

Dis-

*Diſquiritur, an ſi ad electionem dentur in Conventu plures Moniales attingentes* 40. annos, *& una ſola, quæ uno, vel duobus menſibus, tam ætatis quam habitus non attingat, & magis habilis viſa fuerit electricibus, poſsit ab ab illis eligi? & deciditur nullam eſſe electionem. n.*6.

*Alia movetur quæſtio, an ſi ſola una Monialis detur in Conventu, quæ ſolum attingat* 40. annos, *dicatur coarctata electio? & reſolvitur, quod non, ratione præſtita ab Authore. n.*7.

*Cum electio Prælatę ſit Canonica, debet in ea voveri ſecreto, ut dictum manet de electione Priorum, quæ forma tractatuum obſervanda eſt, licèt Author non aquieſcit edictis afingendis in hac, ut in illa, & præſtat rationem. n.*8.

*Paulo ante finitum triennium debent peti à Conſilio Ordinum Fratres Clerici, & Laici profeſsi, qui preſsint electioni futuræ, & refertur forma, qua ſe gerere debeant in hujuſmodi electione. num.*9.

*Acta electionis, ea finita, tranſportantur ad Regale Conſilium Ordinum manu duplicis Commiſſarii ſubſcripta, & ſygillata, & uſque ad confirmationem nihil electa poteſt exercere, & confirmata, ab ipſis confertur poſſeſsio: & quid faciendum ſi electio Canonicè non fiat, ſed Equalia ſint ſuffragia pro duabus Monialibus. n.*10.

*Apponitur modus, quo fiat electio, ut fraus vitetur, & quid in diſpenſione votorum etiam agendum ſit. n.*11.

*Ad Prælatam non poteſt eligi Monialis illegitima in ſententia probabiliori, etſi aliqui Authores teneant contrarium, qui hic referuntur. n.*12.

*Innutilis ab Authore hęc quæſtio antecedens ſibi videtur: quia in clariſsimis communitatibus Militaribus Monialium rarò, aut nunquam admittuntur filiæ naturales: de aliis illegitimis, nec nominetur; ſed ſi forte detur caſus, aſſeritur ab Authore poſſe Regem, ut Adminiſtratorem perpetuum per interpoſitam Eccleſiaſticam perſonam diſpenſare. n.*13.

## *QUÆSTIO I.*

1 RESPONDEO jure communi ſpectare ad Monaſterium, & ab eo perfici debet, *cap. indemnitatibus de elect. in* 6. Concil. Trident. *ſeſſ.*25. *de Regul. cap.*6. & 7. Rod. *tom.*2. *q.*54. *art.* 1. Mirand. Lezana Tamburinus pœnes Pellizar. *tom.*2. *tract.*10. *cap.*10. *n.*87. ubi quod hac in re ſervari debent ſingulorum Ordinum conſtitutiones, & in Ordine S. Jacobi in lib. ſtabilim. *tit.*14. *cap.*1. *de las Prioras, y Comendadoras*, ita ſtatutum eſt: *Ordenamos, que en las Elecciones de Prioras, y Comendadoras de los Conventos de Freilas de nueſtra Orden ſe guarde la forma contenida en el cap.* 2. *tit.* 12. *de los Priores, y en el Concilio Tridentino en la ſeſſ.*25. *de Regular. cap.* 6. & in citato ſtabilimento *tit.* 12. *cap.* 2. *de los Priores*: expreſsè Commendatur, quod eligatur Prior, omni amore, & odio poſpoſito, & qui magis idoneus Electoribus viſus fuerit: quæ requiſita etiam peti debent in eligenda Commendatrice, ſeù Prioriſa: quia cum ſpecialis forma electionis pro Prælatis Monialium noſtri Ordinis non præſcribatur, ſervanda eſt in omnibus, quæ præſcribitur pro electione Priorum, ut clarè infertur ex *dict. tit.* 14. *cap.* 1. *jam citato*; ac ita ſicut Priores facti fuerunt triennales, & non perpetui, ut conſtat ex *titul.* 12. *de los Priores cap.* 5. Prioriſæ, & Commendatrices eliguntur in triennium; & in hac parte conveniunt Abbatiſæ eligendæ in Ordinibus Calatravę, & Alcantaræ à D. Magiſtro, vel Adminiſtratore perpetuo, ut videtur inferri à paritate electionis Prioris ejuſdem Ordinis Calatravenſis *in diffinit. tit.* 4. cum non ſit diffinitio expreſſa pro Monialibus ejuſdem Ordinis: & in Alcantarenſi clarè id exprimitur *tit.*8. *cap.*1. ſuarum diffinitionum, quo in loco conceditur Magiſtro poteſtas eligendi

di Abbatiſas in illis Conventibus Monialium.

2 Quoad ętatem, quæ exigitur in Abbatiſa eligenda, in diverſis temporibus, varia decreta emanarunt. Leo I. *in cap. nemo* 78. *diſtinct.* 40. *annos* poſtulat in tali electione *& in cap. juvenculas* 38. *q.* 1. Gregorius I. 60. *& in cap. indemnitatibus* Innocent. IV. 30. completos petit, & Juſtinianus *in authentica quomodo opportet Epiſcopos* §. 4. præfigit 50. ſed poſtremò à Concilio Tridentino *ſeſſ.* 25. *de Regul. cap.* 7. requiritur ætas 40. *annorum*, cum quo decreto convenit ſtabilimentum noſtri Ordinis *tit.* 14. *cap.* 1. in qua ętate diſpenſanda non poteſt introduci Superior, vel Epiſcopus, ut tenent Armendariz *in addictione ad leg.* Navarr. *leg.* 1. *tit.* 18. *lib.* 7. *de Epiſcop. n.* 101. Nicol. Gar. *de Benef. p.* 7. *cap.* 4. *n.* 72. Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 5. *quæſit.* 9. Aloyſius Riccius *in deciſ. curię Archiepiſcop. Neapolit.* 309. *p.* 4. *n.* 9. Sigiſmun. à Bonon. *de elect. dub.* 62. *num.* 6. Barboſ. *de jur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 19. itaque D. Magiſter, ſeù Adminiſtrator perpetuus nullo modo poteſt in ea ætate diſpenſare, cum ſint alię Moniales ejus ætatis in Conventu: & electio, quę ita fiat, erit nulla, ut declaravit Sacra Congregatio Concilii *die* 16. *Maii anno* 1623. teſte Barboſ. loco ſuperius citato.

3 An ætas 40. *annorum* completorum requiratur, ut Monialis poſſit eligi in Abbatiſam, an verò ſufficiat, quod eos attingat, venit diſcutiendum? & quod 40. *anni* prædicti debeant eſſe completi, videtur ſuadere *cap.* 65. *lib. reformat. Conventuum noſtri Ordinis*, & diximus *part.* 1. *tract.* 2. *q.* 3. *à num.* 7. ubi latè diſquiritur circa hanc materiam in electione facienda Priorum Conventuum, quæ protrahenda ſunt ad decidendam hanc quæſtionem: & probilius eſſe aſſerit Diana *p.* 7. *tract.* 12. *reſolut.* 9. Nihil ominus tamen in hoc caſu contraria ſententia tenenda eſt: eo primum ex eo, quod dicitur *in tit.* 14. *cap.* 1. *ſtabiliment. de las Prioras, y Comendadoras*, ubi obſervanda ſunt verba loquendo de illis, *conviene, que allende de ſer profeſſas, tengan quarenta años de edad.* Qui modus loquendi notandus eſt prorſus diſtinctus ab illo, quod diſponit *cap.* 65. *dict. reformat.* & ſtabiliment. *tit.* 12. *cap.* 1. ubi dicitur loquendo de eligendis in Priores: *que ſean de mas de quarenta años de edad.* Quæ verba declarant neceſſarium eſſe tempus completum 40. *annorum* in eligendis Prioribus; & d. ſtabilim. quod habeat *ſex annos* completos: at verò quando ſolùm requiritur ętas aliqua, ſufficit, ut attingatur ultimus annus illius ætatis requiſitæ, ut latè fundavimus *dict. part.* 1. *tract.* 2. *q.* 3. *à n.* 12. & hanc ſententiam amplectimur pro Monialibus: quia ſi pro Monialibus id exigeretur, expræſiſſet, ut fecit pro eligendis Prioribus ſtabilimentum prædictum, quidquid dicat Diana.

4 Requiritur etiam ſecundum Concilium Tridentinum *dict. ſeſſ.* 25. *de Regular. cap.* 7. profeſſas expreſſe eſſe Moniales eligendas in Prælatas, & quod habeant 8. *annos* poſt profeſsionem in ipſa Religione: attamen in ſtabilimento noſtri Ordinis *dict. tit.* 14. *cap.* 1. cavetur teneri 10. *annos* habitus numerare in ipſa Religione, licèt in Prioribus eligendis ſtabilitum fuiſſe prius 10. *annos* habere habitus eligendum in Priorem ut conſtat ex reformat. *cap.* 65. *à me citato p.* 1. *tract.* 2. *n.* 6. *q.* 3. *n.* 6. *& ſuprà n.* 3. quæ ordinatio revocata fuit *tit.* 12. *cap.* 1. in Capitulo generali *anno* 1560. & deciſſum fuit ſolum neceſſariò habere *ſex annos completos* habitus Religionis: nam in hac parte obſervandæ ſunt conſtitutiones uniuſcujuſque Religionis; undè una, & altera conſtitutio poſſunt habere ſuos reſpectivos effectus, & fines in animo ſtatuentium: quare ad unguem credo obſervandas eſſe in eligendis Prioriſis,

& Commendatricibus, & Prioribus, ut docui loco citato noſtri operis.

5 Circa verò Moniales eligendas in Abbatiſas in Ordinibus Militaribus, Calatravenſ. & Alcantarenſ. puto ſervandum eſſe Concilium Tridentinum, tam circa ætatem, quam circa annos habitus: nam in hac parte nullam inveni conſtitutionem, quæ expreſsè de illis circunſtantiis loquatur, & ſic recipi debet, quod diſpoſitum fuerit in conſtitutionibus, & uſibus Ciſtercienſibus, vel in praxi receptum fuerit in illis Conventibus, pro quibus noto diffinitionem Ordinis Alcantarenſis *tit.* 8. *cap.* 1. ubi Dominus Magiſter reſervat in ſe electionem Abbatiſarum illius Ordinis: ſed quidquid ſit de ejus libera electione cenſeo, teneri D. Magiſtrum, ſeù Adminiſtratorem eligere in Abbatiſam Monialem, quæ habeat ætatem, & habitum requiſitum à Concilio Tridentino, & ipſa ſolum durabit ad triennium juxta conſtitutionem Gregorii XIII. editam *die* 1. *Januarii anno* 1583.

6 Nunc ſuccedit inquirendum, an ſi ſint plures Moniales, quæ requiſitam ætatem habeant, & habitum profeſsionis, unaquę, quę non habeat dicta requiſita, ſed aliquem menſem minùs circa ætatem, & profeſsionem, & illa Monialis videatur magis habilis electricibus ad regendum Monaſterium, cœteris habentibus annos ætatis, & habitus requiſitos poſsint hanc eligere omiſsis aliis? & deciditur, quod electio talis erit nulla, ut declaravit ſacra Congregatio 16. *Maji* 1623. & in una Vitervienſis Sanctæ Roſę *die* 25. *Martii anno eodem.* Et ratio eſt: quia in dicto Concilio Tridentino datur forma, & ubi verba dant formam, ſi actus fiat, non ſervata illa forma, actus eſt nullus, ipſo jure, tenet Bartholus *in leg. gallus ff. de liber. et poſtum.* & Gom. *in cap. final.* § *ſi vero de judic. lib.* 6. in tantum, quod non ſolum electio eſſet nulla, verum etiam eligentes privarentur jure eligendi, & requiriretur diſpenſatio Romani Pontificis ad hoc, ut iterum poſſent eligere, & electa non poſſet admitti ad novam electionem. Quæ omnia tenent Barboſ. *loc. jam citat.* & Laborius, *variar. lugubrat. tit.* 4. *cap.* 23. *n.* 6. cum Tambur. *de jur. Abbatiſ. q.* 2. *n.* 7. ſed contrarium P. Suar. *tom.* 4. *de Relig. tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 8. Pellizar. *tom.* 2. *tract.* 10. *cap.* 10. *n.* 92.

7 Inquires etiam, an ſi in Monaſteriis Ordinum fortè contingat, ut nullam aliam Monialem habeat, quam unam, habentem quadraginta annos, & habitum requiſitum, poſsit dici electio coarctata, & pervim facta, cum non adſit plena libertas in electione, hoc eſt, eligendi unam, aut aliam? Reſpodetur, quod hæc dicitur reſtrictio, ſeù proviſsio juris, non hominis reſtrictio ad qualitates requiſitas tamquam ſubſtantiales ipſius actus electionis, non autem ad perſonam; ideo non dicitur coarctata hæc electio, & rectè valet, ut tenet Abbas Panormit. *in cap. cum terra n.* 1. *de elect.*

8 Aliud requiſitum deſideratur in prædicta electione, cum ſit Canonica, nempè ſecretò voveri, & ſuffragia in occulto dari, ut pro electione Priorum Conventualium docuimus *in d.* 1. *p. tract.* 2. *q.* 2. *ferè per tot.* tenet Mend. *de Ordin. diſquiſit.* 14. *q.* 4. *n.* 51. & doctrina ibi expenſa in noſtro opere, adaptanda eſt proportionabiliter ad hanc partem. Dixi proportionabiliter: quia non in totum convenit ſervari forma electionis Priorum: nempè apponendi edicta, quæ apponuntur pro abſentibus vocandis, ut adſolet fieri, & præcipitur *in dict. cap.* 65. *reformat.* noſtri Ordinis in electione Priorum, accuſando moram abſentium ſuffragantium: quia in Monialibus non poteſt verſari talis abſentia, ſuppoſita clauſura, de qua *in tract. anteced. per tot.* ideoque fruſtra-

tranea, & valdè dissona debet reputari, ut ego reputavi electionem Commendatricis S. Spiritus Salmantini, in qua observabatur eadem forma electionis, ac observatur in electione Priorum. Quod totum attribui, prædictam formam desumptam esse ab electione Priorum, & extunc semper judicavi necessarium esse illis conferri modelum, quo propriùs fieret electio, nempè cum illis tribus tractatibus, in quibus ageretur de habilitate eligentium, & eligendarum, cum aliis ceremoniis sacris, in quibus omnibus nobiscum conveniant.

9 Sed quia electioni Priorissæ, vel Commendatricis debent assistere nomine D. Magistri, seù Administratoris perpetui duo Fratres, unus Laicus, & alter Clericus, ante finitum Triennium paulò ante tenetur Commendatrix, vel Priorissa cum suis Consiliariis recurrere ad Consilium Ordinum, illud monentes, suam Prælaturam finiri, ut eligat prædictos Fratres, qui debent esse expressè professi ejusdem Ordinis, & æqualem jurisdictionem habentes in nomine Regiæ Majestatis, ut præsint ejusmodi electioni: qui quidem Fratres conjunctim, & nullomodo ullus sine alio concurrere debent ad omnes actus electionis, & ad visitationem Conventus, à qua incipere consuetum est; & postmodum procedere ad prædictam electionem, ingrediendo in clausurâ ad tractatus faciendos, & non amplius: quia ad recipienda suffragia adesse debent extra Fenestellam Cancellorum, & acceptis omnibus suffragiis, & ab illis regulatis, inter se solùm pro ea, quæ majorem partem suffragiorum habuerit, *alta voce* publicatur electio pro illa, & tunc incipit Chorus cantare *te Deum laudamus*, &c.

10 Sic peracta electione omnia acta à Fratribus præsidentibus manu propria subscripta, & non alia, remittuntur ab illis clausa, & sygillata ad Regale Consilium Ordinum, ut pro suo videri confirmetur electio, & usquedum eam confirmet, suum munus illa exercere nequit, tenet P. Mendo *de Ordinib. disq.* 14. *q.* 4. *num.* 53. *in princip.* & adveniente confirmatione, tituloque Regio expedito, iidem Commissarii conferunt electæ Prælatę possessionem, ut à Monialibus præstetur ei obedientia. Si verò detur, quod æqualia sint suffragia pro duabus, ablatis suffragiis earum, debet transgredi ad secundum scrutinium; deinde ad tertium, si similiter ęqua sint pro illis in secundo; & si in tertio repetita fuerit ipsa æqualitas suffragiorum, Commissarii debent consulere Consilium, referentes ætatem, mores, & alia ornamenta virtutis, & prudentiæ uniuscujusque, ut ipsum Consilium decernat, quod expedire sibi visum fuerit: quia nullo in casu illius electionis tales Præsules vocem habent, neque eis Ordo concedit.

11 Ut ergo electio fiat sine ulla fraude, porrigi debent Commissariis à Secretaria Monialium schedulæ cum nominibus eligendarum, & ab ea rubricatæ, sublatis nominibus uniuscujusque, quę habeat vocem passivam, ut fortè cesset suspitio, ut pro se suffragetur. Et si detur casus, quod dispensa sint suffragia pro pluribus, duæ, quæ habeant majorem partem suffragiorum, intrare debent in secundo scrutinio, & non aliæ: tuncque posito nomine earum debet suffragari pro illis tantum duabus, & minimè pro aliis depositis, ut commune est in omnibus electionibus; & ipsæ eligendæ minimè suffragantur. Si verò contingat ęqua esse suffragia, sicut anteà diximus, repeti debent scrutinia modo allato, & consuli debet Regale Consilium, crematis, aut scisis omnibus schedulis, quæ servantur in urnis, tam quę faciunt pro eligendis, quam quę in contrarium faciunt, ut vitetur desidium, quod fortè potest evenire ex illo discrimine, seù divisione suffragiorum. Et etiam hic fieri debet in qua-

quacumque electione Canonica ob inconveniens ſuprà relatum.

12 Et ut progrediamur ad exponendum aliud requiſitum, quod intervenire debet in eligenda Prioriſa, ſeù Commendatrice, nempè legitimitatis, aliqua prænotanda ſunt. Primo, quod nulla, quæ illegitima ſit, poteſt eligi in Prioriſam, ſeù Commendatricem, *gloſſ. in cap. indemnitatibus §. ſanè, v. Canonica de elect. in 6.* tenent antiquiores plures citati à Tamb. *de jur. Abbatiſ. diſp. 18. quæſt. 10.* Suar. *tom. 5. de cenſ. diſp. 50. ſect. 5. num. 15.* Santarel. *variar. reſol. quæſt. 40. num. 67.* Auguſt. Barboſ. *in collect. ad cap. 1. de filiis Præsbit.* Paulus Laiman *in queſt. Canonic. de Prælator. elect. cap. ult. reſp. 2.* qui omnes tenent, ſecluſis Religionum privilegiis, illegitimam nullomodo poſſe eligi in Prælatam; tenet ut probabiliùs P. Mendo *de Ordin. Militar. diſquiſit. 14. quæſt. 4. num. 42.* licèt aliqui DD. velut Portell. Mirand. & Hieronym. Rodr. citati à prædicto Tambur. *loco jam citato num. 2.* teneant contrarium eo nixi fundamento: quia nullus canon in jure reperitur, qui prohibeat Monialem illegitimam poſſe eligi in Prælatam. Deinde: quia *in cap. 1. de filiis Præsbiteror.* nulla mentio fit de fœminis, ſed ſolum de Maſculis, & in odioſis fœminæ non comprehenduntur ſub nomine maſculorum, ut ait Laborius *in ſuis lugubrat. tit. 4. cap. 24. num. 38.* qui etiam refert Bullam Sixti V. contra illegitimos expeditam non expreſiſſe fœminas, & ſacram Congregationem editam *die 4. Octobris anno 1594.* declaraſſe, non fuiſſe comprehenſas fœminas in dicta conſtitutione Sixti V. & licet illegitimæ ſint, poſſint promoveri ad Prælaturas.

13 Hæc tamen notata pro illegitimis parvi pendent obſervanda, cum in tam præclaris & illuſtriſsimis communitatibus, vix, aut numquam recipiantur filiæ etiam naturales. De aliis verò illegitimis, utpotè adulterinis, ſeù baſtardis, aut expunibili, & damnabili coitu procreatis, nec nominetur: quare ergo ſuperflua videntur notata pro his Monialibus Militaribus, tamquam clariſimis fœminis, & de nobiliori ſtirpe procreatis. Verùm quia prædictus P. Mendo qualitatem illegitimitatis tetigit, illam protulimus, non quia neceſſariam putemus: ſed quia tactam relinquimus, ſuccedit diſquirendum: quis poſsit diſpenſare in illegitimitate naturali, nempè, an ſi recurrendum ſit ad Sedem Apoſtolicam, an vero Prælatum ſuperiorem poſſe diſpenſare? & tenet non eſſe neceſſariam diſpenſationem Apoſtolicam, ſed ſufficere, quod ſuperior generalis diſpenſet etiam ſtante rigore Bullæ Gregorii XIII. expeditæ contra illegitimos, docet Laurent. Peyrin. *tom. 2. de Prælat. quæſt. 2. cap. 6. num. 143. & 152.* licet Manuel. Rodriguez *tom. 1. qq. Regul. quæſt. 13. art. 22.* negat eam neceſſariam eſſe. Ex quibus infero, quod ſi forte daretur aliquis caſus (quod non ſperatur) quod ſi aliqua Monialis illegitima naturalis, quę dotes inſignes obtineat, & ornata ſit omnibus excelentibus virtutibus, quæ requiruntur ad Prælaturam talium ſubditarum, poterit Rex noſter, ut Adminiſtrator perpetuus virtute Bullæ incorporationis, & Bullæ Julii II. (quæ dicitur ſuperioritatis) diſpenſare permediam Eccleſiaſticam perſonam.

De

*De electricibus, & quas qualitates habere debeant ad eligendam Prælatam.*

SUMMARIUM.

*Qualitates in electricibus jure communi petitæ, ut vocem activam habeant in electionibus Prælatarum expenduntur nempè: quod 22. ætatis annum attingant, & tacitè velatæ, vel expressè professæ sint, & licet cap. 15. Concil. Trident. Sess. 25. obstare videatur, cum Tambur. explicatur. ium. 1.*

*Cum Constitutiones uniuscujusque Religionis sint juxta communem sententiam in electionibus custodiendæ, sequitur in Ordine D. Jacobi electrices debere esse professas; 20. ætatis annum agentes; & 3. habitus juxta cap. 1. stabilim. tit. 14. n. 2.*

*QUÆSTIO II.*

1 IN jure communi expressus est *text. in cap. indemnitatibus 43. de elect. in 6. & glos.* ibi: *Verb. duodecimum*, & Silvest. *Verb. electio 3. quæst. 7.* P. Lezan. *tom. 1. sum. cap. 2. n. 2.* tenent per id caput, & glos. ad minus necesse esse, ut 12. *ætatis annum attingant*; *& sint velatæ tacitè, vel expressè professæ*; sed hoc difficile redditur ex eo, quod in Concilio Tridentino *Sess. 25. de regular. cap. 15.* statuitur Monialem non posse profiteri, nec tacitè, nec expressè, nisi post 16. *annum completum*: ergo ex dict. cap. & glos. non bene infertur Monialem votum in electione præstantem debere esse saltem 12. *annorum.* Sed huic dubio respondetur cum Tambur. *de Jur. Abbatis. disput. 28. quæst. 5. num. 2.* Concil. Trid. solum correxisse jus commune in hoc quod Monialis non possit profiteri nisi post 16. *annum completum*, sed si transegerit prædictam ætatem, & perseveraverit per annum in Religione, & non emisserit professionem expressam, tunc tacite intelligitur professa *ex cap. periculoso unic. de stat. regular. lib. 6.* & secundum jus commune poterit talis Monialis dare votum, quia Concilium Tridentinum in hac parte non derogavit juri communi, & idem à fortiori dicendum est, si emisserit professionem expressam.

2 His præhabitis, quia ipso non obstanti constitutiones uniuscujusque Religionis observandas esse, tenet communis sententia Interpretum, ut docet Suar. *tom. 4. de Religione tract. 8. lib. 2.* & Lezan. ubi supra *cap. 25.* succedit disquirendum, quid in nostro Ordine constitutum sit, & decretum invenitur expressum *tit. 14. cap. 1.* ibi: *y las Fraylas que huvieren de tener voto en sus elecciones* (videlicet in eligendis Prioribus, seu Commendatricibus) *sean professas, y de veinte años de edad, y tres de habito.* In hoc differunt electiones Prælatarum ab electionibus Priorum, nam in his requiritur quod Electores habent *quatuor annos habitus completos*, in stabilim. *tit. 12. cap. 2.* diximus *in 1. part. tract. 2. quæst. 5. n. 1.*

NOTA.

*Quæ hic, ac in sequenti dissertatione desiderantur præcox nobis, & invidum fatum eripuit.*

## UTRUM BULLA, QUÆ INCIPIT *Apostolici Ministerij*, & aliàs vulgò dicitur de Belluga, comprehendat, Ordines Militares Hispaniæ.

UT hæc quæstio illa dexteritate, qua opus est, agitetur, necesse mihi visum est Bullam hac cum Decretis Pontificijs concernentibus, ac suis fudamentis hic transcribi, prout typis data præ manibus passim traditur; quia licèt per multi præfatam Bullam habeant, fortasè non omnes, qui opus nostrum ceperint, habebunt; & sic literaliter transcripta, facilè conceptus nostèr aperietur, ac probabilitas, qua nostra sententia nititur, demonstrabitur, comprehendat nec ne hæc Bulla quatuor Ordines Militares, de quibus nostra sermocinatio est, ac verò qua fronte versa fuerunt in idioma vulgare verba

Bullæ latinæ, ut illos comprehenderent, penitùs extorta littera prædictæ Bullæ, quæ ſic ſe habet.

*INNOCENTIUS PAPA XIII.* Ad „perpetuam rei memoriam. Apoſtolici miniſterij, quod nobis, licèt immerentibus, impoſſuit ſuperni diſpoſitio Conſilij, ratio præcipuè exigit, ut Eccleſiaſticæ diſciplinæ in ijs, „qui in ſortem Domini vocati ſunt, „aut ſervandæ, aut ubi opus fuerit, „reſtaurandæ, juxta Sacrorum Canonum inſtituta, & Sanctiſsimas „Eccleſiæ leges, & Ordinationes „omni ſtudio advigilemus; poſt enim „primi Parentis lapſum ſemper ad „inferiora nos deprimit humanæ mortalitatis infirmitas, & carnis fragilitate obſervantiæ vigor paulatim relaxatur; unde & de mundano pulvere religioſa etiam corda ſordeſcere, & in ibſo Agro Domini ſpinas, ac tribulos identidem germinare quotidiana experientia edocemur: quod ſi noxia inde evellantur, ut utilia plantentur, dubitandum non eſt, quin uberior, benedicente Domino, electi ſanctorum „operum frumenti meſsis exurgat, „omniſque Populus in via Domini, „prælucente Clero, feliciter progrediatur. Cum itaque dilectus filius „noſter Ludovicus S. R. E. Cardinalis Belluga, & Moncada nuncupatus, Eccleſiæ Carthaginenſis ex conceſsione, & diſpenſatione Apoſtolica „Præſul, in ipſis Pontificatus noſtri „primordijs, Nobis expoſuiſſet nonnulla Eccleſiaſticæ diſciplinæ rationibus, ac ſaluberrimis Sacri Æcumenici Concilij Tridentini Decretis „aut quaquam conſentanea ſenſim in „diverſis Inclytæ Nationis Hiſpanicæ „locis obrepſiſſe, ijſque ut opportunum remedium adhiberetur à Nobis, quibus eſt commiſſa plenitudo „ſollicitudinis, ipſe Ludovicus Cardinalis, & Præſul, ſed & alij Ven. „Fratres Archiepiſcopi, & Epiſcopi „Regnorum Hiſpaniarum humiliter „poſtulaſſent; eorumque enixis precibus ſua etiam ſtudia, ac vota chariſsimus in Chriſto Filius noſter Philippus Hiſpaniarum Rex Catholicus pro ejus ſingulari pietate, & eximio Chriſtianæ Religionis zelo, datis hac de re ad Nos pluribus litteris, „conjunxiſſet Nos Congregationi particulari nonnullorum ex Venerabilibus Fratribus Noſtris ejuſdem S. R.E. Cardinalibus Concilij Tridentini Interpretibus à Nobis deputatorum rem omnem ſedulò examinandam demandavimus. Id autem „cum ab ipſa Congregatione Cardinalium ea, qua par erat, maturitate præſtitum, illiuſque ſententia ad „Nos per ejuſdem Congregationis „Secretarium relata fuerit; de memoratorum Cardinalium conſilio, „congruum, & opportunum duximus ea, quæ infrà ſequuntur, ad „Omnipotentis Dei gloriam, Eccleſiæ utilitatem, veteris diſciplinæ inſtaurationem, & ſpiritualem Regnorum Hiſpaniarum ædificationem, „hac noſtra perpetuò valitura Conſtitutione ſtatuere, decernere, & „declarare.

1 „Primùm igitur, cum à „Patribus memorati Concilij Tridentini, Divino afflante ſpiritu, ſapientiſsimè animadverſum fuerit, quantum Chriſtianæ Reipublicę interſit „accuratum haberi delectum circa „eos, quibus Sacra Miniſteria committenda ſunt, & in quorum vitam „cæteri Fideles jugiter oculos conjicientes ſumpturi inde ſunt exemplum, quod imitentur; propterea„que providè ab ijſdem Patribus cautum fuerit Eccleſiaſticæ Militiæ per „primam Tonſuram aſcribendos „non niſi illos eſſe, qui probabilem „præbeant conjecturam, ſe non ſæculrris judicij declinandi conſilio, „ſed ſincero animo præſtandi fidelem „cultum, ac ſervitutum Deo, hoc vitæ genus elegiſſe: volumus, ut pro „tutiori ipſius Conciliaris Sanctionis

„exe-

„ executione, ab omnibus Regnorum „ Hiſpaniarum hujuſmodi Archiepiſ- „ copis, & Epiſcopis, non alij ad „ primam Tonſuram in poſterum ad- „ mittantur, quam quibus Eccleſiaſ- „ ticum aliquod Beneficium ſtatim „ conferendum ſit; aut quos conſti- „ terit litterarum ſtudio operam ſic „ dare, ut quaſi in via ad Ordines, „ tum Minores, tum etiam deinde „ Majores ſuſcipiendos verſari videan- „ tur; vel demum quos viderint ex- „ pedire alicujus Eccleſiæ ſervitio, „ vel miniſterio deputari.

2 „ Et tam in his, qui ad pri- „ mam Tonſuram, quam in alijs, qui „ promoveri ad Ordines etiam Mino- „ res optaverint, omnino ſervetur „ pariter regula ab eodem Concilio „ Tridentino tradita; nimirum, ut „ nullus ordinetur, qui judicio ſui „ Epiſcopi non ſit utilis, aut neceſſa- „ rius ſuis Eccleſijs, quique illi Ec- „ cleſiæ, aut pio loco, pro cujus uti- „ litate, aut neceſsitate aſſumitur, „ non adſcribatur, ubi re ipſa func- „ tiones muneri ſuo conſentaneas „ exerceat. Quod ſi qui modò repe- „ riantur, vel Clericali Tonſura jam „ initiati, vel ad Ordines ſive Mino- „ res jam promoti, qui nulli certæ „ Eccleſiæ, vel loco pio adſcripti fue- „ rint: Epiſcopi adſcriptionem hujuſ- „ modi, vel à ſe ipſis, vel à Prędeceſ- „ ſoribus ſuis omiſſam, ſtatim ſup- „ pleant, non minus quoad omnes in „ majoribus Ordinibus, etiam Præs- „ byteratus, conſtitutos, quàm quoad „ eos, qui vel ſola prima Tonſura, „ vel minoribus Ordinibus initiati, „ Beneficium tamen Eccleſiaſticum „ poſsident. Ex reliquis autem, ut „ præfertur, vel ſola prima Tonſura „ inſignitis, vel in Minoribus Ordi- „ nibus conſtitutis, ſed Beneficio ca- „ rentibus, non niſi eos adſcribant, „ quos Eccleſijs ſuis utiles, vel neceſ- „ ſarios eſſe judicaverint. Cæterum „ antedictę adſcriptionis executionem „ differri poſſe per aliquod temporis „ ſpatium, quod ipſis Epiſcopis con- „ veniens videbitur, permittimus „ quoad eos, qui à Diœceſi, in qua „ Tonſuram, vel Ordines ſuſcepe- „ runt, cauſa ediſcendi litterarum „ ſcientias in aliqua publica Univerſi- „ tate, vel Gymnaſio, ſive ex alia „ rationabili cauſa à ſuo Epiſcopo „ approbata, vel approbanda, ab- „ ſentes reperiantur.

3 „ Cum autem Clerici, qui „ in Epiſcopalibus Seminarijs educan- „ tur, ut commodiùs ad litterarum, „ ſacrarumque rerum ſtudium ope- „ ram conferre, alijſque à Concilio „ Tridentino præſcriptis addiſcendis „ magis aſsiduè incumbere poſsint, „ teneantur juxta ejuſdem Concilij „ Decretum diebus tantùm feſtis Ca- „ thedrali, alijs vè loci Eccleſijs in- „ ſervire: hanc quidem ſervitij per „ eos obeundi rationem ſervari in om- „ nibus Hiſpaniarum Diœceſibus, „ necnon ipſos generalibus dumtaxàt „ totius Cleri ſupplicationibus, ſivè „ Proceſsionibus intereſſe volumus, „ & mandamus; ſublata quacumque „ majoris ſervitij conſuetudine, etiam „ immemorabili, poſt poſitaque etiam „ quacumque appellatione, aut inhi- „ bitione. Si quod autem Seminarium „ reperiatur, in cujus fundatione ali- „ ter cautum eſſet ob adjectam gra- „ vioris ſervitij legem ab illo, qui Se- „ minarium ipſum fundaverit, ſeu do- „ taverit, vel ei piam aliquam largi- „ tionem contulerit; Epiſcopi ad Nos, „ & pro tempore exiſtentem Roma- „ num Pontificem id referant, ut de- „ ſuper opportunè provideri valeat.

4 „ Præterea, cum maximè „ deceat eos, qui propriùs ad Sacra- „ tiſsima Myſteria acceſſuri ſunt, ul- „ tra cætera requiſita, congruenti „ etiam pollere ſcientia, qua prædi- „ viam ſalutis indicare alijs Chriſti „ fidelibus poſsint: Epiſcopi non niſi „ eos ex Clero tàm Sæculari, quàm „ Regulari ad Sacros Ordines admit- „ tant, quos ob ſcientiam, aliaſque

„ qualitates eo gradu verè dignos per „ diligentem inquiſitionem compere- „ rint; adeò ut ſatis non ſit illos, qui „ promoveri ad Ordines prędictos op- „ tant, linguam latinam intelligere, „ Cathechiſmo inſtructos eſſe, atque „ apte reſpondere quæſitis circa Or- „ dinem ſuſcipiendum ſibi in exami- „ ne propoſitis. Qui verò ad Præsbyte- „ ratum erunt aſſumendi, idonei priùs „ per accuratũ ſimiliter examen com- „ probentur ad miniſtranda Sacra- „ menta, & ad Populum docendum „ ea, quæ ſcire omnibus neceſſarium „ eſt ad ſalutem; quod quidem ut rec- „ tè pręſtari poſsit eoſdem Epiſcopos „ in Domino hortamur, ut quantum „ fieri poteſt, eos tantùm ad Sacer- „ dotium aſſumant, qui ſaltem Theo- „ logiæ Moralis competenter periti „ ſint.

5 „ Quod ſi domicilium in una „ Diœceſi habentes, Beneficium verò „ in altera, ordinari ad ejuſdem Be- „ neficij titulum optaverint ab Epiſ- „ copo, in cujus Diœceſi Beneficium „ hujuſmodi ſitum eſt: Epiſcopus „ Domicilij debeat eos, ſi in ſuam „ Diœceſim reverſuri ſunt, ſuper ſcien- „ tia, vel idoneitate examinare ante „ conceſsionem litterarum teſtimonia- „ lium ſuper eorum natalibus, ætate „ moribus, & vita juxta Conſtitutio- „ nem fel. rec. Innocentij Papæ XII. „ Prædeceſſoris Noſtri, quæ incipit: „ *Speculatores* obtinendarum; addito „ quoque compertæ idoneitatis teſ- „ timonio in ijſdem litteris: hæque „ concedi nullatenus debeant, ſi an- „ te dicto examine tanquam habiles „ approbati non fuerint, ijſque jux- „ ta præmiſſam formam non impe- „ tratis, minimè poſsit ab alio Epiſ- „ copo, cui etiam ratione obtenti „ Beneficij ſubjecti ſint, ad Ordi- „ nes promoveri: Siquę ſecùs fiat, „ ordinans quidem à collatione Or- „ dinum per annum, Ordinatus ve- „ rò à ſuſceptorum Ordinum execu- „ tione, quandiu proprio Ordinario „ videbitur expedire, eo ipſo ſuſpen- „ ſus ſit, alijſque inſuper graviori- „ bus pœnis pro modo culpæ, Noſ- „ tro, & pro tempore exiſtentis Ro- „ mani Pontificis arbitrio infligendis „ uterque ſubjaceat. Cumque etiam „ juxta memoratam Innocentij Præ- „ deceſſoris Conſtitutionem ratione, „ ac titulo Beneficij in aliena Diœ- „ ceſi obtenti non aliter liceat Or- „ dines ab Epiſcopo ejuſdem Diœ- „ ceſis ſuſcipere, quàm ſi Benefi- „ cium prædictum ſit ejus redditus, „ ut ad congruam vitæ ſuſtentatio- „ nem, detractis oneribus, per ſe „ ſufficiat; declaramus, ſufficientiam „ hujuſmodi præfiniendam eſſe, non „ juxta Taxam Synodalem, ſivè mo- „ rem pro promovendis ad Sacros „ Ordines vigentem in loco prædic- „ ti Beneficij (niſi tamen illud con- „ tinuam, & præciſam reſidentiam „ requirat) ſed juxta Taxam, vel, „ ea deficiente, juxta morem in alio „ loco Domicilij vigentem.

6 „ Porrò ad ſartam, rectam- „ que ſervandam Eccleſiaſticam diſ- „ ciplinam non minus momenti ha- „ bet, quod Clericali Militiæ nomen „ dare non permittatur ijs, qui haud „ ſatis idonei ſint, quàm quod ei- „ dem Militiæ jam adſcripti lauda- „ bilem vivendi rationem ſectentur, „ eamque morum exhibeant innocen- „ tiam, quæ Sanctitati ſuſcepti Inſ- „ tituti reſpondeat, multòque magis, „ quod abſtineant ijs, quæ à Sacris „ Canonibus jure meritòque vetita „ ſunt, uti prorſus indigna homini- „ bus Tabernaculum Domini inhabi- „ tantibus, & venerando Altaris mi- „ niſterio dedicatis. Statuimus prop- „ terea, atque decernimus, quod, „ ſi qui ſunt Clerici, aut prima Ton- „ ſura, aut Ordinibus minoribus ini- „ tiati, nullumque Eccleſiaſticum Be- „ neficium poſsidentes, qui neglectis „ Concilij Tridentini Decretis, habi- „ tum Clericalem, ac Tonſuram non „ deferant, vel ſi etiam deferant,

„ non

„ non tamen certæ Eccleſiæ, aut Lo-
„ co Pio, cui ex mandato Epiſcopi
„ adſcripti fuerint, inſerviant, ſive
„ in Seminario Eccleſiaſtico, vel in
„ aliqua Schola, aut Univerſitate de
„ licentia ſui Ordinarij non verſen-
„ tur; Epiſcopi, nulla etiam præmiſ-
„ ſa monitione, eos Privilegio fori
„ privatos declarent, eorumque adſ-
„ criptionem ſervitio certæ Eccleſiæ
„ antea factam deleri jubeant. Sique
„ ij meliorem vitæ rationem non inie-
„ rint, aut etiam ſi alij ſint, quos
„ ex propria culpa efficiendos ido-
„ neos promotioni ad Sacros Ordi-
„ nes ſperari nequeat; ijdem Epiſco-
„ pi, ſervata forma à Sacris Cano-
„ nibus traditâ, ad privationem alio-
„ rum Clericalium Privilegiorum con-
„ tra ipſos procedant. Ubi verò re-
„ periantur Clerici Cappellanias, vel
„ Beneficia, cujuſcumque etiam te-
„ nuis redditus, obtinentes, quorum
„ improba vita alijs offenſionem præ-
„ bens deſtruat potiùs, quam ædifi-
„ cet, vel concubinarij, aut fœne-
„ ratores, vel ebrietati, ludiſvè alea-
„ rum dediti, vel Satores rixarum,
„ vel negotiatores, vel arma geſ-
„ tantes, vel incertis ſedibus vagan-
„ tes, vel Clericalem habitum, Ton-
„ ſuramque non deferentes, vel Eccle-
„ ſiaſtica immunitate in fraudem tri-
„ butorum, & vectigalium à Laicis non
„ exemptis ſolvendorum temere ab-
„ utentes, vel qui demum ſimilia,
„ aut majora crimina patrantes, nu-
„ mero magis, quàm merito ad Ec-
„ cleſiam pertinere viſi fuerint; Epiſ-
„ copi, præmiſsis tamen neceſſarijs
„ monitionibus, ſervatiſque alijs de
„ jure ſervandis, contra ipſos ad pœ-
„ nas à Romanis Pontificibus Præde-
„ ceſſoribus Noſtris, & à Sacris Con-
„ cilijs impoſitas, & etiam ad priva-
„ tionem Beneficiorum, Cappellania-
„ rum, & Eccleſiaſticorum officiorum
„ in omnibus illis caſibus, in quibus
„ prædicta privatio à Sacris Canonibus
„ impoſita eſt, humanis quibuſcum-
„ que rationibus poſt habitis, proce-
„ dant, memores ſe ipſos neglectæ
„ Subditorum emendationis condignas,
„ Deo vindice, pœnas perſoluturos.

7 „ Sed & cum perſonæ Eccle-
„ ſiaſticæ nunquam ſatis in obſequijs
„ ſupremo Numini exhibendis, ijſque
„ præſtandis, quæ eorum ſtatui con-
„ ſentanea ſunt, exerceri valeant; plu-
„ rimùm in Domino commendamus
„ pium morem in pleriſque Hiſpania-
„ rum Diœceſibus vigentem, ut Cle-
„ rici tàm in minoribus, quàm in ma-
„ joribus Ordinibus conſtituti, atque
„ etiam Præsbyteri, tametſi Beneficia,
„ vel officia Eccleſiaſtica non haben-
„ tes, ſuperpelliceo induti in Eccleſijs,
„ quibus adſcripti fuerint, Miſſæ Con-
„ ventuali, cum cantu celebratæ, nec-
„ non primis, & ſecundis Veſperis of-
„ ficij diebus Dominicis, alijſque feſ-
„ tis aſsiſtant. Quin imò enixè horta-
„ mur, ut Epiſcopi aliarum Diœce-
„ ſium, in quibus mos ille inſtitutus
„ hactenus non fuerit; id in poſterum
„ ſervari curent in omnibus, ac inſu-
„ per ſatagant, ut omnes Eccleſiaſtici
„ prędicti etiam collationibus habendis
„ coram Parochis ſuis, vel alijs ab Epiſ-
„ copo deputatis ſuper caſibus conſ-
„ cientiæ forum concernentibus, & ſu-
„ per ritibus, ac cæremonijs ſacris in-
„ terſint.

8 „ Et quoniam in prædictis
„ Hiſpaniarum Regnis reperiri intelle-
„ ximus Beneficia, & Cappellanias etiã
„ de Jure Patronatus, vel Eccleſiaſti-
„ corum, vel Laicorum, nullo tamen
„ certo proventu inſtructas, vel adeo
„ tenui, ut nec ad dimidiam, nec ad
„ tertiam partem congruæ pro Cleri-
„ cis ad Sacros Ordines promovendis
„ neceſſariæ aſcendat; malis haud qui-
„ dem levibus inde erumpentibus oc-
„ currere cupientes, ſtatuimus, & man-
„ damus, quod Epiſcopi ad Beneficio-
„ rum, & Cappellaniarum, quæ nu-
„ llum certum redditum habent, ſup-
„ preſsionem ſtatim deveniant. De alijs
„ verò Beneficijs, & Cappellanijs, qua-

„ rum certus annus fructus ad memo-
„ ratam ſaltem tertiam congruæ par-
„ tem non aſcendit, decernimus nulli
„ in poſterum conferendam eſſe pri-
„ mam Tonſuram ratione juris aſſe-
„ quendi aliquod ex dictis Beneficijs,
„ & Cappellanijs. Utque Patronatum
„ jura, quantùm fieri poſsit, ſalva re-
„ maneant; liceat Patronis tàm Eccle-
„ ſiaſticis, quàm Laicis ad dicta Benefi-
„ cia, & Cappellanias nominare, non
„ tamen veluti ad Beneficia Eccleſiaſti-
„ ca requirentia in nominandis primâ
„ Tonſuram, ſed tanquam ad legata
„ pia; & nominati, tametſi primam
„ Tonſuram non habentes, ea retine-
„ re poſsint uti pia legata, cum onere
„ adimplendi omnia onera à Fundato-
„ ribus injuncta.

9 „ Non ſine gravi animi noſ-
„ tri dolore etiam accepimus; quòd
„ quamquam Tridentina Synodus de-
„ creverit omnes, qui Parochiales, vel
„ alias curam Animarum anexam ha-
„ bentes Eccleſias quocumque modo
„ obtinent, debere diebus ſaltem Do-
„ minicis, & feſtis ſolemnibus plebes
„ ſibi commiſſas pro ſua, & earum ca-
„ pacitate paſcere ſalutaribus verbis
„ docendo ea, quæ Chriſti fideles ad
„ ſalutem ſcire opportet, ac explicando
„ Divinæ legis præcepta, FideiqueDog-
„ mata, pueroſque ejuſdem Fidei ru-
„ dimentis imbuendo, & brevi, facili-
„ que Sermone vitia denuntiando, quæ
„ declinare, & virtutes quas ſectari
„ opporteat; nihilominus nonnulli Pa-
„ rochialium Eccleſiarum Rectores,
„ hæc, quæ ſuarum partium adeò ſunt
„ prætermittunt, culpam hujuſmodi à
„ ſe amoliri nitentes, vel prętextu im-
„ memorabilis, ſed quidem pravæ con-
„ ſuetudinis, vel quia hæc ab ipſis præſ-
„ tari neceſſe non videatur, ſuppeten-
„ te nimirum copia aliorum habentium
„ Sacras Conciones in alijs Eccleſijs,
„ itemque imbuentium pueros myſte-
„ rijs Fidei, vel in Scholis, vel in com-
„ pitis. Ne itaque ſub inani iſtarum, alia-
„ rumque ſimilium excuſationum præ-
„ textu tanta Chriſtianę Reipublicæ
„ pernicies ſtruatur, diſtrictè præcipi-
„ mus ſingulis Hiſpaniarum Archiepiſ-
„ copis, & Epiſcopis, ut omninò effi-
„ ciant, quod omnes ij, qui Anima-
„ rum curam gerunt, munia prædicta
„ per ſe ipſos, vel, ſi legitimè impe-
„ diti fuerint, per alios idoneos dili-
„ genter exequantur. Si verò aliqui
„ non ſatis habiles ad illa obeunda re-
„ periantur; ijdem Archiepiſcopi, &
„ Epiſcopi per alios à ſe deputandos
„ ſumptibus Parochorum minùs ido-
„ neorum opportunè ſuppleri curent:
„ & in poſterum Beneficia, quibus
„ Animarum cura imminet, non niſi
„ verè idoneis ad memorata officia per
„ ſe ipſos ad implenda conferantur.

10 „ Præterea, ne Conſtitu-
„ tionis Sancti Pij V. etiam Prædeceſſo-
„ ris Noſtri, in qua taxatur congrua
„ fructuum portio Vicarijs perpetuis
„ Animarum curam exercentibus aſsig-
„ nanda, interpretationem ab ejus ſen-
„ tentia alienam fieri contingat; de-
„ claramus Conſtitutionem illam per-
„ tinere dumtaxàt ad Vicarios perpe-
„ tuos illarum Eccleſiarum Parochia-
„ lium, quæ alijs Eccleſijs, Monaſte-
„ rijs, Collegijs, Beneficijs, & Locis
„ pijs unitæ ſint: necnon portionem
„ annuam fructuum, quæ ibidem ſta-
„ tuitur aſsignanda ipſis Vicarijs in
„ ſumma non majori, quàm centum,
„ nec minori, quàm quinquaginta ſcu-
„ torum, intelligi debere de ſcutis ar-
„ genteis juliorum decem monetæ Ro-
„ manæ pro quolibet ſcuto.

11 „ Quoties itaque in alijs
„ Parochialibus Eccleſijs, quæ, ut
„ præfertur, unitæ non ſint, oppor-
„ tuerit ex aliqua juſta cauſa provi-
„ deri per Coadjutores Parochorum,
„ aut per Vicarios temporarios; curę
„ erit Epiſcopis pro data ſibi à Tri-
„ dentina Synodo poteſtate partem
„ fructuum prędictis Coadjutoribus,
„ aut Vicarijs aſsignandam determina-
„ re in ea quantitate, quæ pro ſuo
„ prudenti arbitrio, & conſcientia

„ con-

„ conveniens videbitur, ratione vi-
„ delicet habita redditum, & emo-
„ lumentorum Ecclesię Parochialis,
„ in qua deputati fuerint, necnon inſ-
„ pectis conditionibus Loci, numero
„ Animarum, qualitate laboris, &
„ quantitate impensarum, quas com-
„ missi Officij necessitas postulaverit.
„ Quod si Parochi ab Episcopis mo-
„ niti, congruò eijsdem termino præ-
„ fixo, Coadjutores, sivè Vicarios
„ temporarios, quoties opus fuerit,
„ assumere neglexerint; poterunt ip-
„ si Episcopi eos, quos huic muneri
„ idoneos censuerint, auctoritate pro-
„ pria deputare cum assignatione an-
„ tedictę portionis fructuum. Et nihi-
„ lominus, ubi etiam prædicti Coad-
„ jutores, aut Vicarij temporarij à
„ Parochis nominati, vel assumpti
„ fuerint, de eorum idoneitate Episco-
„ pis constare per examen debeat,
„ antèquam ad exercitium admittan-
„ tur; nec satis sit, quod ad confes-
„ siones audiendas anteà fuerint ap-
„ probati, nisi alijs etiam qualitatibus
„ ad Curam Animarum rectè exercen-
„ dam opportunis prędicti noscantur.
„ Quibus si careant, nec Parochi dein-
„ de intra alium similem terminum ab
„ Episcopis prefigendū alios verè ido-
„ neos nominaverint: tùnc pariter ad
„ ipsos Episcopos liberè spectet de-
„ putatio cum dicta congrnæ assigna-
„ tione; nec ulla Parochorum contra-
„ dictio, aut exemptio, aut appella-
„ tio, aut cujuscumque Judicis inhi-
„ bitio executionem deputationis, &
„ assignationis certæ partis fructuum
„ in casibus præmissis suspendere pos-
„ sit, itemque non obstante qualibet
„ contraria consnetudine, etiam im-
„ memorabili.

12 „ Verùm quia non satis
„ Animarum Curæ, & necessitatibus
„ quandoque consultum est per hoc,
„ quod ad obeunda Parochialia mu-
„ nia alij Sacerdotes Parochis adjun-
„ gantur, sed majora remedia adhibe-
„ ri opportet, quoties nempe ob lo-
„ corum distantiam, sive itineris diffi-
„ cultatem Parochiani sine magno in-
„ commodo pro Sacramētis percipien-
„ dis, Divinisque officijs audiendis ac-
„ cedere ad Ecclesiam Parochialem
„ nequeant; tunc quidem memine-
„ rint Episcopi licere sibi pro suo ar-
„ bitrio, invitis etiam Rectoribus, vel
„ intra easdem Parochias destinare
„ alias Ecclesias, in quibus Sacerdo-
„ tes Parochorum Coadjutores Sacra-
„ menta ministrent, & Divinum cul-
„ tum exhibeant, vel novas Paro-
„ chias, novasque Parochiales Eccle-
„ sias à veteribus distinctas constitue-
„ re, ijsque novos Parochos præfice-
„ re, assignata ex redditibus ad vete-
„ rem Parochialem Ecclesiam quomo-
„ documque pertinentibus convenien-
„ ti portione ad victum eorum, qui,
„ vel tanquam Coadjutores in dictis
„ alijs Ecclesijs deputati, vel tanquam
„ distincti, & independentes Parochi
„ Curam Animarum exercuerint; nul-
„ la ad premissa impedienda suffragan-
„ te appellatione, aut inhibitione.

13 „ Cum ad præscriptum quo-
„ que Tridentinæ Synodi Episcopis is
„ honor tribuendus sit, qui eorum
„ dignitati convenit, eisque in Choro,
„ & in Capitulo, in Processionibus,
„ & alijs actibus publicis primus locus
„ esse debeat, & præcipua, omnium
„ rerum agendarum auctoritas; man-
„ damus id religiosè, ac perpetuò ob-
„ servari in omnibus actibus adeò justę
„ hujusmodi præeminentiæ, & aucto-
„ ritati consentaneis, non obstantibus
„ privilegijs etiam ex fundatione com-
„ petentibus, consuetudinibus etiam
„ immemorabilibus, sententijs, jura-
„ mentis, & concordijs, quæ suos
„ tantùm obligent auctores.

14 „ Prætereà, ut Claustralis
„ quoque disciplinæ vigor illibatus
„ permaneat, Pontificiæ nostræ soli-
„ citudinis partes etiam duximus in-
„ terponendas. Cùm itaque experien-
„ tia compertum fuerit quantum de-
„ trimenti illi afferatur, ex quo plures

„ ad

„ ad Religioſum habitum admittantur, „ quàm vires reddituum patiantur: „ moderno, ac pro tempore exiſtenti „ Noſtro, & Apoſtolicæ Sedis in ijſdem „ Hiſpaniarum Regnis Nuntio per præ- „ ſentes committimus, & mandamus, „ ut curet, & vigilantiâ adhibeat, nè „ contra præſcriptũ memorati Concilij „ Tridentini in Monaſteria, Conven- „ tus, & Domos, tàm Virorum, quàm „ Mulierum, ſivè bona immobilia poſ- „ ſideant, ſivè non poſsideant, major „ numerus recipiatur, quam qui, vel „ ex proventibus proprijs, ipſorum „ Monaſteriorum, Conventum, aut „ Domorum, vel ex conſuetis eleemo- „ moſynis, alijs vè quibuſcumque ob- „ ventionibus, in commune tamen „ conferendis, commodè poſsit ſuſ- „ tentari.

15 „ Quoties verò Regulares „ ad Ordines erunt promovendi, ſer- „ vetur omninò Decretum Congrega- „ tionis Cardinalium Concilij Triden- „ tini Interpretum à piæ memoriæ Cle- „ mente Papa VIII. Prædeceſſore etiam „ noſtro confirmatum die 15. Martij „ 1596. quo Sancitur non ad alium, „ quàm ad Epiſcopum Diœceſanum „ litteras Dimiſſorias pro eorundem „ Ordinum ſuſceptione à ſuis ſuperio- „ ribus eſſe dirigendas, præterquam „ in caſu, quo Diœceſanus à Diœceſi „ abeſſet, vel Ordinationes non eſſet „ habiturus; quo etiam caſu in litte- „ ris dimiſſorijs ad alium Epiſcopum „ dirigendis expreſſa fieri debeat men- „ tio, vel de prædicta Epiſcopi Diœ- „ ceſani abſentia, vel de illa alia „ cauſa, videlicet, quod Ordinatio- „ nes non ſit habiturus: exceptis ta- „ men quoad prædicta Regularibus „ illis, quibus per ſpeciale privilegium „ à Sede Apoſtolica poſt Concilium „ Tridentinum fuerit conceſſum, ut à „ quolibet Catholico Antiſtite Ordi- „ nes ſuſcipere poſsint, ſuper quo In- „ dulto nihil per præſentes innovare „ intendimus. Noverint autem Epiſ- „ copi ſe debere per ſemetipſos, ſe- „ cluſo ægrotationis caſu, Ordines „ conferre, & Sacrorum Ordinum „ collationem ſtatutis à jure tempori- „ bus, ac in Cathedrali Eccleſia, vo- „ catis, & adſtantibus Canonicis, pu- „ blicè habendam eſſe; vel ſi in alio „ Diœceſis loco, ſemper tamen in Ec- „ cleſia quantum fieri poterit dignio- „ ri, & præſente Clero ejuſdem loci. „ Ne verò incertitudo, an ipſi Ordi- „ nationes ſint habituri, nimis grave „ afferat incomodum promovendis, „ varia Diœceſis loca in habitantibus; „ per menſem antè ſingulis vicibus pu- „ blico Edicto ab eijſdem Epiſcopis „ denuntietur, ſe Ordinationes eſſe „ habituros, adeo ut quoties denun- „ tiatio hujuſmodi facta non fuerit, „ inde ſatis intelligant Regulares, Epiſ- „ copum Diœceſanum Ordinationes „ ea vice minimè eſſe habiturum, ſibi- „ que idcircò licitum futurum Ordines „ ab alio Epiſcopo ſuſcipere cum lit- „ teris Dimiſſorijs ſuorum Superiorum „ ad eum directis, ſervata in ijs forma „ ſuperiùs expreſſa.

16 „ Epiſcopi in omnibus Mu- „ lierum Monaſterijs ſibi ſubjectis Or- „ dinaria, in alijs verò exemptis auc- „ toritate Sedis Apoſtolicæ inconcuſsè „ obſervari curent, quæ circa Sancti- „ monialium clauſuram, vetitumque „ in dicta Monaſteria ingreſſum, tàm „ in Decretis Tridentinæ Synodi, quàm „ in Conſtitutione ſimilis memoriæ „ Gregorij Papæ XIII. etiam Præde- „ ceſſoris Noſtri edita Idibus Januarij „ anni milleſimi quingenteſimi ſep- „ tuageſimi quinti providè ordinata „ ſunt.

17 „ Perpendentes etiam Chriſ- „ tianæ Reipublicæ in primis expedire, „ ut Miniſterium, ac poteſtas clavium „ in remittendis, retinendiſque pec- „ catis rectè exerceatur; declaramus „ Sacerdotes, tàm Sæculares, quàm „ Regulares, qui ab Epiſcopis obti- „ nuerint licentiam audiendæ confeſ- „ ſiones limitatam, vel quoad locum, „ vel quoad genus Perſonarum, vel

„ quoad

„ quoad tempus, non posse pœniten-
„ tiæ Sacramentum administrare extra
„ tempus, vel locum, vel genus Per-
„ sonarum ab ipsis Episcopis præscrip-
„ tum, quocumque privilegio etiam
„ in vim Bullæ, quæ appellatur Cru-
„ ciatæ Sanctæ, competente nullate-
„ nùs suffragaturo. Cumque idem In-
„ nocentius Prædecessor per suas die
„ decima nona Aprilis anni millesimi
„ septingentesimi expeditas litteras
„ decreverit, Sacerdotibus tàm Sæ-
„ cularibus, quàm Regularibus non
„ licere confessiones eorum, à quibus
„ ex Indulto prædictæ Bullæ Crucia-
„ tę ad id electi fuerint, audire, abs-
„ què præcedenti approbatione Ordi-
„ narij illius Loci, in quo ipsi Pœni-
„ tentes degunt, & Confessores eli-
„ gunt, etiamsi ab Ordinijs aliorum
„ Locorum anteà approbati fuissent,
„ ac etiamsi Pœnitentes Ordinarijs
„ illis, qui Confessores electos ap-
„ probassent, subditi essent; necnon
„ confessiones aliter factas, ac respec-
„ tivè exceptas, nullas fore, irritas,
„ & invalidas, & Confessores ipso
„ jure suspensos esse: Nos eamdem
„ Constitutionem approbantes, con-
„ firmantes, & innovantes declara-
„ mus insuper, prædictis Sacerdoti-
„ bus tàm Sæcularibus, quàm Regu-
„ laribus ad Confessiones excipiendas,
„ vel ex vi prædictæ Bullæ Cruciatæ,
„ vel ex quocumque alio privilegio
„ electis, suffragari minimè etiam pos-
„ se quòd approbati aliàs fuerint ab
„ Episcopo illo, qui aliquando fuerit
„ Ordinarius Loci, in quo Confessio-
„ nes audiendæ sint, sed talis tunc
„ temporis ampliùs non existat, vel
„ quia ab humanis excesserit, aut Epis-
„ copatui renuntiaverit, vel quia ad
„ aliam Ecclesiam auctoritate Aposto-
„ lica translatus reperiatur; sed ne-
„ cessariam omnino esse illius, qui ac-
„ tualiter, & pro tempore Ordina-
„ riam jurisdictionem in ea Diœcesi
„ exerceat, approbationem. Hæc ta-
„ men suffragetur etiam tacita, eaque
„ adesse censeatur, quousque præce-
„ dens licentia, sivè approbatio duret,
„ & revocata ab eo non fuerit; in quo
„ casu nova, & expressa impetranda
„ erit, si illa præcedenter obtenta,
„ vel per temporis apscripti lapsum
„ expiraverit, vel per posteriorem re-
„ vocationem sublata fuisset.

18 „ Meminerint quoque Re-
„ gulares se excipere non posse con-
„ fessiones Monialium, tametsi eo-
„ rum regimini, & gubernio subjec-
„ tę sint, nisi ultra licentiam suorum
„ Prelatorum Regularium precedat
„ examen coram Episcopo Diœcesa-
„ no faciendum, ejusque specialis
„ quoad confessiones dictarum Mo-
„ nialium approbatio; remota qua-
„ cumque contraria consuetudine,
„ etiam immemorabili.

19 „ Cumque ex eodem
„ Concilio Tridentino Confessor ex-
„ traordinarius bis, aut ter in anno
„ efferri Monialibus debeat, qui om-
„ nium confessiones audiat; si in pos-
„ terum Superiores Regulares quoad
„ Monasteria ipsis subjecta toties præ-
„ dictum extraordinarium Confesso-
„ rem deputare neglexerint, vel si
„ etiam ex proprio eodem Ordine sem-
„ per deputaverint, nec saltem semel
„ in anno ad id munus elegerint Sa-
„ cerdotem, aut Sæcularem, aut Re-
„ gularem alterius diversi Ordinis Pro-
„ fessorem, in his casibus Episcopi pro
„ suo arbitrio, & conscientia depu-
„ tationem hujusmodi facere possint,
„ nec illa quo vis titulo, aut prætextu
„ à Superioribus Regularibus valeat
„ impediri.

20 „ Episcopi insuper abusus
„ omnes, qui in Ecclesijs aut Sæcula-
„ ribus, aut Regularibus contra præs-
„ criptum Cæremonialis Episcopo-
„ rum, & Ritualis Romani, vel Ru-
„ bricas Missalis, & Breviarij irrepse-
„ rint, studeant omninò removere.
„ Et, si adversus ea, quæ in dicto
„ Cæremoniali statuta sunt, consue-
„ tudinem etiam immemorabilem alle-

„ ga-

„ gari contingat; poſtquam recogno-
„ verint, aut eam non ſatis probari,
„ aut etiam probatam ſuffragari, ut-
„ potè irrationabilem, de jure non
„ poſſe: executioni eorum, quæ in
„ dicto Cæremoniali conſtituta ſunt,
„ diligenter incumbant; nec ulla ſuſ-
„ penſiva appellatio admittatur.

21 „ Sedulò pariter curent
„ ijdem Epiſcopi, ut eliminentur abu-
„ ſus, ſi qui forſam, tàm quoad Eccle-
„ ſiaſticos Sæculares, quàm quo ad
„ Regulares inducti fuerint adverſus
„ Concilij Tridentini Decretum de
„ Obſervandis, & evitandis in cele-
„ bratione Miſſarum ſeſſ. 22. & con-
„ tra Regulares, ſi opus fuerit, pro-
„ cedant ex Apoſtolica delegatione in
„ eo decreto ipſis indulta, poſtpoſita
„ quacumque appellatione ſuſpenſi-
„ va, ſed ſolùm reſervata in devoluti-
„ vo ſuper quocumque dubio, quod
„ excitari contingeret, declaratione
„ Congregationis pro tempore exiſ-
„ tentium S. R. E. Cardinalium me-
„ morati Concilij Interpretum.

22 „ Cumque circa Miſſarum
„ celebrationem in privatis Oratorijs,
„ necnon circa uſum Altaris geſtato-
„ rij, à recol. mem. Clement. Papa
„ XI. Prædeceſſore etiam noſtro op-
„ portunum Decretum promulgatum
„ fuerit die 15. Decembr. anni 1703.
„ Epiſcopi dent operam, ut omnia
„ ibidem ſtatuta etiam in Regnis Hiſ-
„ paniarum ſerventur, idemque De-
„ cretum in ſuis reſpectivè Diœceſi-
„ bus, ut faciliùs omnibus innoteſcat,
„ publicari faciant, addita etiam pro-
„ hibitione, ne in privatis Regularium
„ Cellis, ſive Cubiculis erigatur Alta-
„ re pro re Sacra ibidem facienda, &
„ contra quoſcumque contravenien-
„ tes cenſuris etiam Eccleſiaſticis pro-
„ cedant, adhibita quo ad Regulares
„ auctoritate Sedis Apoſtolicæ in me-
„ morato Decreto ipſis delegata, re-
„ motaque quacumque contraria con-
„ ſuetudine, etiam immemorabili. De-
„ claramus tamen, quod cum in præ-
„ dicto Decreto ſtatuatur, non licet
„ Epiſcopis extra Domum propriæ ha-
„ bitationis in Domibus Laicis erigere
„ Altare, ibique Sacroſanctum Miſſæ
„ ſacrificium celebrare, ſivè celebrari
„ facere; hujuſmodi prohibitio intel-
„ ligenda non ſit de Domibus etiam
„ Laicis, in quibus ipſi Epiſcopi fortè
„ occaſione viſitationis, vel itineris
„ hoſpitio excipiantur, ut nec etiam
„ quando Epiſcopi in caſibus à Jure
„ permiſsis, vel de ſpeciali Sedis Apoſ-
„ tolicę licentia abſentes à Domo pro-
„ priæ ordinariæ habitationis, mo-
„ ram idcircò faciant in aliena Domo
„ per modum ſimilis habitationis: his
„ enim caſibus licita ijs erit erectio
„ Altaris ad effectum prædictæ cele-
„ brationis, non ſecus, ac in Domo
„ proprię ordinariæ habitationis.

23 „ Præcipimus quoque ac-
„ curatè attendi, ac adimpleri quæ-
„ cumque alia preſcribuntur in ejuſ-
„ dem Generalis Synodi ſeſſ. 25. de
„ Regularibus, & Monialibus. Cum-
„ que in cap. 25. ampliſsimè derogetur
„ omnibus contrarijs Privilegijs ſub
„ quibuſcumque formulis verborum
„ conceptis, ac Mare magnum appel-
„ latis, etiam in fundatione obtentis,
„ necnon Conſtitutionibus, & Regulis
„ etiam juratis, atque etiam con-
„ ſuetudinibus, vel Præſcriptionibus
„ etiam immemorabilibus; ſciant om-
„ nes derogationem hujuſmodi non ad
„ ea tantùm referri, quæ in prædicto
„ Capite continentur, ſed etiam ad
„ alia, quæ in ſingulis ſuperioribus
„ Capitibus ejuſdem ſeſsionis conſtitu-
„ ta ſunt.

24 „ Ad hęc, ut recta in Judi-
„ cijs ratio ſervetur, precipimus, quod
„ ubi in cauſis Criminalibus Ordinarij
„ Locorum in Regnis Hiſpaniarum
„ proceſſerint ex officio, hoc eſt non
„ ad ullius querelam, ſivè accuſatio-
„ nem, ſi ab eorumdem Ordinariorum
„ ſententijs appellatio, vel ad Sedis
„ Apoſtplicę Nuntium, vel ad Metro-
„ politanos interpoſita fuerit; tunc

(ne

„ (ne alioquin, ſi nullus Actoris par-
„ tes gerat, deliquentes pœnam ſuis
„ criminibus debitam effugiant) Pro-
„ curatores Fiſcales Tribunalis Nun-
„ ciaturæ Apoſtolicæ, & reſpectivè
„ etiam Curiæ Metropolitanæ, inſtan-
„ tias, alioſque actus de ſuper neceſ-
„ ſarios peragant, & proſequantur,
„ ut prædictę Ordinariorum ſententiæ
„ juſtam confirmationem, & executio-
„ nem obtineant. Quod ſi dictis Pro-
„ curatoribus Fiſcalibus non citatis, &
„ inauditis, contrarias ſententias in
„ gradu appellationis proferri contin-
„ gerit, iſtæ prorsùs nullæ ſint, ac irri-
„ tę cum omnibus actis geſtis, nullum-
„ que ſortiri debeant effectum: quin
„ immò præcedentes Ordinariorum
„ ſententiæ executioni mandentur,
„ perindè ac ſi appellatio ab ijs inter-
„ poſita nullatenus fuiſſet.

25 „ Cæterùm cum generali-
„ ter, circa appellationes, & inhibi-
„ tiones ſatis proviſum fuerit per Conſ-
„ titutionem pię mem. Innocentij Pa-
„ pę IV. Prædeceſſoris etiam noſtri in
„ Cap. *Romana*, ac etiam per Decreta
„ Concilij Tridentini, itemque alia edi-
„ ta die 16. Octobris 1600. à Congre-
„ gatione negotijs, & conſultationi-
„ bus Epiſcoporum, & Regularium
„ præpoſita, & à prędicto Clemente
„ VIII. Prędeceſſore confirmata, ac
„ denique etiam alia promulgata tem-
„ pore Pontificatus ſimilis mem. Ur-
„ bani Papę VIII. prædeceſſoris item
„ noſtri, die videlicet 5. Septembris
„ 1626. volumus, & mandamus, quod
„ quidquid in omnibus memoratis
„ Conſtitutionibus, & Decretis ſtatui-
„ tur, diligentiſsimè per omnes ijs
„ comprehenſos obſervetur in cauſis
„ ad Curias Eccleſiaſticas pertinenti-
„ bus in Regnis Hiſpaniarum, qua-
„ cumque conſuetudine etiam imme-
„ morabili, vel quovis privilegio, aut
„ ſtylo concedendi etiam quaſdam
„ inhibitiones nuncupatas tempora-
„ rias penitùs excluſo.

26 „ Quo verò ad Judices
„ Conſervatores, & modum, ac fa-
„ cultatem procedendi in cauſis Civi-
„ libus, quę ad eorum cognitionem
„ pertinere poſsint, inviolatè cuſto-
„ dienda erit norma prędcripta in conſ-
„ titucionibus fel. rec. Innocentij IV.
„ Alexandri IV. Bonifacij VIII. Gre-
„ gorij XV. aliorumque Romanorum
„ Pontificum prędeceſſorum noſtro-
„ rum hac de re editis, necnon in De-
„ cretis Concilij Tridentini, ſub pœ-
„ nis ibidem contentis, quas preſenti
„ noſtra conſtitutione innovamus, &
„ confirmamus; hoc etiam addito, ut
„ ijdem Judices Conſervatores, &
„ mandatorum ſuorum executores ex-
„ hibere debeant Epiſcopis, alijſque
„ locorum Ordinarijs litteras ſuę de-
„ putationis, quorum vigore proce-
„ dere intendant.

27 „ Enixè denique, & ex in-
„ timo Paterni cordis noſtri ſenſu om-
„ nes è Religioſiſsima Hiſpanica Na-
„ tione monemus, ut memores ſint
„ teneri ſe exactè, firmitèr, & cum
„ effectu obſervare etiam omnia, &
„ ſingula in cæteris omnibus ejuſdem
„ Tridentini Concilij Decretis ſancita.
„ Et ne eorum executio poſt hac ullo
„ modo impediatur, aut retardetur;
„ decernimus, ac declaramus nullum
„ pro impedienda, aut ſuſpendenda
„ executione Conciliarium Sanctio-
„ num ejuſmodi, aut Decretorum, quę
„ ab Ordinarijs edita fuerint pro exe-
„ cutione pariter eorum, quę in ipſo
„ Concilio ſtatuta ſunt, ſuffragari poſ-
„ ſe ac debere contrarium Privile-
„ gium, quod ante prędicti Concilij
„ promulgationem à Sede Apoſtolica
„ obtentum fuerit, niſi etiam poſt ip-
„ ſum Concilium fuerit in forma ſpe-
„ cifica ab eadem Apoſtolica Sede con-
„ firmatum, vel noviter conceſſum;
„ itemque obſtare non poſſe ullum
„ ſtatutum, vel concordiam, quæ à
„ prædicta Apoſtolica Sede ſpeciali-
„ ter confirmata non ſit, neque
„ quęmcumque longævum non uſum,
„ aut contrariam conſuetudinem,

„ vel

„ vel præſcriptionem etiam centenariam, vel immemorabilem, niſi „ forsàm prefatæ conſuetudinis, aut „ præſcriptionis materia capax ſit, & „ inſuper conſuetudo, aut præſcriptio „ immemorabilis probata jam ſit, & „ admiſſa à competenti Judice per „ tres ſententias conformes, vel per „ unam, quę in judicatum tranſierit, „ nec demum quamcumque appellationem, ſivè inhibitionem etiam temporariam; reſervato dumtaxàt recurſu in devolutivo ad memoratam „ Congregationem Cardinalium ejuſdem Concilij Interpretum; quibus „ etiam tanquam Exequutoribus præſentium noſtrarum litterarum, non „ ſolùm committimus, & mandamus, „ ut eas, ipſarumque Decreta, & Ordinationes omnes perpetuò, & inviolabiliter obſervari faciant cum eadem poteſtate, quæ ijſdem Cardinalibus à Sede Apoſtolica tributa eſt „ pro executione Decretorum memorati Concilij, ſed etiam privativè „ facultatem impertimur, quandocumque opus fuerit, interpretandi, explicandi, ac declarandi eamdem „ noſtram Conſtitutionem, omneſque, „ & ſingulas Ordinationes in ea contentas (exceptis his, quæ ad Cæremoniale Epiſcoporum, Rituale „ Romanum, & Rubricas Miſſalis, & „ Breviarij pertinent) quatenus illis „ dubietas aliqua, aut difficultas emerſerit; non retardata tamen interim illarum executione, adeo ut ante hujuſmodi executionem nec ullus „ recurſus ad eamdem Congregationem Cardinalium, nec ulla ſuper „ quovis dubio conſultatio promoveri „ poſsit. Decretis verò, Declarationibus à prædicta Congregatione faciendis, poſtquam noſtra, aut Romani Pontificis pro tempore exiſtentis approbatio acceſſerit; ſtatim „ quæcumque reclamatio, aut conſultatio omninò ceſſare, perpetuumque ſilentium deſuper impoſitum „ cenſeri debeat.

28 „ Decernentes pariter eaſdem præſentes litteras ſemper, firmas, validas, & efficaces exiſtere, „ & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, „ ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, in „ omnibus, & per omnia pleniſsimè „ ſuffragari, & ab eis reſpectivè inviolabiliter, & inconcuſsè obſervari „ debere; ſicque, & non aliter per „ quoſcumque Judices Ordinarios, & „ Delegatos, etiam cauſarum Palatij „ Apoſtolici Auditores, ac ejuſdem „ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de Latare Legatos, ac „ Sedis præfatæ Nuntios, alijſvè quoſlibet quacumque præeminentia, & „ poteſtate fungentes, & functuros, „ ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, ubique „ judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane ſi ſecùs ſuper his à „ quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contingerit attentari.

29 „ Non obſtantibus præmiſſis, ac quatenus opus ſit, noſtra, „ & Cancellariæ Apoſtolicæ regula de „ jure quæſito non tollendo, alijſque „ Conſtitutionibus, & Ordinationibus „ Apoſtolicis, necnon quorumque „ Ordinum, Congregationum, Inſtitutorum, & Societatum, etiam Jeſu, & quorumvis Monaſteriorum, „ Conventuum, Eccleſiarum, Locorum Piorum, alijsvè quibuſvis „ etiam juramento, confirmatione „ Apoſtolica, aut quavis firmitate „ alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ac præſcriptionibus quantumcumque longiſsimis, „ & immemorabilibus, Privilegijs quoque, Indultis, & Litteris Apoſtolicis, Ordinibus, Congregationibus, „ Inſtitutis, & Societatibus, etiam „ Jeſu, ac Monaſterijs, Conventibus, „ Eccleſijs, & Locis Pijs prædictis, „ illorumque reſpectivè Superioribus, „ alijſ-

„ alijſvè quibuslibet perſonis etiam „ ſpecialiſsima mentione dignis ſub „ quibuſcumque verborum tenoribus, „ & formis, ac cum quibuſvis etiam „ derogatoriarum derogatorijs, alijſ- „ que efficacioribus, & inſolitis clau- „ ſulis, irritantibuſque, & alijs De- „ cretis, etiam motu, ſcientia, & de „ Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine in „ genere, vel in ſpecie, ſeù aliàs quo- „ modolibet in contrarium præmiſſo- „ rum conceſsis, confirmatis, & inno- „ vatis. Quibus omnibus, & ſingu- „ lis, & etiamſi pro illorum ſufficienti „ derogatione de illis, eorumque to- „ tis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, ex- „ preſſa, & individua, ac de verbo „ ad verbum, non autem per clauſu- „ las generales idem importantes men- „ tio, ſeù quævis alia expreſsio ha- „ benda, aut aliqua alia exquiſita „ forma ad hoc ſervanda foret, illo- „ rum omnium, & ſingulorum teno- „ res, ac ſi de verbo ad verbum ex- „ primerentur, & inſererentur, nihil „ penitùs omiſſo, & forma in illis tra- „ dita obſervata, eiſdem præſentibus „ pro expreſsis, & inſertis habentes, „ illis aliàs in ſuo robore permanſuris, „ ad præmiſſorum effectum hac vice „ dumtaxàt ſpecialiter, & expreſsè „ derogamus, cæteriſque contrarijs „ quibuſcumque.

30 „ Volumus autem, ut ea- „ rumdem præſentium litterarum tran- „ ſumptis, ſeu exemplis, etiam im- „ preſsis, manu alicujus Notarij publi- „ ci ſubſcriptis, & ſigillo alicujus per- „ ſonæ in Dignitate Eccleſiaſtica conſ- „ titutæ munitis, eadem prorsùs fides, „ tàm in Judicio, quàm extra illud „ ubique adhibeatur, quæ ipſis præ- „ ſentibus adhiberetur, ſi forent ex- „ hibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ „ apud S. Mariam Majorem ſub An- „ nullo Piſcatoris die 13. Maij 1723. „ Pontificatus noſtri anno ſecundo.-- „ *F. Card. Oliverius.*

# DECRETA,

## QUÆ INNOVANTUR IN ANTECEDENTIBUS APOSTOLICIS LITTERIS Sanctiſsimi D. Noſtri Innocentij Papæ VIII. nec ſunt impreſſa in Bullario Romano.

# DECRETUM CLEMENTIS PAPÆ VIII.

### *Circa Ordines à Regularibus ſuſcipiendos.*

„ DE mandato Sanctiſsimi Domi- „ ni noſtri Clementis Divina „ providentia Papæ VIII. tenore præ- „ ſentium mandatur omnibus, & ſin- „ gulis quorumcumque Regularium „ Superioribus, ut de cætero obſer- „ vent, & obſervari faciant ea, quæ „ in Decreto Sacræ Congregationis „ Concilij Tridentini continentur, cu- „ jus tenor eſt talis: Congregatio Con- „ cilij cenſuit Superiores Regulares „ poſſe ſuo ſubdito itidem regulari, „ qui præditus qualitatibus requiſitis, „ Ordines ſuſcipere voluerit, litteras „ dimiſſorias concedere, ad Epiſco- „ pum tamen Dioeceſanum, nempe „ illius Monaſterij in cujus familia, ab „ ijs, ad quos pertinet, Regularis po- „ ſitus fuerit: Et ſi Dioeceſanus ab fue- „ rit, vel non eſſet habiturus Ordina- „ tio-

„ tiones, quemcumque alium Epiſco-
„ pum; dum tamen ab eo Epiſcopo,
„ qui Ordines contulerit, examinetur
„ quòad doctrinam; & dum ipſi Re-
„ gulares non diſtulerint de induſtria
„ conceſsionem dimiſſoriarum in id
„ tempus, quo Epiſcopus Dioœceſa-
„ nus, vel ab futurus, vel nullas habi-
„ turus eſſet Ordinationes. Verùm
„ cum à Superioribus Regularibus,
„ Epiſcopo Dioœceſano abſente, vel
„ Ordinationes non habente, litteræ
„ dimiſſoriæ dabuntur; in eis utique
„ hujuſmodi cauſam abſentiæ Dioœceſani
„ Epiſcopi, vel Ordinationum ab eo
„ non habendarum exprimendam eſſe.
„ Quod qui non fecerint, officij, &
„ Dignitatis, ſeu adminiſtrationis, ac
„ vocis activæ, & paſsivæ privationem,
„ ac aliàs arbitrio ejuſdem Sanctiſsimi
„ D. N. Papæ reſervatas pœnas incur-
„ rent. In quorum fidem, &c. Da-
„ tum Romæ die 15. menſis Martij
„ 1596.

# BULLA
# INNOCENTIJ XII.
## CIRCA CONFESSIONES.
# INNOCENTIUS PAPA XII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

„ CUm ſicut non ſine animi noſ-
„ tri dolore ex nonnullorum
„ Ven. Fratrum, Epiſcoporum Regni
„ Portugalliæ, & aliorum timoratæ
„ conſcientiæ virorum delatis ad nos
„ querelis accepimus, in Regno præ-
„ fato revixerit, ac in dies magis in-
„ valeſcat opinio per quaſdam felic.
„ record. Pauli V. Urbani VIII. &
„ Clementis X. Romanorum Pontifi-
„ cum prædeceſſorum noſtrorũ conſti-
„ tutiones, necnon plura Congrega-
„ tionum tunc exiſtentium S. R. E.
„ Cardinalium Concilij Tridentini In-
„ terpretum, ac reſpectivè negocijs,
„ & conſultationibus Epiſcoporum, &
„ Regularium præpoſitorum Decreta
„ dudùm damnata, & reprobata, qua
„ innixi plerique illarum partium pri-
„ vilegia, & Indulta per litteras Apoſ-
„ tolicas pro Cruciata Sancta emana-
„ tas, ſeu, ut vocant, Bullam Crucia-
„ tæ, conceſſa, ita intelligenda eſſe
„ exiſtimant, ut facultas in litteris,
„ ſeu Bulla hujuſmodi Chriſti fideli-
„ bus attributa confitendi peccata ſua
„ cuilibet confeſſario, per quemcum-
„ que Ordinarium ad confeſsiones
„ audiendas approbato, locum ha-
„ beat, & habere cenſeatur, etiamſi
„ is non fuerit Ordinarius loci, in quo
„ confeſsiones præfatas excipi conti-
„ gerit; hinc eſt, quod nos ex debito
„ Paſtoralis officij, quod humilitati
„ noſtræ, meritis licèt, & viribus lon-
„ gè impari, commiſsit divina digna-
„ tio, animarum periculis in re tanti
„ momenti, qualis eſt ſacramentalis
„ confeſsio, quantum nobis ex alto
„ conceditur, paterna charitate oc-
„ currere cupientes, necnon Conſti-
„ tutionibus, & Decretis ſupradictis
„ inhærentes, de Ven. Fratrum noſ-
„ trorum ejuſdem S. R. E. Cardina-
„ lium, primùm quidem ſupradictis
„ negocijs, & conſtitutionibus Epiſco-
„ porum, & Regularium præpoſito-
„ rum, ſubinde verò etiam aliorum in
„ tota Republica Chriſtiana contra hæ-
„ reticam pravitatẽ generalium Inqui-
„ ſi-

„ ſitorũ, à Sede Apoſtolica ſpecialiter
„ deputatorum, qui opinionem præ-
„ fatam ex integro examinarunt, rem-
„ que totam maturè diſcuſſerunt Con-
„ ſilio, ac etiam motu proprio, & ex
„ certa ſcientia, & matura delibera-
„ tione noſtris, deque Apoſtolicæ po-
„ teſtatis plenitudine tenore preſen-
„ tium decernimus, & declaramus,
„ Bullam Cruciatæ Sanctæ nihil novi
„ juris induxiſſe, nullumque privile-
„ gium continere quoad approbatio-
„ nem confeſſariorum contra formam
„ ejuſdem Concilij Tridentini, & præ-
„ dictarum Conſtitutionum Apoſtoli-
„ carum, ad eo ut Confeſſarij tàm
„ Sæculares, quàm Regulares, qui-
„ cumque illi ſint, in vim dictæ Bullæ
„ Cruciatæ à pœnitentibus ad audien-
„ das eorum SacramentalesConfeſsio-
„ nes electi, nullatenus confeſsiones
„ hujuſmodi audire valeant ſine ap-
„ probatione Ordinarij, & Epiſcopi
„ Diœceſani loci, in quo ipſi pœni-
„ tentes degunt, & confeſſarios eli-
„ gunt, vel ad excipiendas confeſsio-
„ nes requirunt, nec ad hoc ſuffraga-
„ ri approbationem ſemel, vel pluries
„ ab alijs Ordinarijs aliorum locorum,
„ & Diœceſum obtentam, etiamſi pœ-
„ nitentes illorum Ordinariorum, qui
„ Confeſſarios electos approbaſſent,
„ ſubditi forent; Confeſsiones autem
„ aliter, & contra earumdem præ-
„ ſentium, aliarumque Apoſtolicarum
„ Conſtitutionum formam deinceps
„ faciendas, & excipiendas reſpectivè,
„ præter quam in caſu neceſsitatis in
„ mortis articulo, nullas fore, irritas,
„ & invalidas, & Confeſſarios ipſo Ju-
„ re ſuſpenſos eſſe, & etiam rigidè
„ puniendos ab ipſis Ordinarijs loco-
„ rum. Porrò quamcumque contra-
„ riam opinionem, tamquam falſam,
„ temerariam, ſcandaloſam, & in
„ praxi pernicioſam, prætenſo quovis
„ contrario uſu, contrariaque con-
„ ſuetudine etiam antiquiſsima mini-
„ mè obſtantibus, motu, ſcientia, de-
„ liberatione, & poteſtatis plenitudi-
„ ne paribus harum ſerie damnamus, &
„ reprobamus, contrariumque uſum,
„ ac contrariam conſuetudinem hu-
„ juſmodi penitùs, & omninò abro-
„ gamus, & abolemus. Ac proinde
„ omnibus, & ſingulis Chriſti fideli-
„ bus cujuſcumque ſtatus, gradus,
„ conditionis, & dignitatis exiſtant,
„ etiam ſpecifica, & individua men-
„ tione, & expreſsione dignis, ne ſu-
„ pradictam opinionem docere, tue-
„ ri, aut ad praxim deducere quovis
„ modo audeant, ſeù præſumant, ſub
„ pœna excommunicationis per contra
„ facientes ipſo facto, abſque alia de-
„ claratione incurrenda, à qua nemo
„ à quoquam præter quam à nobis,
„ ſeu Romano Pontifice, pro tempo-
„ re exiſtente, niſi in mortis articulo
„ hujuſmodi conſtitutus, abſolutio-
„ nis beneficium obtinere valeat, in-
„ terdicimus, & prohibemus. Decer-
„ nentes etiam eaſdem præſentes litte-
„ ras, & in eis contenta quæcumque,
„ etiam ex eo quod in præmiſsis in-
„ tereſſe habentes, ſeu habere quo-
„ modolibet prętendentes, cujuſvis
„ ſtatutus, gradus, ordinis, præemi-
„ nentiæ, & dignitatis exiſtant, ſeù
„ aliàs ſpecifica, & individua mentio-
„ ne, & expreſsione digni, illis non
„ conſenſerint, ſeu ad ea vocati, ci-
„ tati, & auditi, cauſæque propter
„ quas præſentes emanarint, ſufficien-
„ ter adductæ, verificatæ, & juſtifi-
„ catæ non fuerint, aut ex alia qua-
„ libet, etiam quantumvis juridica,
„ & privilegiata cauſa, colore, præ-
„ textu, & capite, etiam in corpore
„ Juris clauſo, etiam enormis, enor-
„ miſsimæ, & totalis læſionis nullo
„ unquam tempore de ſubreptionis,
„ vel obreptionis, aut nullitatis vitio,
„ aut intentionis noſtræ, vel intereſſe
„ habentium conſenſus, aliove quoli-
„ bet, etiam quantumvis magno, &
„ ſubſtantiali, ac incogitato, & inex-
„ cogitabili, individuamque expreſ-
„ ſionem requirente defectu notari,
„ impugnari, infringi, retractari, in

„ controverſiam vocari, aut ad termi-
„ nos Juris reduci, ſeu adverſus illas
„ aperitionis oris, reſtitutionis in in-
„ tegrum, aliud ve quodcumque Ju-
„ ris, facti, vel gratiæ remedium in-
„ tentari, vel impetrari, aut impetra-
„ to, ſeu etiam motu, ſcientia, & po-
„ teſtatis plenitudine paribus conceſſo,
„ vel emanato, quempiam in judicio,
„ vel extra illud uti, ſeu ſe juvare ullo
„ modo poſſe; ſed ipſas preſentes lit-
„ teras, ſemper firmas, validas, &
„ efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque
„ plenarios, & integros effectus ſor-
„ tiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos
„ ſpectat, & pro tempore quando-
„ cumqe ſpectabit, inviolabiliter, &
„ inconcuſsè obſervari, ſicque, &
„ non aliter in præmiſsis per quoſcum-
„ que Judices Ordinarios, & delega-
„ tos, etiam cauſarum Palatij Apoſto-
„ lici Auditores, ac dictæ S. R. E. Car-
„ dinales etiam de latere Legatos, &
„ Sedis præfatæ Nuntios, ac memo-
„ ratæ Cruciatæ Sanctæ Commiſſa-
„ rios, alioſve quoslibet quacumque
„ præeminentia, & poteſtate fungen-
„ tes, & functuros, ſublata eis, &
„ eorum cuilibet quavis aliter judi-
„ candi, & interpretandi facultate,
„ & auctoritate, judicari, & diffiniri
„ debere, ac irritum, & inane ſi ſecus
„ ſuper his à quoquam quavis aucto-
„ ritate ſcienter, vel ignoranter con-
„ tigerit attentari. Non obſtantibus
„ præmiſsis, ac Apoſtolicis, & in Uni-
„ verſaljbus, Provincialibuſque, &
„ Synodalibus Concilijs editis genera-
„ libus, vel ſpecialibus Conſtitutioni-
„ bus, & Ordinationibus, necnon
„ quorumvis Ordinum, Congregatio-
„ num, Societatum, & Inſtitutorum,
„ alijſve quibuſvis etiam juramento,
„ confirmatione Apoſtolica, vel qua-
„ vis firmitate alia roboratis ſtatutis,
„ & conſuetudinibus, Privilegijs quo-
„ que Indultis, & Litteris Apoſtolicis,
„ eiſdem Ordinibus, Congregationi-
„ bus, Societatibus, & Inſtitutis,
„ illorumque ſuperioribus, & perſo-
„ nis, ac alijs quibuſvis ſub quibuſ-
„ cumque verborum tenoribus, &
„ formis, ac cum quibuſvis etiam de-
„ rogatoriarum derogatorijs, alijſque
„ efficacioribus, efficaciſsimis, & in-
„ ſolitis clauſulis irritantibus, & alijs
„ decretis, etiam motu, ſcientia, &
„ poteſtatis plenitudine paribus, ſeu
„ ad quarumcumque perſonarum,
„ etiam quavis Eccleſiaſtica, vel mun-
„ dana dignitate fulgentium inſtan-
„ tiam, aut earum contemplatione,
„ ſeu aliàs quomodolibet in genere,
„ vel in ſpecie, etiam conſiſtorialiter
„ conceſsis; ac pluries, & quantiſ-
„ cumque vicibus, confirmatis, ap-
„ probatis, & innovatis. Quibus om-
„ nibus, & ſingulis, etiamſi pro illo-
„ rum ſufficienti derogatione de illis,
„ eorumque totis tenoribus ſpecialis,
„ ſpecifica, expreſſa, & individua, ac
„ de verbo ad verbum, non autem per
„ clauſulas generales idem importan-
„ tes mentio, ſeu quævis alia expreſ-
„ ſio habenda, aut aliqua alia exquiſi-
„ ta forma ad hoc ſervanda foret, te-
„ nores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad
„ verbum nihil penitus omiſſo, & for-
„ ma in illis tradita obſervata expri-
„ merentur, & inſererentur, præſen-
„ tibus pro plenè, & ſufficienter ex-
„ preſsis, & inſertis habentes, illis
„ aliàs in ſuo robore permanſuris, ad
„ premiſſorum effectum hac vice dum-
„ taxàt, ſpecialiter, & expreſsè dero-
„ gamus, ac derogatum eſſe volumus,
„ cæteriſque contrarijs quibuſcumque.
„ Cæterum ut eadem præſentes litte-
„ ræ omnibus faciliùs innoteſcant, nec
„ quiſquam illarum ignorantiam va-
„ leat allegare; volumus, & Apoſto-
„ tolica auctoritate decernimus, ut
„ illæ ad valuas Baſilicæ Principis
„ Apoſtolorum, & Cancellarię Apoſ-
„ tolicę, necnon Curię generalis in
„ Monte Citatorio, ac in acie Campi
„ Florę de Urbe per aliquem ex Cur-
„ ſoribus noſtris, ut moris eſt, publi-
„ centur, illarumque exempla ibidem
„ affixa relinquantur, ita ut ſic pu-
„ bli-

„ blicatę omnes, & ſingulos, quos „ concernunt perinde afficiant, ac ſi „ unicuique illorum perſonaliter no- „ tificatę, & intimatę fuiſſent: utque „ ipſarum præſentium litterarum tran- „ ſumptis, ſeu exemplis etiam impreſ- „ ſis manu alicujus Notarij publici ſubſ- „ criptis, & ſigillo perſonæ in Eccle- „ ſiaſtica dignitate conſtitutæ muni- „ tis eadem prorſus fides tàm in judi- „ cio, quàm extra illud ubique loco- „ rum habeatur, qua ipſis præſentibus „ haberetur, ſi forent exhibitæ, vel „ oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Ma- „ riam Majorem, ſub annulo Piſca- „ toris die XIX. Aprilis M.DCC. Pon- „ tificatus noſtri anno nono. — I.F.Car- „ dinalius Albanus.

# DECRETUM CLEMENTIS XI.

*Circa celebrationem in Oratorijs privatis emanatum* 15. *Decembr.* 1703.

„ NOnnulli Epiſcopi, & complures Regulares ſub prætextu „ privilegiorum, ea ſibi licere putant, „ quæ prohibita ſunt; ſiquidem Epiſ- „ copi etiam in aliena Diœceſi extra „ domum propriæ habitationis in pri- „ vatis Laicorum domibus erigi fa- „ ciunt Altare, ibique per unum, aut „ plures è ſuis Cappellanis vivificam „ Chriſti hoſtiam immolari; Regulares „ verò in quibuſdam Magnatum, ſeu „ aliarum Nobilium perſonarum pri- „ vatis Oratorijs, quæ certis quando- „ que ex cauſis à Sede Apoſtolica con- „ cedi ſolent, celebrare audent, vel „ plures Miſſas quàm in ijs ſit indul- „ tum, vel abſque præſentia perſona- „ rum quarum contemplatione gra- „ tioſa conceſsio emanavit, vel extra „ debitas horas, & poſt meridiem, vel „ illis etiam diebus, quibus per conſti- „ tutiones Diœceſanas, aut etiam De- „ creta S. Congregationis Concilij ce- „ lebrari prohibentur, aut quæ in ip- „ ſis indultis Apoſtolicis excipiuntur, „ quo minùs in illis celebrari poſsint, „ aut etiam Altari portatili uti non ve- „ rentur in Sanctarum Sanctionum „ contemptum, ac S. Sacrificij irreve- „ rentiam. Quam ob rem ad abuſus „ hujuſmodi eliminandos, & ad inſ- „ taurandam venerationem, tremen- „ do Myſterio debitam, Sanctiſsimus „ Dominus noſter ex unanimi voto „ S. R. E. Cardinalium Concilij Tri- „ dentini Interprætum, inhærendo „ declarationibus aliàs hac de re edi- „ tis, expreſsè declarat: Epiſcopis, „ & his majoribus Prælatis, etiamſi „ Cardinalatus dignitate fulgentibus, „ neque ſub prætextu privilegij clauſi „ in corpore Juris, neque alio quoque „ titulo nullo modo licere extra do- „ mum propriæ habitationis in domi- „ bus laicis, etiam in propria Diœceſi, „ quod fortius intelligitur in aliena, „ etiamſi Diœceſani conſenſus adhi- „ beretur, erigere Altare, ibique Sa- „ croſanctum Miſſæ ſacrificium cele- „ brare, ſivè celebrari facere. Ac pa- „ ri modo in Oratorijs privatis, quæ „ per Sanctam Sedem conceſſa fue- „ rint, non licere Regularibus cujuſ- „ vis Ordinis, aut Inſtituti, ſeu Con- „ gregationis, etiam Societatis Jeſu, „ aut etiam cujuſcumque Ordinis Mi- „ litaris, etiam S. Joannis Hieroſoly- „ mitani, aut alijs quibuſcumque Sa- „ cerdotibus, etiamſi eſſent Epiſcopi, „ in ijs celebrare in diebus Paſchatis, „ Pentecoſtes, Nativitatis Chriſti Do- „ mini, alijſque anni feſtis ſolemniori-

„ bus, ac diebus in Indulto exceptis: „ In reliquis verò diebus prædictis Regularibus, & Sacerdotibus quibuscumque, etiam Episcopis, in præfatis Oratorijs celebrare non licere, „ ubi etiam unica Missa, quæ in Indulto conceditur, fuerit celebrata; „ super quo celebraturus teneatur diligenter inquirere, & de eo se optimè informare; atque illa etiam in „ casibus præmissis celebrari nequeat „ post meridiem; demandando ulteriùs, & declarando, in omnibus „ hujusmodi casibus personas quascumque dictas Missas audientes, nullatenus præcepto Ecclesiæ satisfacere. Quo verò ad Altare portatile, „ iterum inhærendo declarationibus „ supradictis, censuit licentias, seu privilegia concessa nonnulis Regularibus in cap. In his de priv. per alios Summos Pontifices alijs Regularibus communicata, utendi dicto „ Altari portatili, in eoque celebrandi absque Ordinariorum licentia in „ locis, in quibus degunt; omninò „ revocata esse per idem Concilium „ (Tridentinum) atque idcircò eosdem Regulares prohibendos, nè illis „ utantur, ac mandandum, prout „ præsentis tenore mandat Episcopis, „ alijsque Ordinarijs locorum, ut „ contra quoscumque contravenientes „ quamvis Regulares, procedant etiam „ tanquam Sedis Apostolicæ delegati „ ad pœnas præscriptas per idem Sac. „ Concilium in dicto decreto sess. 22. „ cap. unico usque ad censuras latæ „ sententiæ; tributa etiam ijsdem facultate per hoc decretum, ita procedendi per inde ac si per Sanctam „ Sedem specialiter concessa fuisset: „ Et ita Sanctitas sua declarat, & servari mandat, &c. Romæ 15. Decembr. 1703. B. Card. Pancheatici „ Præfect. — Joann. Dominicus Homano Episc. Larenensis Congregat. Secret.

# DECRETUM CLEMENTIS PAPÆ VIII.

*Circa appellationes, & inhibitiones.*

„ AD tollendas ambiguitates, & controversias Jurisdictionales, quæ inter appellationem, & „ prioris instantiæ Judices, non sine „ Partium dispendio, cursusque justi„ tiæ impedimento, & sæpè cum scandalo oriuntur, Sacra Congregatio „ causis Episcoporum præposita, facta prius relatione S. D. N. Clementi „ Papæ VIII. ac de Sanctitatis suæ „ mandato vivæ vocis oraculo desuper habito, in hunc qui sequitur modum ab omnibus, ad quos spectat, „ in posterum fieri, ac servari debere „ mandavit, & mandat.

1 „ Metropolitani, Archiepiscopi, Primates, aut Patriarchæ in „ suffraganeos, eorumve subditos non „ judicent, nisi in casibus à Jure expressis.

2 „ Item nec alij Superiores, „ etiam Nuntij, vel Legati de Latere „ specificam facultatem majorem non „ habentes, causas in Curijs Ordinariorum, vel aliorum inferiorum Judicum pendentes ad se advocent, „ nisi per viam legitimæ appellationis „ ad ipsorum Tribunalia deferantur; „ tuncque appellantes ab inferiorum „ jurisdictionibus quoad alias causas „ eximere non possint.

3 „ Appellationes numquam „ re-

„ recipiantur nisi per publica docu-
„ menta, quæ realiter exhibeantur,
„ prius constiterit appellationem à sen-
„ tentia definitiva, vel habente vim
„ definitivæ, aut à gravamine, quod
„ per definitivam sententiam reparari
„ non possit, in casibus à Jure non
„ prohibitis per legitimam perso-
„ nam, & intra debita tempora fuisse interpositam, ac prosequutam.

4 „ Nec, dum causa coram in-
„ ferioribus Judicibus pendet, ante
„ definitivam sententiam, vel vim de-
„ definitivæ habentem, de gravamine
„ illato Superiores cognoscere valeant,
„ licèt citra præjudicium cursus cau-
„ sarum se id facere contestentur; nec
„ ad hunc effectum liceat eis inhibere,
„ aut simpliciter mandare, ut ipsis co-
„ pia processus transmittatur, etiam
„ expensis appellantis.

5 „ Inhibitiones post appella-
„ tionem, sicut præmittitur, recep-
„ tam non concedantur nisi cum inse-
„ criptione tenoris sententiæ, aut de-
„ creti definitivi, aut vim definitivæ
„ habentis, vel damnum per definiti-
„ vam irreparabile continentis; aliàs
„ inhibitiones, & processus, & inde
„ sequuta quæcumque sint ipso jure
„ nulla, eisque impunè non parere li-
„ ceat.

6 „ Si appellans asserat senten-
„ tię, aut appellationis exemplum cum
„ culpa Judicis à quo, vel Actuarij
„ habere non posse, non ideò recipien-
„ da erit appellatio, aut aliqua inhi-
„ bitio concedenda; sed eis tantùm,
„ ad quos pertinet, injungi poterit, ut
„ soluta condigna mercede actorum,
„ exemplum authenticum appellanti
„ intra brevem aliquem competentem
„ terminum tradatur. Caveat tamen
„ Judex à quo, ne si verè appellatum
„ fuerit in casu appellabili, interim
„ aliquid in præjudicium appellantis
„ attentet; & si per actum publicum,
„ aut per testium depositionem consti-
„ terit acta denegari appellanti, tunc
„ mandato tradendi acta, possit judex
„ appellationis adjicere, ne interim
„ aliquid novi contra appellantem at-
„ tentetur.

7 „ Ab exequutione Decreto-
„ rum Sac. Concilij Tridentini, aut
„ Visitationis Apostolicæ appellatio-
„ nes à Metropolitanis non recipian-
„ tur, nec si Episcopi virtute ejusdem
„ Sacri Concilij procedunt, uti Sedis
„ Apostolicæ Delegati in causis, quæ
„ sub eorum Jurisdictione Ordinaria
„ non comprehenduntur; salva tamen
„ in hoc casu Legatorum, & Nuntio-
„ rum Apostolicorum authoritate.

8 „ In causis verò Visitationis
„ Ordinariorum, aut correctionis mo-
„ rum quoad effectum devolutivum
„ tantùm admittantur, nisi de grava-
„ mine per definitivam irreparabili
„ agatur, vel cum Visitator citata
„ parte, & adhibita causæ cognitione
„ judicialiter procedit; tunc enim ap-
„ pellationi locus erit, etiam quoad
„ effectum suspensivum.

9 „ Cum à gravamine, quod
„ per definitivam reparari nequit, ut
„ indebitæ carcerationis, vel torturæ,
„ aut excommunicationis etiam com-
„ minatæ, appellatur; non nisi visis
„ actis, ex quibus evidenter appareat
„ de gravamine, appellatio admitta-
„ tur, aut inhibitio, vel provisio ali-
„ qua concedatur.

10 „ Causa appellationis pen-
„ dente, appellans in eodem, quo re-
„ peritur carcere, permanebit, quoad
„ Judex, ad quem appellatus est, visis
„ actis, & causa cognita, aliter de-
„ creverit: Et tunc si à Judicis ad
„ quem decreto vim definitivæ ha-
„ bente fuerint appellatum, nihil man-
„ dare, aut pro sui decreti exequutio-
„ ne attentare poterit, donec per Ju-
„ dicem superiorem aliud fuerit ordi-
„ natum.

11 „ Acta Originalia processus
„ primæ Instantiæ ad Judicem appel-
„ lationis Notarius mittere non coga-
„ tur, nisi probabilis aliqua falsitatis
„ causa, & suspicio indicat, quæ ju-
„ di-

„ dicialiter objiciatur ; & tunc ter-
„ minata causa , remittenda sunt ad
„ Ordinarium , ut in suo Archivio
„ conserventur.

12 „ Censura Ecclesiastica in
„ appellantem prolata , relaxari , aut
„ nulla declarari per Judicem appel-
„ lationis non possit , nisi auditis par-
„ tibus , & causa cognita ; tuncque si
„ constiterit eam justam esse , ad Judi-
„ cem , qui excommunicavit , appel-
„ lans remittendus est , ut ab ipso juxta
„ S. Canones beneficium absolutionis ,
„ si humiliter petierit , debitamque
„ emendationem præstiterit , obtineat :
„ Si verò injustam esse clarè apparet ,
„ Superior absolutionem impendat ;
„ si dubitetur , honestius est ut ad ex-
„ communicatorem intra brevem ali-
„ quem competentem terminum eidem
„ præfigendum absolvendus remitta-
„ tur ; licèt etiam Superior hoc casu
„ ad ipsum perse præstare jure pos-
„ sit.

13 „ Absolutio ad cautelam
„ non nisi parte citata , & visis actis ,
„ cum dubitatur de nullitate excom-
„ municationis ab homine prolatæ ,
„ vel à Jure si occurrat dubium facti ,
„ vel probabile dubium juris , conce-
„ denda erit ; tuncque ad tempus bre-
„ ve cum reincidentia , & præstita per
„ excommunicatum , cautione de stan-
„ do juri , & parendo mandatis Eccleſiæ
„ tantùm : Et si juxta formam à Jure
„ præscriptam apparebit , quem ob ma-
„ nifestam offensam excommunicatum
„ fuisse debitam etiam satisfactionem
„ præstare , & si ob contumaciam ma-
„ nifestam , expensas pariter satisfa-
„ cere , & cavere de judicio sisti co-
„ ram excommunicatore quis tenebi-
„ tur , priusquam ad cautelam absol-
„ vatur.

14 „ A sententia etiam defini-
„ tiva contra verum contumacem pro-
„ lata appellatio non recipiatur , nec
„ inhibitio , aut alia quævis provisio ,
„ quamdiù appellans in hujusmodi ve-
„ ra contumacia perstiterit , conceda-
„ tur. Romæ in Sacra Congregatione
„ die 16. Octobris 1600.

# DECRETUM
# URBANI PAPÆ VIII.

*Circa eamdem materiam appellationum, & inhibitionum.*

„ DEclaratio Sacræ Congregatio-
„ nis Cardinalium , & Prælato-
„ rum à San. mem. Urbano VIII. aliàs
„ deputatæ , & à Sanctissimo D. N.
„ Innocentio X. renovatę super appel-
„ lationibus , & inhibitionibus Tribu-
„ nalis Auditoris Cameræ , aliorum
„ Tribunalium Curię Romanæ , in præ-
„ judicium Nuntiorum , Episcoporum ,
„ ac Superiorum Regularium , tenoris
„ infrascripti , videlicet. Dubitatum
„ fuit , an in Tribunali Auditoris Ca-
„ meræ Romanæ possint concedi mo-
„ nitiones , seu Monitoria cum abso-
„ lutione etiam cum reincidentia , vel
„ ad cautelam excommunicatis per
„ Episcopos , & alios Ordinarios ex
„ causa violatæ jurisdictionis , immu-
„ nitatis , vel libertatis Ecclesiasticæ
„ appellantibus , vel aliàs recurrenti-
„ bus ad supradicta Tribunalia. Se-
„ cundò , an in causis , quæ agitantur
„ in supradictis Tribunalibus Curiæ
„ Romanæ , possit recursus haberi
„ ad Sac. Congregationem super Im-
„ munitate , & controversijs Jurisdic-
„ tionalibus pro resolutione , vel de-
„ claratione an sit , vel non sit commis-
„ sa

„ ſa violatio juriſdictionis Immunita-
„ tis, vel libertatis Eccleſiaſticæ, &
„ an ſit locus reintegrationi hujuſmo-
„ di violationis, & interim debeant
„ dicta Tribunalia ſuperſedere uſque
„ ad reſolutionem, ſeu declarationem
„ ejuſdem Sacr. Congregationis, illam-
„ que ſequi, & exequi. Die 4. & 11.
„ Auguſti 1626. Dubijs ſupradictis
„ cum interventu Illuſtriſſimorum om-
„ nium DD. Cardinalium, & Reve-
„ rendiſſimorum Prælatorum deputa-
„ torum maturè diſcuſsis, ac rationi-
„ bus hinc inde deductis diligenter
„ ponderatis, unanimi conſenſu cen-
„ ſuit, quoad primum, Tribunal Au-
„ ditoris Cameræ, necnon alia Tribu-
„ nalia ſupradicta non poſſe hujuſmo-
„ di abſolutiones concedere etiam
„ cum reincidentia, vel ad cautelam.
„ Quo verò ad ſecundum, ut ſuprà,
„ recurrere, & interim ſupradicta Tri-
„ bunalia expectare debere reſolutio-
„ nem, ſeu declarationem, & illam
„ omnino ſequi, & exequi. Quibus
quidem decretis eidem Sanctiſsimo, die 5. Septembris ejuſdem anni 1626. plenè relatis unà cum rationibus, & auctoritatibus, ſua Sanctitas ea approbavit, & confirmavit, illaque omnia exequi juſsit; & ad hunc effectum notificata fuerunt. Et ſubinde, cum de ſupradictis dubijs iterum actum eſſet in Congregatione habita die 27. Aprilis 1650. nemine diſſentiente reſolutum fuit, Auditorem Cameræ debere decreta, ut ſuprà, edita omninò obſervare, ac præcipere, ut à ſuis Miniſtris, & Oficialibus exactè obſerventur.

EXPONUNTUR FUNDAMENTA, in quibus decreta omnia Bullæ *Apoſtolici Miniſterij* à Sanctiſsimo D. N. Innocentio XIII. ſuper diſciplina Eccleſiaſtica in Regnis Hiſpaniarum expeditæ, & à Majeſtate Regis Noſtri Catholici efflagitatę, nituntur.

„ PRimum decretum, quod de aſ-
„ ſumendis ad primam Tonſu-
„ ram agit, deſumptum eſt quoad
„ ſubſtantiam ex Concilio Tridentino
„ ſeſſ. 23. de Reform. cap. 4. in illis
„ verbis: *Prima tonſura non initientur:::*
„ *de quibus probabilis conjecturi non ſit*
„ *eos, non ſæcularis judicij fugiendi frau-*
„ *des, ſed ut Deo fidelem cultum præſ-*
„ *tent, hoc vitæ genus elegiſſe*, & ejus
„ declaratio ex Concilio Provincia-
„ li Tolletano celebrato ann. 1565.
„ quod extat in *tom.* 4. *Conciliorum Car-*
„ *dinal Aguirre, pag.* 47. *ubi actione* 3.
„ §. 2. hoc fuit ſtatutum: *Epiſcopi non*
„ *alios ad primam tonſuram admit-*
„ *tant, quàm eos, quibus ſtatim Benefi-*
„ *cium aliquod Eccleſiaſticum ſit confe-*
„ *rendum, aut quos conſtiterit eo ſtudio*
„ *litteris operam dare, & in via ad ma-*
„ *jores ordines ſuſcipiendos juxta decreti*
„ *Tridentini formam, verſari videantur,*
„ *vel quos viderint expedire, miniſterio*
„ *alicujus Eccleſiæ deputari.* Quæ ver-
„ ba ad litteram in decreto continen-
„ tur. *Cap. ſuper in ordinata de Præbend.*
„ *& Dignit. ubi* Gregor. IX. ait: *Cum*
„ *illi ſint in Eccleſijs idonei reputandi,*
„ *qui ſervire poſſunt, & valeant in ipſis,*
„ *conſultationi tuæ reſpondemus, quod*
„ *pueri, qui non poſſunt in eadem Eccle-*
„ *ſia deſervire, in ea non debent idonei*
„ *reputari*, ubi gloſ. verb. *Pueri. Sed*
„ *quos dicimus pueros? uſque ad* 14. *an-*
„ *num dicitur quis puer.* Et Concil. Me-
„ xicanum à S. Sede approbatum cele-
„ bratum *ann.* 1585. quod extat apud
„ eumdem Card. Aguirre, *tom.* 4. *pag.*
„ 102. *lib.* 1. *tit.* 4. §. 2. *Illi verò ante*
„ *quatuordecimum annum poterunt pri-*

„ *ma*

„ *ma tonſura initiari, qui in Cathedrali*
„ *Eccleſia Clericali Toga, & ſuperpelli-*
„ *ceo induti, per duos ſaltem annos divi-*
„ *no cultui inſervierunt, ſi prius eorum*
„ *parentes, vel tutores propoſitum ſibi*
„ *eſſe juraverint in Eccleſia Miniſterio*
„ *conſervandi.* Quod Decretum quoad
„ utramque partem magni habent,
„ maximèque ponderant Natalis Ale-
„ xander in ſua *Theologia Dogmatica,*
„ *tom. 9. lib. 2. cap. 2. art. 5. regul. 25.*
„ Et Thomaſinus *de Nova, & vera diſ-*
„ *ciplina, tom. 2. lib. 1. cap. 26. ſub*
„ *num. 6. de Sacram. Ordinis, & tom. 1.*
„ *lib. 2. cap. 70. num. 8.* Et videri po-
„ teſt Card. de Luca, qui majora pe-
„ tit, ut initiari valeant in *Miſcellanea*
„ *Eccleſiaſtic. diſc. 1. n. 125. & 126.*

„ Secundum, in quo agitur
„ de aſsignatione Clericorum ſuis Ec-
„ cleſis, totum eſt ad litteram deſump-
„ tum *ex cap. 16. ſeſſ. 23. de Reform. Con-*
„ *cil. Trident. Cum nullus debeat ordi-*
„ *nari, qui judicio ſui Epiſcopi non ſit*
„ *utilis, aut neceſſarius ſuis Eccleſijs,*
„ *Sancta Synodus veſtigijs ſexti Canonis*
„ *Concilij Chalcedonenſis inhærendo, ſta-*
„ *tuit, ut nullus impoſterum ordinetur,*
„ *qui illi Eccleſiæ, aut pio loco, pro cu-*
„ *jus neceſsitate, aut utilitate aſſumitur,*
„ *non adſcribatur, ubi ſuis fungatur mu-*
„ *neribus, nec incertis vagetur ſedibus.*
„ *Quod ſi locum, inconſulto Epiſcopo de-*
„ *ſeruerit, ei ſacrorum exercitium inter-*
„ *dicatur.* Quam ob rem nihil aliud pro
„ ejus robore addendum venit, ſed
„ ſolummodo animadvertendum, ſe-
„ cundam partem decreti, in qua præ-
„ ſcribitur, ut ex jam prima tonſura
„ initiatis, vel in minoribus conſtitutis,
„ qui beneficium non habent, illi tan-
„ tummodo ſuis Eccleſijs aſsignentur,
„ qui ab Epiſcopo utiles, vel neceſſarij
„ ſuis Eccleſijs cenſeantur, additam
„ fuiſſe ob magnam tonſuratorum co-
„ piam, obque præjudicium vitan-
„ dum, quod Regno, & Populis eve-
„ nerit, ſi omnes tonſurati, vel in
„ minoribus conſtituti, qui benefi-
„ cium non habent, ſuis Eccleſijs aſsig-
„ narentur, totque exempti à tributis
„ ſine neceſsitate multiplicarentur.
„ Nam cum ex præſcripto Sancti Con-
„ cilij *ſeſſ. 23. cap. 16. Nullus debeat or-*
„ *dinari, qui utilis, aut neceſſarius ſuis*
„ *Eccleſijs non ſit*, aſsignatio ab eo præ-
„ ſcripta non alijs dari debet niſi illis,
„ qui neceſſarij vel utiles exiſtimen-
„ tur.

„ Tertium, quod agit de Se-
„ minarijs Epiſcopalibus, eſt omnino
„ conforme diſpoſitioni Concilij Tri-
„ dentini *ſeſſ. 23. cap. 18. de Reformat.*
„ in illis verbis: *Religioſè educare, &*
„ *in Eccleſiaſticis diſciplinis inſtruere te-*
„ *neantur.* Et infrà: *Ut verò in eadem*
„ *diſciplina Eccleſiaſtica commodius inſ-*
„ *tituantur, tonſura ſtatim atque habitu*
„ *Clericali ſemper utentur, Grammati-*
„ *ces, cantus, computi Eccleſiaſtici, alia-*
„ *rumque bonorum artium diſciplinam*
„ *diſcent, Sacram Scripturam, libros*
„ *Eccleſiaſticos, homilias Sanctorum, at-*
„ *que Sacramentorum tradendorum ma-*
„ *ximè quæ ad confeſsiones audiendas vi-*
„ *debuntur opportuna, Rituum ad Cære-*
„ *moniarum formas ediſcent.* Et infrà:
„ *Cathedrali, & alijs loci Eccleſis diebus*
„ *feſtis inſerviant.* Quod majori cum
„ ſervitio Eccleſiarum alijs diebus,
„ quàm præſcriptis ab ipſomet Con-
„ cilio, adipiſci non valere experien-
„ tia magiſtra pro comperto habere
„ debemus.

„ Et illud, quod cavetur de eiſ-
„ dem Seminarijs Concilij, quæ dota-
„ ta cum onere majoris ſervitij ſint,
„ eò fuit appoſitum, ut ſi aliquod ex
„ his Seminarijs Conciliaribus inve-
„ niatur cum hac majori obligatione
„ gravatum ob aliquam particularem
„ dotationem, in hoc non innovetur,
„ reſervato recurſu, & conſultatione
„ ad Sanctam Sedem.

„ Quartum Decretum, quod
„ agit de aſſumendis ad Sacros Ordi-
„ nes ad Præsbyteratum uſque, in om-
„ ni ejus diſpoſitione conformatur De-
„ cretis Sancti Concilij Tridentini.
„ Nam prima pars, quæ agit de aſſu-
„ men-

„ mendis ad majores Diaconatus, & „ Subdiaconatus Ordines, fundatur „ *in cap.* 13. *ſeſſ.* 23. *de Reform.* ubi „ Sanctum Concilium ſtatuit, quod „ inſtructi litteris ſint, ibi: *Subdiaconi,* „ *& Diaconi habentes bonum teſtimonium* „ *in minoribus Ordinibus jam probati ac* „ *litteris, & ijs, quæ ad Ordinem exer-* „ *cendum pertinent inſtructi, &c.* Ex „ eadem *ſeſſ. cap.* 21. *Ita de gradu in* „ *gradum aſcendant, ut in eis cum ætate* „ *vitæ meritum, & doctrina major ac-* „ *creſcat.* Et infrà: *Nemo ſic initietur,* „ *quem non ſcientiæ ſpes majoribus Ordi-* „ *nibus dignum oſtendat.*

„ Secunda, quæ de Præsby- „ teris agit, fundatur *in c.* 14. *ejuſ-* „ *dem ſeſſ.* in quo ſtatuitur, quod ita „ inſtructi ſint, *ut at populum docendum* „ *ea, quæ ſcire omnibus neceſſarium eſt* „ *ad ſalutem, at adminiſtranda Sacra-* „ *menta, diligenti examine procedente,* „ *idonei comprobentur.* Pro quo videri „ poſſunt, quæ hic notata veniunt. „ Malachiæ *cap.* 2. *Labia Sacerdotis cuſ-* „ *todient ſcientiam.* Oſeæ *cap.* 4. *Quia* „ *tu ſcientiam repuliſti, repellam te.* Con- „ cil. Generale Lateran. 4. *Canon.* 7. „ *Diſtrictè præcipimus, ut Epiſcopi pro-* „ *movendos in Sacerdotes diligenter inſ-* „ *truant, & informent, vel per ſe ipſos,* „ *vel per alios viros idoneos ſuper Divi-* „ *nis Officijs, & Eccleſiaſticis Sacramen-* „ *tis, qualiter ea valeant ritè celebrare,* „ *quoniam ſi ignaros, & rudes de cætero* „ *ordinare præſumpſerint* (quod quidem „ facile poterit deprehendi) *& Ordi-* „ *natores, & ordinatos pari decernimus* „ *ſubjacere ultioni; ſatuis enim eſt ma-* „ *ximè in Ordinatione Sacerdotum paucos* „ *bonos, quam multos malos habere Mi-* „ *niſtros: quia ſi cæcus cæcum duxerit,* „ *ambo in foveam dilabentur. Cap. Quan-* „ *do* 25. *diſt.* Quando Epiſcopus ordina- „ tiones facere diſponit, Ordinando- „ rum vitam, genus, patriam, æta- „ tem, inſtitutionem, locum, ubi „ educati ſunt, ſi ſint benè litterati, „ ſi inſtructi in lege Domini diligenter „ inveſtigent; ante omnia ſi fidem „ Catholicam firmiter teneant, & ver- „ bis ſimplicibus aſſerere queant. *Cap.* „ *cum in cunctis de Electione. Cap. Illite-* „ *ratos* 36. *diſt. cap. Ignorantia, & cap.* „ *Si in Laicis, & cap. Nulli Sacerdotum,* „ 18. *dict.* Concil. Tolet. VIII. *Canon.* „ 8. D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 16. *art.* 2. „ *in reſponſ. ad* 3. *Dicendum, quod* „ *ſcientia legis eſt ad eo annexa officio Sa-* „ *cerdotis, ut ſimul cum injunctione officij* „ *intelligatur etiam, & ſcientiæ legis* „ *injunctio.* Et videri poteſt *in ſupplem.* „ *ad* 3. *p. quæſt.* 36. *art.* 2. *& 4. per* „ *totum, & in* 4. *diſt.* 24. *quæſt.* 1. *art.* „ 3. *quæſtiun.* 2. *ad* 1. Et videadi etiam „ ſunt D. Iſidorus *lib.* 2. *de offic. cap.* 7. „ *& lib.* 3. *ſententiar. cap.* 35. D. Hie- „ ron. *ad cap.* 2. *Malachiæ.* D. Laur. „ Juſtin. *de compunct. cordis.* D. Greg. „ Mag. *part.* 2. *Paſtoralis, cap.* 4. D. „ Bern. ad illa verba: *Ecce nos reliqui-* „ *mus omnia.* D. Greg. Nacianc. *Orat.* „ 1. *de offic. Sacerd.* Et multa ex Con- „ cilijs, & celeberrimis Epiſcopis, „ apud Thomaſin. *de veteri, & nova* „ *diſciplina, tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 9. & apud „ Natalem Alexandrum *tom.* 1. *Theo-* „ *logiæ Dogmaticæ, lib.* 2. *de Sacramento* „ *Ordinis, art.* 4. *regul.* 22. Et V. Bel- „ larmin. *in Monitione ad ſuum nepotem.* „ Abbelli *in Medulla Theologica, ſect.* 4. „ *de Ordine, num.* 4. Contenſon. *in ſua* „ *Theologia mentis, & cordis, tom.* 2. „ *lib.* 1. *part.* 4. *diſſert.* 2. *part.* 2. *Spe-* „ *culat.* 3. Et tandem apud D. Valen- „ tin. Lamperez *in Bullam Speculatores,* „ ad illa verba, *in fidei ſcientia.* Et Ur- „ ritigoiti *de Eccleſia Cathedrali c.* 28. „ *n.* 619.

„ Quintum Decretum duo præſ- „ cribit, quorum unum eſt, ut qui „ ordinari prætendit titulo Beneficij, „ quod in alia Diœceſi habet ab ea in „ qua permanenter vivit, & ad quam „ reverſurus eſt, examinari in ſcientia „ ab eodem Epiſcopo habeat, ad quem „ tanquam proprius ſubditus deventu- „ rus eſt. Alterum, quod congrua de- „ putari minimè debeat juxta Syno- „ dalem taxam illius Diœceſis, in qua

„ Be-

„ Beneficium poſsidet, & habitaturus „ non eſt: ſed juxta taxam Diœceſis, „ in qua vivere debeat. Quoad primam partem hoc Decretum fundatur *in cap.* 3. *ſeſſ.* 23. *de Reform.* in „ quo ſtatuitur: *Epiſcopi per ſemetipſos Ordines conferant, quod ſi agritudine „ fuerint impediti, ſubditos ſuos non aliter, quàm jam probatos, & examinatos ad alios Epiſcopos ordinandos dimittant.* Quæ diſpoſitio in præſenti „ decreto ob identitatem rationis extenditur ad caſum, de quo in eo agitur, ad vitandum nequis ſcientia inhabilis ordinetur, ut multoties accedere ſolet, nec Epiſcopus ſufferre „ Clericum Idiotam cogatur. De quo „ videri poteſt P. Suar. *de Leg. lib.* 6. *cap.* 2. *n.* 2. & 6. Secunda pars ſimiliter fundatur *in cap.* 2. *ſeſſ.* 21. *de „ Reform.* in quo ſtatuitur. *Cum non deceat eos, qui Divino Miniſterio adſcripti ſunt, cum Ordinis dedecore mendicare, aut ſordidum aliquem quæſtum exercere, ſtatuit S. Synodus ne quis de „ inceps Clericus ad Sacros Ordines promoveatur, niſi prius legitimè conſtet, „ eum beneficium Eccleſiaſticum, quod „ ſibi ad victum honeſtè ſufficiat, pacificè poſsidere.* Nam cum finis S. Concilij ſit, ne Clerici ad Sacros Ordines „ promoti mendicare cogantur, & accidere valeat, quod in Diœceſi, in „ qua Beneficium ſitum eſt, quinquaginta tantum ducata pro congrua „ exigantur, cum tamen in ea, in qua „ reſidentiam habet, & habiturus eſt, „ centum per Synodalem taxam petantur, quo caſu mendicare cogerentur; ex eo ita declaratum venit, „ ut hac via ſimilibus inconvenientibus occurratur.

„ Sextum tres partes continet, „ quarum prima agit de privatione fori ipſo facto, non ſervatis circunſtantijs in decreto expreſsis. Secunda de „ privatione omnium privilegiorum „ Clericalium in caſu ibi expreſſo. „ Tertia de privatione Beneficiorum, „ ſi criminoſi ſint, ſervata tamen in „ procedendo forma à Sacris Canonibus præſcripta. Quoad primam partem fundatur *in cap.* 6. *ſeſſ.* 23. *de „ Reform.* Concil. Trid. *Is etiam fori „ privilegio non gaudiat, niſi Beneficium „ Eccleſiaſticum habeat, aut Clericalem „ habitum, & tonſuram deferens, alicui „ Eccleſiæ ex mandato Epiſcopi inſerviat, „ vel in Seminario Clericorum, aut in „ aliqua Schola, vel Univerſitate de licentia Epiſcopi quaſi in via ad majores „ Ordines ſuſcipiendos verſetur.* Et in „ varijs declarationibus Sacratum Congregationum Concilij, & Immunitatis, in quibus declaratum eſt, privationem venire ipſo facto intelligendam. Secunda pars fundatur in „ *ipſo cap.* in illis verbis, *quaſi in via „ ad majores Ordines ſuſcipiendos,* & varijs etiam declarationibus ſuper hoc „ emanatis. Tertia fundatur indiſpoſitionibus Sacri Concilij Tridentini, & „ Sacrorum Canonum, in quibus hæc „ pœna imponitur. Concil. Trident. „ *ſeſſ.* 25. *de Reform. cap.* 14. Concil. „ Nicæn. *can.* 17. *cap. A crapula de vit. „ & honeſt. Clericorum. Cap. In audientiam de ſent. excommunicat. Cap. Nulla,* 93. *diſt.* & ibi Gloſſa. *Cap. Inter „ dilectos de exceſsibus Prælator.* Concil. Trid. *ſeſſ.* 21. *de Reformat. cap.* 6. „ *Cap. Ex litteris de vita, & honeſt. „ Clericorum. Cap. Si quis oblitus,* 14. „ *quæſt.* 4. *Cap. His igitur,* 23. *diſtinct.* „ Concil. Trident. *ſeſſ.* 22. *de Reform. „ cap.* 1. ubi omnia renovantur, ibi: „ *Statuit Sancta Synodus, ut quæ alias „ à Summis Pontificibus, & Sacris Conciliis, de Clericorum vita, honeſtate, „ cultu, doctrinaque retinenda, ac ſimul „ de luxu, comeſſationibus, choreis, alijs, „ luſibus, ac quibuſcumque criminibus, „ necnon ſæcularibus negotijs fugiendis, „ copioſè ac ſalubriter ſancita fuerunt, „ eadem impoſterum iiſdem pœnis, vel „ majoribus arbitrio Ordinarij imponendis, obſerventur; nec appellatio executionem hanc, quæ ad morum correctionem pertinet, ſuſpendat. Si qua verò „ ex his in deſuetudinem abiiſſe compererint,*

„ *rint, ea quam primum in uſum revoca-*
„ *ri, & ab omnibus accuratè cuſtodiri*
„ *ſtudeant; non obſtantibus conſuetudi-*
„ *nibus quibuſcumque, ne ſubditorum*
„ *neglectæ emendationis ipſi condignas,*
„ *Deo vindice, pœnas perſolvant.*

„ Septimum, quod agit de aſ-
„ ſiſtentia Clericorum Divinis officijs,
„ fundatur in diſpoſitione *cap.* 16. *ſeſſ.*
„ 23. *de Reformat.* ubi ſtatuitur, *ut nul-*
„ *lus impoſterum ordinetur, qui illi Ec-*
„ *cleſiæ, aut pio loco, pro cujus neceſſi-*
„ *tate, aut utilitate aſſumitur, non ad-*
„ *ſcribatur, ubi ſuis fungatur muneribus;*
„ & in capitibus Concilij, & alijs hìc
„ notatis. *Cap. Clerici*, 5. *diſt.* 91. *Cle-*
„ *rici verò, qui ad opus ſanctum adeſſe*
„ *contempſerint, ſecundum arbitrium*
„ *Epiſcopi Eccleſiaſticam ſuſcipiant diſ-*
„ *ciplinam. Cap. Si quis Præsbyter.* 9.
„ *diſt.* 92. *Cap. Eleutherius* 1. *diſt.* 91.
„ *Cap. Quoniam feſtus ead. diſt.* Conci-
„ lium Provinciale Limanum celebra-
„ tum à Beato Toribio, & à Sancta
„ Sede approbatum *action. c.* 35. quod
„ extat, *tom.* 4. *Conciliorum Cardinalis*
„ *Aguirre, fol.* 252. ubi hoc fuit decre-
„ tum. *Clerici omnes etiam prima tonſu-*
„ *ra initiati diebus Dominicis, & feſti-*
„ *vis ad Cathedralem Eccleſiam, aut ali-*
„ *quam Parochialem de aſſenſu Ordinarij*
„ *ad veſperas primas, & ſecundas, ad*
„ *tertiam, & Miſſam ſolemnem, ſecun-*
„ *dùm Canones (poſtpoſita quacumque*
„ *excuſatione) cum ſuperpelliceis conve-*
„ *niant, etiamſi præbendam ibi non ha-*
„ *beant. Qui neglexerint, arbitrio Or-*
„ *dinarij puniantur.* De quo multa
„ Thomaſin. *de veteri, & nova diſci-*
„ *plina, tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 10. ubi mul-
„ ta affert Concilia hoc idem, & ma-
„ jora ſtatuentia.

„ Octavum, in quo datur for-
„ ma obſervanda in Cappellanis, &
„ Beneficijs nullos redditus habenti-
„ bus, vel ſaltem ad tertiam partem
„ congruæ non aſcendentibus, eſt pro-
„ priè declaratio *cap.* 2. *ſeſſ.* 21. *de Re-*
„ *format.* In quo ſtatuitur: *Ne quis ad*
„ *Ordines promoveatur, niſi prius legi-*
„ *timè conſtet eum beneficium Eccleſiaſ-*
„ *ticum, quod ſibi ad victum honeſtè ſuf-*
„ *ficiat, pacificè poſsidere.* Ut ex hoc
„ decreto agnoſcamus, parvi hæc be-
„ neficia habenda eſſe; de quo multa
„ apud Lotherium *de Re Benefic. lib.* 1.
„ *queſt.* 31. *à n.* 3. qua propter in Syno-
„ do Malacitana, celebrata *ann.* 1677.
„ *lib.* 1. *tit.* 17. *n.* 59. decretum fuit,
„ quod ita ſe habet: *Los Beneficios, y*
„ *Capellanias tenues, que de aqui ade-*
„ *lante vacaren, cuya Colacion por fun-*
„ *dacion, ò extincion del Derecho del Pa-*
„ *tronato à Nos toque por nueſtra autho-*
„ *ridad Ordinaria, y como por derecho*
„ *podemos, las unirèmos, y juntarèmos*
„ *en tanto numero, que juntas hagan*
„ *cien ducados al año, la qual cantidad es*
„ *proporcionada para conſtituir Benefi-*
„ *cio, y para que el Beneficiado tenga con*
„ *que ſuſtentarſe honeſtamente, y à titu-*
„ *lo de ella aſcender à Ordenes mayores.*
„ Et hæc reſolutio, ſeu prædicti capi-
„ tis declaratio neceſſaria exiſtimata
„ fuit, eo quod aliter multiplicitas Cle-
„ ricorum, qui ratione harum inuti-
„ lium, vel ferè, Cappellaniarum ad
„ quas vocati ſunt, ordinari præten-
„ dant, aliter vitari minimè valet, cum
„ ex hac multiplicitate Clericorum,
„ qui cum illis ordinaretur, innumera
„ mala rectæ diſciplinæ, & dedecora
„ ſtatus Eccleſiaſtici certiſsimè, ut ex-
„ perientia edocemur, eveniant, ad-
„ hùc, & querelæ Tribunalium, & Mi-
„ niſtrorum Regiorum, & lites frequen-
„ tes ſuper eorum foro. De quo videri
„ poſſunt Cardin. de Luca *in Miſcell.*
„ *Eccleſ. diſc.* 1. *n.* 125. & 126. Et Na-
„ tal. Alexand. *tom.* 1. *ſuę Theol. Dog-*
„ *mat. lib.* 2. *de Sacra Ordin. cap.* 3. *art.*
„ 2. & 3. *Reg.* 1. 10. & 11.

„ Nonum, quod agit de obli-
„ gatione Parochorum in ordine ad
„ doctrinam, qua paſcere Oves ſibi
„ commiſſa debent, fundatur in diſ-
„ poſitionibus Sancti Concilij *ſeſſ.* 5.
„ *de Reformat. cap.* 2. & *ſeſſ.* 23. *cap.* 1.
„ & *ſeſſ.* 24. *cap.* 4. & 7. & *alijs multis*
„ *Canonibus. Cap. Diſpenſatio*, 43. *diſt.*

„ *Cap. Væ, qui dicitis*, 11. *quæſt.* 3. *Cap.* „ *Qui Eccleſiaſticis*, 26. *diſtinct.* Concil. „ Toletanum IV. *canon.* 25.

„ Decimum exprimit id ipſum, „ quod in conſtitutione S. Pij V. de- „ claratur, & conſtat ex ipſamet conſ- „ titutione, quę incipit *ad exequendum*, „ quæ in Bullario eſt 47. §. 2. ibi: „ *Nos ad eas tollendas animum inten-* „ *dentes, conſiderante ſque unìones ipſas* „ *ideò à prædeceſſoribus noſtris factas eſſe,* „ *ut ex redditibus, & emolumentis be-* „ *neficium unitorum Eccleſijs, Monaſ-* „ *terijs, Collegijs, beneficijs, & locis* „ *pijs, quibus illa uniuntur, facilius one-* „ *ra eiſdem incumbentia ſupportentur,* „ *&c. Statuimus, & ordinamus, ac de-* „ *claramus, quemadmodum etiam de ip-* „ *ſius Concilij mente fuiſſe colligimus,* „ *Patriarchas, Archiepiſcopos, & Epiſ-* „ *copos præfatos, in aſsignatione portio-* „ *nis ipſis Vicarijs perpetuis ex prædicto* „ *Concilio ipſorum Prælatorum arbitrio* „ *facienda, ita contineri, & arbitrari* „ *debere, ut major* 100. *nec minor* 50. „ *ſcutorum annuorum ſumma, computa-* „ *tis omnibus etiam incertis emolumen-* „ *tis, & alijs obventionibus, communi-* „ *ter percipi ſolitis, eis omninò aſsigne-* „ *tur, niſi Vicarijs ſolitum fuiſſet plus* „ *aſsignari.* Quod etiam animadver- „ tit Campanilis, Fagnanus, & Car- „ dinalis de Luca. Fagnan. *in cap. de* „ *Rectore, de Clerico ægrotante num.* 6. „ Campanil. *in Diverſor. Juris, rubric.* „ 7. *cap.* 6. *n.* 121. Luca *de Penſionibus* „ *diſc.* 16. *ſub n.* 4. Sed quia in praxi „ Tribunalium Eccleſiaſticorum Hiſ- „ paniæ indiſtinctè quandoque proce- „ di ſolebat, corruptionem extenden- „ do etiam ad Vicarios, & Coadjuto- „ res Parochiarum non unitarum, in „ quibus ratio limitationis locum mi- „ nimè habet, ideo hæc declaratio ap- „ poſita fuit.

„ Undecimum, in quo agitur „ de Coadjutoribus, & Vicarijs cum „ congrua aſsignandis quando opus „ fuerit, fundatur in illis omnibus „ diſpoſitionibus S. Concilij, in qui- „ bus pro diverſitate cauſuum hæc „ facultas Epiſcopis datur, ut *ſeſſ.* 7. „ *de Reformat. cap.* 5. ibi: *Ipſi Ordi-* „ *narij etiam per idoneorum Vicariorum* „ *deputationem, & congruæ portionis* „ *fructuum aſsignationem omninò pro-* „ *videant, ut animarum cura nullate-* „ *nus negligatur, & beneficia ipſa de-* „ *bitis obſequijs minimè defraudentur:* „ *appellationibus, privilegijs, & exemp-* „ *tionibus quibuſcumque, etiam cum* „ *Judicum ſpecialium deputatione, &* „ *illorum inhibitionibus, in præmiſsis* „ *nemini ſuffragantibus.* Et alijs in lo- „ cis. *ſeſſ.* 6. *de Reformat. cap.* 2. *ſeſſ.* „ 7. *cap.* 7. *ſeſſ.* 21. *cap.* 4. & 6. *ſeſſ.* „ 24. *cap.* 18. & *ſeſſ.* 25. *cap.* 16. „ Et videri poteſt Cardin. de Luca „ *in Annotat. ad Concil. diſcurſ.* 9. *n.* „ 4. ibi: *Iſta materia juſta ea, quæ ge-* „ *neraliter in materia alimentorum ha-* „ *bemus, certam, & uniformem taxam* „ *non recipit, ſed pro Eccleſiarum ſta-* „ *tu, & qualitate, ac modo vivendi in* „ *regione, nimium diſformiter pro judi-* „ *cis arbitrio regulanda eſt; & de pen-* „ *ſionibus, diſc.* 16. *n.* 4. Fagnan. *in* „ *cap. de Rectore, de Clerico ægrotante,* „ *num.* 9. & 11. Salgad. *de Reg. pro-* „ *tect. part.* 3. *cap.* 2. *n.* 58. & *part.* 2. „ *cap.* 15. *n.* 15. D. Emmanuel. Gonz. „ *in cap. pervenit.* 28. *de Appellat. in fi-* „ *ne.* & alij.

„ Duodecimum, quod agit de „ conſtitutione novarum Eccleſiarum, „ quæ vel per Coadjutores, vel per „ Parochos noviter creatos deſervian- „ tur, fundatur in litterali diſpoſi- „ tione Concilij Tridentini, *ſeſſ.* 21. „ *de Reformat. cap.* 4. Et videri poteſt „ Fagnanus *in cap. Ad Audientiam, n.* „ 1. Salgad. *de Reg. protect. cap.* 5. *n.* „ 31. Caſtro Palax. *part.* 2. *tract.* 13. „ *de Benefic. diſp.* 6. *punct.* 10. *n.* 6. „ Murga *de Benefic. q.* 6. *num.* 25. Leu- „ renio 3. *part. for. beneficial. q.* 359.

„ Decimum tertium agit de au- „ thoritate Epiſcoporum in ſuis Eccle- „ ſijs, & eſt quaſi ad litteram tranſ- „ criptum *ex cap.* 6. *ſeſſ.* 25. *de Reform.*

„ De-

„ Decimum quartum, in quo „ ſtatuitur, quod in Monaſterijs tam „ virorum, quàm mulierum major nu- „ merus non recipiatur, quàm eorum, „ & earum, quæ juxta facultates Mo- „ naſteriorum, & conſuetas eleæmo- „ ſynas ſuſtentari valeant, fundatur „ in litterali diſpoſitione *cap. 3. ſeſſ.* „ 25. *de Regularib.* & in varijs capiti- „ bus, & Conſtitutionibus Apoſtoli- „ cis. *Cap. Non amplius de inſtitutioni-* „ *bus, cap. unic. §. Sanè de Statu Regul.* „ *in* 6. Gregor. XIII. *in Conſtit. quæ in* „ *Bullario eſt*, 8. §. 6. Clemens VIII. „ *in Conſtit. quæ in Bullario eſt*, 60. §. „ 7. Paul. V. *in Conſtit. quæ in Bulla-* „ *rio eſt*, 9. Urbanus VIII. *in Conſtit.* „ *quæ in Bullario eſt*, 43. §. 11. 12. & „ 13. Innoc. X. *in Conſtit. quæ in Bu-* „ *llario eſt*, 40.

„ Decimum quintum agit de ob- „ ſervantia Decreti Clementis VIII. „ circa receptionem Ordinum à pro- „ prio Epiſcopo, & fundatur haud ſo- „ lùm in ipſo decreto, quod extat in „ impreſsis ad calcem præſentis Bullæ, „ quod in Ordine eſt primum, verùm „ etiam in diſpoſitione Concilij Tri- „ dentini *ſeſſ.* 23. *de Reformat. cap.* 8. „ ubi hæc verba habentur: *Unuſquiſque* „ *autem à proprio Epiſcopo ordinetur.* „ Quæ ita à præfato Clemente VIII. „ intellecta fuerunt, ſicut & à SS. D. „ N. Innocentio XIII. intelliguntur, ut „ Regulares etiam ſub illis comprehen- „ ſi veniant. Nam cum ſub aliquo Epiſ- „ copo, quoad ubi, & alios multos „ effectus Regulares eſſe debeant, & „ ſtatutum ſit *in cap. Si quis diſtinct.* „ 58. proprium Diœceſanum Regula- „ rium eſſe Epiſcopum, in quo Mo- „ naſterium eſt conſtitutum, inde ap- „ paret ſub illis verbis comprehenſos „ venire. Et fundatur etiam in Gene- „ rali Concilio Lateranenſi ſub Leone „ X. in quo ſtatutum fuit, Regulares „ ab alieno Epiſcopo ordinari non poſ- „ ſe, niſi eo abſente, vel irrationabi- „ liter contradicente, ut habetur in „ Conſtitutione hujus Pontificis, quæ „ in Bullario eſt 22. §. 11. Et licet S. „ Pius V. *in Conſtit.* quæ in Bullario eſt „ 41. §. 7. declaraverit laudatam Con- „ cilij Tridentini diſpoſitionem in Re- „ gularibus locum non habere; Gre- „ gorius tamen XIII. ejus Succeſſor, „ in Bulla, quæ in Bullario eſt 9. eam „ revocavit, omnia reducens ad ter- „ minos juris communis, & S. Conci- „ lij Tridentini. Gregor. XIII. in Bulla, „ quæ incipit: *In tanta rerum*: & in „ Bullario eſt 9. §. 6. *Statuimus, & or-* „ *dinamus, de prædictis, & alijs omni-* „ *bus Litteris, & Conſtitutionibus, quæ* „ *ab eodem prædeceſſore eiſdem de rebus,* „ *pro quorumcumque Regularium, etiam* „ *Mendicantium Ordinibus, & Congre-* „ *gationibus, quomodolibet emanarunt,* „ *ac omnibus, & quibuſcumque in eis* „ *contentis, eam deinceps diſpoſitionem,* „ *atque deciſionem pro ſubjecta materia* „ *futuram eſſe, quæ ſive ex jure veteri,* „ *ſive ex Sacris dicti Concilij Decreti, ſi-* „ *ve aliàs legitimè ante dictarum Littera-* „ *rum, & Conſtitutionum erat, etſi ip-* „ *ſæ non emanaſſent, futura fuiſſet, ad* „ *quam diſpoſitionem, & deciſionem,* „ *ſuumque priſtinum, & integrum ſta-* „ *tum, ac terminum illa omnia reduci-* „ *mus*; ad quam derogationem, & re- „ ductionem ad terminos juris com- „ munis motus fuit ex certa ſcientia, „ quam habuit, quod S. Pius V. (ut „ exprimit *in* §. 4. ejuſdem Bullæ) *in-* „ *terdum conquereretur multa aliter,* „ *alioquè ſenſu à ſe prolata, quàm litte-* „ *ris expreſſa eſt*, &c. Itaque ſubjun- „ git non ſolum in animo fuiſſe, mul- „ ta revocandi, ſed & cum effectu ea „ revocaſſe; ait enim: *Quemadmodum* „ *alijs ſuis litteris in regiſtro proximè* „ *compertis, nunquam tamen publicatis* „ *plenius continetur.*

„ Decimum ſextum, quod agit „ de Clauſura Monialium, fundatur „ in diſpoſitione S. Concilij Tridentini „ *ſeſſ.* 25. *de Regularib. cap.* 5. & in „ Conſtitutione Gregorij XIII. quæ „ incipit: *Ubi gratiæ*, quæ in Bullario „ eſt, 28. in Ordine, cum ejuſdem

„ Gregorij declaratione, quæ in eo-
„ dem Bullario illi ſubſequitur.

„ Decimum ſeptimum, nonnu-
„ llà declarat, quæ in Conſtitutione
„ Innocentij XII. continentur, eo quod
„ varijs interpretationibus ab illa diſ-
„ poſitione deviantibus à nonnullis
„ eludebatur, & fundatur in ipſa
„ Conſtitutione dogmatica Innocen-
„ tiana, quæ inter impreſſas ad finem
„ Bullæ in Ordine eſt 2. & in *cap.* 15.
„ *ſeſſ.* 23. *de Reformat.* per ipſam dog-
„ maticam Conſtitutionem declarato.

„ Decimum octavum, quod agit
„ de Confeſsionibus Monialium Regu-
„ laribus ſubjectarum, fundatur in
„ Bulla Clementis X. quę incipit: *Su-*
„ *perna Magni Patris familias, quæ in*
„ *Bullario eſt, 7. in Ordine*, §. 4. Et
„ inſuper addimus, prædictam Bullam
„ eſſe declarationem *cap.* 15. *ſeſſ.* 23.
„ *de Reformat.* Nam licèt verum ſit,
„ quod Sacrum Concilium ſolum de
„ Confeſsionibus Sæcularium loqui vi-
„ detur, ibi: *Nullum etiam Regularem*
„ *Confeſsioncs Sæcularium audire, niſi*
„ *ab Epiſcopis per examen, &c.* Ly *Sæ-*
„ *cularium*, vel neceſſariò intelligen-
„ dum venit de omnibus extra ſua
„ Monaſteria habitantibus, vel faten-
„ dum erit, Regulares approbatione
„ non indigere ad audiendas Confeſ-
„ ſiones omnium aliorum Regularium
„ extra ſuum Ordinem, omniumque
„ Monialium etiam Epiſcopis ſubjec-
„ tarum, cum perſonæ Sæculares non
„ ſint. Cum ergo hoc dici non valeat,
„ cum contradicat doctrinę S. Conci-
„ lij Tridentini *ſeſſ.* 14. *cap.* 7. Inde à
„ Gregorio XV. & Clemente X. adhùc
„ & Innocentio XIII. intellectum eſt
„ in dicto capite, nullam relictam fuiſ-
„ ſe Regularibus facultatem audiendi
„ Confeſsiones Sæcularium, id eſt,
„ perſonarum earum, quæ extra ſuum
„ Monaſterium degunt.

„ Decimum nonum, quod agit
„ de Confeſſarijs extraordinarijs Mo-
„ nialibus exhibendis, fundatur *in cap.*
„ 10. *ſeſſ.* 25. *de Regularib.* & varijs
„ declarationibus Sacrę Congregatio-
„ nis ſuper hoc editis, quę videri poſ-
„ ſunt apud Gallemart ad dictum *cap.*
„ 10. *ſeſſ.* 25. *de Regularib. ſub n.* 2. *ex*
„ *facultate tamen hujus decreti Epiſcopus*
„ *poteſt dare Confeſſorem Monialibus ſub-*
„ *jectis Regularibus, quę nulla ratione*
„ *induci poſſunt, ut ſuis Regularibus*
„ *Confeſſoribus peccata confiteantur.* Et
„ aliam affert *num.* 2. ibi: *Hunc Con-*
„ *feſſarium poterit Epiſcopus dare Mo-*
„ *naſterijs etiam non ſubjectis, & quem*
„ *maluerit, vel Regularem alicujus Or-*
„ *dinis, vel etiam Sacerdotem Sæcularem.*
„ Et eaſdem declarationes affert Bar-
„ boſa *ad dictum* cap. & ſimiliter Fari-
„ nac. *ad id cap. ſub num.* 1.

„ Vigeſimum, quod agit de Cę-
„ remoniali, fundatur in Bulla Cle-
„ mentis VIII. quæ initio ipſius Cęre-
„ monialis Epiſcoporum eſt appoſita,
„ in quo omnibus conſuetudinibus de-
„ rogatur. Nec hoc decretum tanquam
„ independens à S. Concilio eſt haben-
„ dum, habet enim relationem, &
„ quidem magnam ad illud. Enim ve-
„ ro *in ſeſſ.* 22. *Canon.* 7. hoc defini-
„ tur. *Si quis dixerit Cæremonias, veſtes,*
„ *& externa ſigna, quibus in Miſſarum*
„ *celebratione Eccleſia Catholica utitur,*
„ *irritabula impietatis eſſe magis, quàm*
„ *officia pietatis, anathema ſit. Et ſeſſ.*
„ 7. *Canon.* 13. *Si quis dixerit, receptos,*
„ *& approbatos Eccleſiæ ritus in ſolemni*
„ *Sacramentorum adminiſtratione conſue-*
„ *tos, aut contemni, aut ſine peccato à*
„ *Miniſtris pro libito omitti, aut in no-*
„ *vos alios per quemcumque Eccleſiarum*
„ *Paſtorem mutari poſſe, anathema ſit.* Et
„ eadem *ſeſſ.* 22. in decreto de obſervā-
„ dis, & vitandis in Sacrificio Miſſæ, ubi
„ hoc præſcribitur. *Nevè ritus alios, aut*
„ *alias Cæremonias, & præſertim Miſ-*
„ *ſarum celebratione, adhibeant præter*
„ *eas, quæ ab Eccleſia probatæ, ac fre-*
„ *quenti, & laudabili uſu receptæ fue-*
„ *rint.*

„ Ex quibus omnibus ad primum
„ Canonem referenda venire multa,
„ quæ in Cæremoniali Epiſcoporum
„ con-

„ continentur, dubitari minimè valet; „ quandoquidem tam in eo, quod „ præscribit de Missa Pontificali, de- „ que ritibus, & Cæremonijs, quæ „ illam præcedere debent, & subsequi, „ quam etiam in eo quod attinet ad „ externa signa, quæ in eo præscribun- „ tur, multa continentur, quæ in lau- „ dato Canone exprimuntur.

„ Ad secundum Canonem etiam „ pertinere omnes Cæremonias Ritua- „ lis Romani (quod observari in de- „ creto etiam mandatur) in quo præs- „ cribuntur Cæremoniæ in administra- „ tione Sacramentorum, & aliarum „ functionum Ecclesiasticarum servan- „ dæ, minus dubitari debet.

„ Ad tertium decretum identi- „ dem pertinere Rubricas Missalis, „ quæ observari similiter mandantur, „ pariter in dubium venire nequit; „ un ex sola obligatione omnia Sancti „ Concilij decreta observandi, dedu- „ citur obligatio, pariter, & obser- „ vandi, quod in hoc decreto conti- „ netur.

„ Et in eo, quod attinet ad execu- „ tionem eorum, quæ in dicto decreto „ præscribuntur, ita ut executio differ- „ ri non valeat, non obstante quacum- „ que appellatione, etiamsi allegetur „ immemorabilis, quæ vel probata non „ sit, vel quæ si probetur rationalibus „ ab Episcopo non existimetur, re- „ licta judicio devolutivo declaratio- „ ne, si locum in casu habet immemo- „ rabilis; fundatur etiam in laudata „ Bulla Clementis VIII. quæ tradit de- „ cretum irritans, ut observat Cardi- „ nalis de Luca *in Miscellanea Ecclesiast- „ tica discurs.* 32. *num.* 10. quod hanc „ vim habet, ut remota omni appella- „ tione, & consuetudine, sivè præte- „ rita, sivè futura exequi debeat, ut „ tradunt Cardinalis de Luca *in Anno- „ tation. ad Concilium disc.* 1. *n.* 16. Gon- „ zal. *ad regulam* 8. *Cancel. gloss. ult. n.* „ 12. Salgad. *de Reg. Protect. p.* 3. *cap.* „ 10. *n.* 64. 67. & 68.

„ Vigesimum primum, quod agit „ de observantia decreti, de *observan- „ dis, & vitandis in Sacrificio Missæ*, „ est desumptum ex ipso decreto *sess.* „ 22. *de Reformat.* nec aliud nostrum „ continet decretum, quam quod in „ dicto capite exprimitur, quod ap- „ pellationes, & consuetudines qua- „ lescumque etiam excludit.

„ Vigesimum secundum, in quo „ observari præcipitur Decretum Cle- „ mentis XI. *quod in impressis est* 3. *in „ Ordine.* Cum præfatum decretum „ (ut in ipso exprimitur) conditum fue- „ rit ad abusus eliminandos in celebra- „ tione Missarum, & ad instaurandam „ venerationem tremendo Mysterio „ debitam, omnino fundatur in lau- „ dato decreto Sancti Concilij *de evi- „ tandis in Sacrificio Missæ*, in quo non „ aliud quàm hæc veneratio intendi- „ tur, idque circò ad illud se remittit „ ipsum Clementinum decretum.

„ Vigesimum tertium nil de novo „ statuit, sed exprimit id ipsum, quod „ in *cap.* 22. *sess.* 25. *de Regularibus* ex- „ primitur; & ad memoriam illud re- „ vocat, ut præsens semper habeatur, „ quod in ipsis capitibus, in quibus de „ ipsis Regularibus agitur, non expri- „ mitur, sed in hoc omnia capita com- „ prehenduntur.

„ Vigesimum quartum, in quo „ præcipitur, quod Fiscales Tribuna- „ lium Metropolitani, & Nuntij Apos- „ tolici in causis criminalibus, quæ „ per appellationem ad illos deveniunt, „ se ostendant partes, quando ex offi- „ cio Ordinarius procedit, est decla- „ ratio *cap.* 3. *sess.* 13. *de Reformat.* ubi „ hoc statuitur: *Reus ab Episcopo, aut „ ejus Vicario in spiritualibus generali, „ in criminali causa appellans coram ju- „ dice ad quem appellavit, acta primę „ instantię omninò producat, & Judex „ nisi illis visis ad ejus absolutionem mi- „ nimè procedat.* Et cum Reus appel- „ lans multa alia exponat ante judi- „ cem *ad quem*, ut injustam esse sen- „ tentiam in eum latam demonstret, „ quæ in actis missis à judice *à quo* con-

„ tineri non poſſunt, ne cogantur „ Ordinarij ad gravamen comparendi „ pro confirmatione ſententiæ, ut rei „ impuniti nō remaneant, ideo ordina- „ tur, quod in dicto decreto cōtinetur.

„ Vigeſimum quintum, quod „ agit de appellationibus, & inhibi- „ tionibus, fundatur *in cap. 7. ſeſſ. 24.* „ *de Reformat. & in cap. 20. ſeſſ. 24. de* „ *Reform. in cap. 1. ſeſſ. 13. de Reform.* „ *& in cap. Romana de Appellationib. in* „ 6. Quorum diſpoſitiones ad longum „ exprimuntur in Decreto Clementis „ VIII. *quod in impreſsis eſt 4. in Ordi-* „ *ne*; & Decreto Urbani VIII. *quod in* „ *impreſsis eſt ultimum in Ordine*: omnia „ perperàm obſervata. Et quoad inhi- „ bitiones temporarias, quæ in eodem „ decreto inhibentur, fundatur in *dict.* „ *cap. Romana*, & videri poteſt Salgad. „ *de Reg. Protect. p. 2. cap. 10. à n. 31. &* „ *de ſuplicat. part. 2. cap. 7. per tot.* Et „ Pegas *tract. de Competentijs, part. 1.* „ *cap. 56. per totum*, & Signanter *n. 18.*

„ Vigeſimum ſextum, quod agit „ de Conſervatoribus, deque obſer- „ vantia omnium, quæ ſtabilita ſunt „ circa eorum juriſdictionem, & mo- „ dum procedendi, fundatur in diſpo- „ ſitione Concilij Tridentini *ſeſſ. 14.* „ *de Reform. cap. 5. & in cap. 1. de of-* „ *fic. & poteſt. judicis de legati in 6.* (& „ eſt conſtitutio Innocentij IV.) *Et in* „ *cap. Pontificali, eodem tit.* (quæ eſt „ Alexandri IV.) *Et in cap. fin. eod. ti-* „ *tul.* (quæ eſt Bonifacij VIII.) & in „ Bulla Gregor. XV. *quæ incipit, Sanc-* „ *tiſsimus*, quæ in Bullario eſt 9. aliàs „ 11. Et illud, quod additur in decre- „ to de Oſtenſione litterarum, funda- „ tur *in cap. Cum in jure 31. de offic. &* „ *poteſtat. judic. de legat.* & ibi Gloſſa, „ & Barboſa *num. 2.* & latè Rainaldus „ *in obſervationib. criminalib. cap. 32. §.* „ 4. & 5. Et Pignatell. *tom. 1. conſult.* „ 249. *n. 1.* Et Guido Papa *deciſ. 322.* „ *num. 1.* quod intelligunt de omni „ etiam executore cujuſvis delegati, „ ſive conſervator ſit, vel non ſit. „ Unde nullum eſt decretum, quod „ vel translatum ex Concilio Triden- „ tino non ſit, vel ut in eo contentum, „ declaratum, vel ab eo derivatum.

„ Vigeſimum ſeptimum non unum, „ vel alterum, ſed cuncta omnino de- „ creta Concilij Tridentini compre- „ hendit, præſcribens, ut omnia exe- „ cutioni mandentur, non obſtantibus „ appellationibus, inhibitionibus, pri- „ vilegijs, & conſuetudinibus etiam „ immemorabilibus (ſi probatæ, & ca- „ nonizatæ non ſint.) Et quod ſi quæ „ dubia, aut controverſiæ emerſe- „ rint, poſt executionem omnino ad „ Sanctam Sedem, & ejus nomine ad „ SacramCongregationem abſque liti- „ bus referantur, ejuſque declaratio, „ ſi à Romano Pontifice approbetur, „ vim exæcutoriæ habeat; & ſimiliter „ omnia decreta in Bulla contenta uti „ ab eodem Concilio dimanantia. Et „ fundatur in eodem Concilio. Nam „ primum, quod agit de appellationi- „ bus, fundatur in Bulla Pij IV. qua „ Concilium confirmavit, quæ tan- „ quam pro Concilio habetur, cum ab „ ea totum ſuum eſſe receperit, quæ „ ad finem ipſius Concilij invenitur. „ Secundum, quod excludit privile- „ gia, quæ non ſint conceſſa poſt Con- „ cilium, ut ſpecificè renovata, fun- „ datur in Bulla ejuſdem Pontificis, in „ qua omnibus privilegijs derogavit, „ quæ extat ad finem ejuſdem Conci- „ lij. Tertium, quod ſolummodo ad fi- „ nem executionis excludit omnes „ præſcriptiones, & conſuetudines „ etiam immemorabiles, quæ ratione- „ biles, & canonizatæ non ſint, fun- „ datur in eadem Bulla Pij IV. S. Con- „ cilij confirmatoria in clauſula irri- „ tante, quam omnibus decretis S. „ Concilij Tridentini impoſſuit, & in „ altera laudata Bulla derogatoria om- „ nium Privilegiorum, qua à fortiori „ derogantur privilegia præſumpta, in „ quibus tota vis immemorabilis con- „ ſiſtit, in ijs præcipuè rebus, quæ non „ niſi per privilegium acquiri poſſunt, „ & cum ferè omnia Conciliaria decre-

„ ta,

„ ta, Fagnan. *in cap. Conſuetudines, de „ conſuet. num.* 51. Barboſ. *de clauſul. „ clauſ.* 88. *num.* 4. Card. de Luca *de „ juriſdict. diſc.* 7. *n.* 13. Larrea *alleg.* „ 110. *num.* 33. Sperell. *deciſ.* 37. *n.* „ 57. Lotherius *de Re Beneficiaria, lib.* „ 1. *cap.* 24. *n.* 127. Et multa ad rem „ concernentia invenientur in varijs „ Rotædeciſionibus, ut *deciſ.* 744. *n.* 6. „ *part.* 1. *diverſorum. & deciſ.* 46. *num.* „ 4. *lib.* 2. coram Puteo, *& deciſ.* 324. „ *p.* 1. *in recentioribus, deciſ.* 394. *n.* 4. „ ibid. *& deciſ.* 218. *n.* 27. coram Ro- „ xas, *& deciſ.* 46. *&* 47. *num.* 20. *&* „ 4. poſt Tamburinum, licet non om- „ nia hujus generis ſint, idcircò hoc „ examen judicio Sanct. Sedis relin- „ quitur, ut in Sacra Congregatione „ Sanct. Concilij Interprete examine- „ tur, quæ decreta id genus ſint. Quar- „ tum, in quantum declaratio dubio- „ rum, & deciſio controverſiarum re- „ mittitur Sanct. Sedi, ejuſque Sacræ „ Congregationi, fundatur in eadem „ Bulla, qua confirmatum fuit S. Con- „ cilium, in qua S. Sedi expreſsè hoc „ reſervatum fuit, & in Bulla Sixti V. „ *Quæ in Bullario eſt* 7. & incipit, *in qua „ pro omnium immenſo dubiorum, & „ controverſiarum examine*, & deciſio- „ ne, Romano Pontifice conſulto, „ conſtituta fuit Congregatio S. Con- „ cilij.

„ His omnibus roborata veniunt „ præſentis Bullæ decreta, ex quo ap- „ parebit nihil novum in ea ſtatui, „ ſed eademmet, quæ per S. Conci- „ lium jam erant ſtatuta, & per varias „ conſtitutiones, & decreta Romano- „ rum Pontificum, & per Sacras Con- „ gregationes declarata, ſed perpe- „ ram obſervata, renovari, & denuò „ per Sanctiſsimum D. Noſtrum de- „ clarari, quæ omnia in hac nova Bul- „ la veniunt in unum collecta, ut im- „ poſterum in Regnis noſtris, & Do- „ minijs Hiſpanis perpetuò, ac invio- „ labiliter abſque litibus, controver- „ ſijs, & jurgijs obſerventur. Et cum „ obſervari omnia omnino deberent, „ etiamſi noviter præcepta eſſent, cum „ eſſent facta ab habente poteſtatem, „ multò magis cum non nova, ſed re- „ novata, una vel altera declaratione „ adjuncta, cuncta, quæ in ea conti- „ nentur ſint. Et ſanè quam alienum „ ſit à conditione legum conqueri, ut „ nonnulli conqueruntur, de eo, quod „ conſuetudines, vel privilegia, vel „ quid aliud, quod derogatum veniat, „ hos, vel illos offendit, qui deſide- „ rant conſuetudine adhùc derogata „ muniri, vel privilegijs antiquis etiam „ derogatis, & non renovatis, vel alijs „ ſimilibus confoveri, ſatis ex ipſiſmet „ terminis, & natura omnium legum „ convincitur. Leges enim ſivè Eccle- „ ſiaſticæ, ſivè Civiles pro bono com- „ muni Eccleſiarum, vel Regnorum, „ proque earum, & eorum meliori gu- „ bernio conduntur, in quo intereſſe „ particularium non reſpicitur, ſed om- „ ninò negligitur. Præſertim in legibus, „ quæ diſciplinam, & reformationem „ reſpiciunt, & multo magis quando „ ſunt renovatoriæ, quia non obſer- „ vantur, vel perperam intelliguntur. „ *Cap. Ex frequentibus de conſtitut. Cap. „ Cum inter de conſuetudine. Cap. Irre- „ fragabili de offic. Ordinarij*, & ibi Fag- „ nan. *num.* 3. *& in cap. Cum olim de „ præſcriptionibus num.* 4. Cardinal. Al- „ bit. *diſcept.* 1. *n.* 89. Molina *de juſ- „ titia, & jure, tract.* 2. *diſput.* 74. *n.* „ 5. Pignatell. *tom.* 4. *conſult.* 88. *n.* 5. „ Diana *part.* 6. *reſolut.* 39. Nicolius „ *lib.* 1. *tit.* 2. *de Jure naturali, & con- „ ſuet. ſub num.* 45. Cardinal. de Luca „ *de Regul. diſcurſ.* 3.

Prædicta Bulla *Apoſtolici Miniſterij* in idioma vulgare traducta, publicata fuit Matriti juſſu Illmi. Archiepiſcopi Toletani *Aſtorga* die 30. Novembris ann. 1724. & eodem mandato remiſſa fuit ad Regale Conſilium Ordinum in ipſo idiomate vulgari ubi Domini animadverterunt inveniri in prædicta Bulla has Sacras Militias expreſsè contentas, quin in Bulla Latina ulla illarum expreſſa mentio fieret.

Qua

Qua propter cùm magna concertatio mota fuerit, Domini decreverunt consulere invictiſsimo D. Regi ſuper hoc, & *D. D. Sancio Barnuebo*, tunc temporis officio Fiſcalis fungenti commiſſa eſt conſultatio; & cum ſpeciali mandato conſulendi prius ſuper hanc materiam Dri. D. Franciſco de Dueñas & Peralta, Ordinis Calatravenſis, Dri. D. Andreæ Diaz Romero del Portal, noſtri Ordinis, & mihi; qui omnes licèt immeritò moderabamur Cathedras Primarias Canonum, & Legum in hac Alma Univerſitate Salmantina; ſed cum ipſi duo Primarij in illo tempore valdè ægrotaſſent, ſolum reſolutio mea talis qualis, pro roſtris Concilij producta fuit, quæ eſt tenoris ſequentis, prout reſponſum à me fuit prædicto D. Fiſcali.

Satisfaciens pro meo poſſe muneri, quod veſtra Dominatio imponit mihi per Epiſtolam, quam reverenter accepi ſcriptam die 11. Septembris proximè præterita, in qua de mandato Conſilij mihi jubetur ut meam ſententiam aperiam, utrum intelligantur comprehenſi Ordines D. Jacobi, Calatravę, & Alcantaræ in Bulla noviter expedita à Sanctiſsimo D. noſtro Papa Innocentio XIII. & confirmata à Benedicto etiam XIII. ad reformationem Cleri Sæcularis, & Regularis, cum inſtantia brevitatis temporis in expeditione, teneor non dictaminis ratione (quippe exiguum eſt tanto ſapientiſsimo cœtui) ſed quædam congerere fragmenta juridica, ne ingentiſsima ſapientia veſtra aliqualiter fortè fatigetur. Et ut mea fundamenta promam, ſuppono in primis Bullam relatam SS. P. noſtri Innocencij datam Romæ die 13, *Maii ann.* 1723. quæ videtur confirmata à Benedicto Papa etiam XIII. expedita (ut dicitur) ad ſupplicationem Regis noſtri Catholici (quem Deus cuſtodiat) & publicata Matriti menſe Novembr. *anno* 1725. ad perfectam obſervantiam Cleri Sæcularis, & Regularis, prima fronte credibile eſt, Illuſtriſsimos Archiepiſcopos, Epiſcopos, & alios Prælatos habituros eſſe hos Ordines, & ſua territoria eſſe comprehenſos in contextu litterali prędictæ Bullæ, eo quod expreſsè non excipiantur à communi regularium, per illa verba generalia expreſſa *num.* 29. *Necnon quorumcumque Ordinum, & quorumvis Monaſteriorum, Conventuum Inſtitutorum, &c.* ut benè illud demonſtrat Edictum publicatum ab Archiepiſcopo Toletano includente expreſsè hos Ordines.

Inconvenientia, quæ ex hac intelligentia Bullæ ſequuntur, valdè ſumma ſunt, nempè quod Conventus horum Ordinum tam Religioſorum Clericorum, quàm Monialium debeant cingi, & metiri regulis, & ſubjectione, quam prędcribit Bulla cæteris Regularibus, & ſimili modo Clerus Sęcularis commorans in territorio horum Ordinum debeat regi prędcripto à n. 1. uſque ad 14. ejuſdem Bullę: Itaque Ordines iſti privabuntur ea omnimoda exemptione, & immediata ſubjectione Sanctę Sedi Apoſtolicę ipſis conceſſa ab origine ipſorum Ordinum variis indultis Pontificijs tam ante quàm poſt Concilium Tridentinum expeditis, & obſervatis. Deinde Reverendi Epiſcopi perficiunt opus ſubjugandi hos Ordines territorij Populi, & Cleri eorum, acceptą poteſtate, quam illis Bulla confert. Ac denique privilegia ipſis Ordinibus conceſſa abrogata redentur, Authoritas, ac Regalia, quæ in Majeſtate Regia reſidet, diminuta, ne dicam, extincta manebit, & hæ Religiones Sacræ evadent abſque ulla exemptione præter permiſſam communiter alijs Prælatis Regularibus, admiſſo intellectu prædictæ Bullæ, prout Archiepiſcopus Toletanus illam intellexit, & in cujus ſenſu illam publicari fecit.

Cumque muneris mei ſit probare hoc aſſumptum, dabo fundamenta, quæ imbecillitati intellectus mei occurrunt, ut Catholica Majeſtas jubeat

beat ſuſpendi executionem prædictæ Bullæ, & ejus confirmatoriæ, in eo, quod tangit ad Ordines, & ſua territoria pro nùnc & uſque dum Sancta Sedes melius inſtructa ſuorum privilegiorum aliud decernat. Hoc in primis ſuadent fundamenta communia, & generalia, quæ aſsiſtunt cæteris Religionibus, quæ quidem doctiſsimè allegarunt Prælati Regulares congregati Matriti, coacto ad hoc illo Venerabili Cœtu, quo decretum eſt à D. Rege ſupplicari, ut de facto ſupplicatum eſt ſuſpendi executionem duplicis Bullæ, qua viſa ſupplicatione, remiſſa fuit ad Supremum Caſtellę Conſilium ea pia recomendatione, ut quidquid gratum foret, propenſa erat Regia Majeſtas Religionibus applicare ob ingens bonum, quod ex ſua doctrina ſuo Regno inſequebatur. Verùm prædictus Benedictus XIII. ſuo motu proprio qui incipit: *Paſtoralis officij*, dato Romę *die* 27. *Martij anno* 1726. inſerente capita tangentia Regularibus, omnino confirmavit prædictam Bullam *Apoſtolici Miniſterij*, & ſic in praxi obſervatam quoad Regulares, quod Sæculares verò non item. Ut fatemur primum, & non negamus ſecundum. Sed non ideo deſiſtimus à concluſione ſuperius præfixa, immò illam illuſtramus rationibus, quas produxerunt in ſua allegatione Prælati Regulares, quia licet in odioſis non comprehendantur hæ Sacræ Militiæ, in favoribus comprehenduntur, P. Lezana *tom.* 1. *quæſt. regul. cap.* 5. *de jur. & obligat. regular. Militar. num.* 42. *& ſeq.* deciſit Sacra Congregatio Concilij, & Rota multoties *in una Decembris anno* 1570. Congregatio Concilij coram Alciato tradita à Barboſa *in Collect. in Concil. ſeſſ.* 25. *cap.* 15. *de regular.* Portell. *in dub. regular. verb. Religioſus num.* 2. noſter Illmus. Ocampi *in reſponſ. ad quæſt. Utrum Clerici Fratres Jacobæi ſint capaces obtinendi beneficia ſæcularia n.* 3. ubi allegat Quarantam, & Petrum de Aragon, & alias declarationes tradit Farinacius *in deciſ. Trident. volum.* 4. *frequenter.* Et loquendo de Æquitibus S. Joannis, ſenſit Fr. Emman. Rodrig. *tom.* 1. *quæſt. regular. quæſt.* 1. *artic.* 6. & expreſius Bulla Alexand. IV. *ann.* 1256. *ſcript.* 1. *in Bullar. noſtri Ordinis fol.* 192. *à tergo*, ubi clarè diſponitur, Bullas Apoſtolicas, quæ non faciunt expreſſam mentionem hujus noſtri Ordinis, non comprehendere illum, nec tenere illis reſpondere; quo privilegio gaudent cæteræ Militiæ ob ſpecialem communicationem, quam inter ſe participant, tenet P. Mendo *de Ordin. diſquiſit.* 2. *quæſt.* 3. *n.* 104. Bulla Paul. III. *in Bullar. Alcantar. fol.* 153. Et ad hunc modum ſunt communicabilia privilegia conceſſa alijs Religionibus tàm Monachalibus, quàm Mendicantibus, etiam Societatis Jeſu: quam quæſtionem tractavit Fr. Emman. Rodrig. *tom.* 1. *quæſt. regular. quæſt.* 55. *artic.* 17. tradit P. Mendo *ubi ſuprà n.* 111. Ex quo ſequitur rationes, quæ favent cæteris Religionibus, favere quoque iſtis Militijs.

Secundum ergo fundamentum deſumitur ex eo quod intentio Bullæ *Apoſtolici Miniſterij* ad id tendit, quod eſt firmare inviolabiliter obſervantiam ad unguem diſpoſitionum Sancti Concilij Tridentini, ut deducitur ex ſuis clauſulis, & explicant fundamenta addita, quę ſuprà tranſcripſimus: ergo ſi probemus diſpoſitiones Conciliares, quæ non faciunt expreſſam mentionem horum Ordinum, eos non comprehendere, probavimus etiam multo fortius Bullam illos non comprehendere. Probo aſſumptum: Ex diffinitionibus Ordinis Chriſti *tit.* 1. *pag.* 204. ubi refertur Congregationem Concilij, & Rotam declaraſſe non eſſe comprehenſos Ordines Militares in capitibus Concilij, quorum mentio expreſſa in illis non fieret: & in diffinitionibus Ordinis de Avis fit etiam mentio cujuſdam deciſionis Rotæ in ipſis terminis 1. *part. nov. deciſ.* 591. & poſt publicationem Concilij Rex Luſitanus D. Sebaſt. *ann.* 1573.

1573. declaravit aliquas diſpoſitiones generales ejuſdem Concilij non debere admitti quoad Ordines Militares ſui Regni, docet Fr. Emman. Rodrig. *tom. 1. quæſtion. regular. quæſt. 36.* Tryſtant. *Eſcudo Monteſiano pag. 567.* & Reges noſtri Carolus V. & Philippus II. decreverunt *ann.* 1554. & 1556. *die ſexta Octobris* per ſua Regia diplomata, quæ ſtant in Archivio, quod dicitur *regiſtro general de Cedulas, y Proviſiones del Conſejo.* Emminentiſsim. Cardin. Silicenum Archiepiſcopum Toletanum non poſſe procedere contra perſonas Religioſas noſtri Ordinis, ea adhibita ratione: quia Concilium eas non comprehendit: & quia privilegijs Apoſtolicis erant exemptæ à Juriſdictione Ordinaria, & immediatè ſubjectæ Sedi Apoſtolicæ, & una Schedula Regia expedita *die* 19. *Novembris ann.* 1597. decernitur Archiepiſcopos Toletanos, & cæteros Epiſcopos debere admittere Reverendas Priorum Uclenſis, & Emeritenſis, ea ſimiliter adhibita ratione: quia non ſunt comprehenſi in diſpoſitione S. Concilij Trident. & D. Philippus IV. Rex noſter in quadam controverſia mota ſuper obſervanda clauſura Monialium hujus Monaſterij Sancti Spiritus, juxta *ſeſſ.* 25. *cap.* 5. *de Reform.* declaravit, ipſo non obſtante, quod prædictæ Moniales manutenerentur in poſſeſsione, quam habebant. Quod decretum fuit expeditum *die* 21. *Martij ann.* 1622. Et hæc omnia decreta fuerunt data antea conſultis Literatis primarijs, & celeberrimis Univerſitatum hujus Regni.

Tertium fundamentum deſumitur ex Bulla Martini V. quæ incipit: *Glorioſæ Religionis veſtrę Militiæ*, expedita anno 1428. & extat in Bullar. noſtri Ordin. *fol.* 381. *ſcriptur. 6.* qua clarè eximuntur perſonæ noſtri Ordinis à dominio, poteſtate, viſitatione, correctione, & ſuperioritate Ordinariorum, & Diœceſanorum quorumcumque, ac eas declarat immediatè remanere ſubjectas Sedi Apoſtolicæ declaratque etiam ut nulla ratione delicti, contractus, ac alterius cujuſcumque rei, ubicumque ſit commiſſum delictum, initus contractus, aut res ſita ſit, manerent ſubjectæ Ordinarijs; ut expreſsius videri poteſt in prædicta Bulla. Accedit necnon alia, quæ eſt confirmationis noſtri Ordinis ab Alexandro III. expedita *ann.* 1175. & incipit *Benedictus Deus in donis ſuis.* Qua Summus Præſul recipit Magiſtrum, & Fratres tàm Clericos, quàm Laicos hujus Ordinis in ſpeciales filios Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & conceſsit eis, quod ſi in locis deſertis, aut in terris captis à Sarracenis de novo, ædificarent Eccleſias, ipſæ gauderent plena libertate, & decimæ non ſolventur Epiſcopis, nec alio onere ab ipſis graventur; ſed ipſæ Eccleſiæ cum Populo, & Clero gubernentur à Clericis idoneis ejuſdem Ordinis, quin teneantur ſervare interdictum, ſeu excommunicationem prolatam ab Epiſcopis. Quæ ampliſsima exemptio invenitur confirmata à diverſis Pontificibus Alexand. III. ſucceſſoribus, ut videre eſt in Bullario citato noſtri Ordinis. Certè hoc ſat erat, ut benè atento conceptu exemptionis, quo ornantur hi Ordines per præfatas Bullas minimè poſſent intelligi comprehenſę illorum perſonæ, & territorium ipſorum in generali diſpoſitione prædictæ Bullę Innoc. XIII.

Quartum fundamentum adhùc clariùs convincit aſſumptum. Nam alia duplex Bulla expreſsiorem exemptionem continet. 1. eſt Julij II. quæ incipit *ex debito miniſterij Paſtoralis* (& communiter vocatur Superioritatis) & fuit expedita *ann.* 1509. Secunda verò Adriani VI. quæ incipit *Dum intra noſtræ mentis Arcana*: data Romæ *anno* 1523. quæ extant in Bullario, in quibus conceditur DD. Regibus tanquam adminiſtratoribus omnimoda juriſdictio ſuper perſonas, Eccleſias, Vaſallos, & loca Ordinum, dummo-

modò exerceant jurisdictionem temporalem per se, & spiritualem per personas idoneas earumdem Militarium ab ipsis Regibus liberè nominatas, & independenter ab alio, ex quo duo colliguntur. Primum, quod Regia Majestas, ut administrator, est Prælatus Ecclesiasticus Ordinarius cum jurisdictione omnimoda quasi Episcopali in omnes personas, Ecclesias, loca, Vasallos &c. in territorijs horum Ordinum. Navarr. *de ann. reddit. q.* 1. *monit.* 55. & 56. & *in apolog. & propugn. Monit.* 27. & 28. Fr. Emman. Rodrig. *tom.* 1. *quæst. regular. quæst.* 36. & *seq.* Solorzan. *de jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 45. & 54. Valenz. Belazq. *tom.* 2. *consil.* 201. *num.* 30. & *seq.* Reynoso *observat.* 54. *per tot.* & *præcipuè n.* 23. Gabriel Pereyra *decis.* 58. *n.* 7. & *de Man. Reg. p.* 1. *cap.* 17. *n.* 13. & *p.* 2. *cap.* 22. *n.* 21. & *cap.* 58. *num.* 2. D. Hipol. de Samper. *Montesa illustrada tom.* 2. *p.* 3. *art.* 1. 2. & 3. P. Mendo *de Ordin. Militar. disput.* 1. *n.* 205. & *passim.* Secundum, quod jurisdictio spiritualis omnimoda residet in habitu, & manet radicata in Regia Majestate, aut administrare horum Ordinum, & exercitium illius residet in Vicarijs nominatis, & deputatis Regio nomine juxta Rotam apud Farinac. *decision.* 102. *n.* 3. *part.* 1. *recent.* qui quidem Vicarij exercent jurisdictionem in suis territorijs admodum quo Reverendi Episcopi in suis, ut defendit P. Mendo *de Ordin. Milit. multis in locis, disquisit.* 2. *n.* 6. & 67. & *disputat.* 8. *n.* 47. & *disquisit* 11. *n.* 112. Et ut tales judices Ordinarij cognoscunt de quatuor generibus causarum, quas congerit Sanctum Concilium Trident. *sess.* 24. *de Reformat. cap.* 20. dummodò legitimè non sit præscripta in favorem Diœcesanorum jurisdictio horum Ordinum, aut celebrata sit concordia solemniter inter eos, & Episcopos, quibus concedatur, ut cum Paz, & Sahagun resolvit Fr. Emman. Rodrig. *tom.* 1. *quæst. regular. quæst.* 36. *art.* 4. & *in Summ. tom.* 1. *cap.* 219. *n.* 15. P. Thom. Sanchez *lib.* 3. *de Matrim. disp.* 29. *num.* 15. Escano *in propugn. Hierosolim. discept.* 13. *cap.* 8. *n.* 13. Narbon. *in lg.* 59. *tit.* 4. *lib.* 2. *recopil. gloss.* 1. *n.* 66. & *seq.* P. Mendo *disquisit.* 7. *per tot.* Flor. *de Men. lib.* 3. *Variar. quæst.* 24. *n.* 24. & 25. Gutierr. *de Matrim. cap.* 68. *n.* 10. & *seq.* Stabilim. nostri Ordinis *tit.* 16. *cap.* 13. & *seq. de los Beneficios.*

Ex quo sequitur, quod concesso territorio cum Clero, & Populo, & omnimoda jurisdictione, ut vidimus per Bullas præfatas Ordines isti habent juris intentionem fundatam cognoscendi de omnibus causis Samper. *Montesa illustrada part.* 3. *num.* 257. & 283. & de omnibus actibus pertinentibus ad jurisdictionem Ecclesiasticam Ordinariam P. Mendo *de Ordin. d. disquisit.* 11. *n.* 14. & constat ex Bulla relata Adriani VI. per illa verba: *Ac alia Beneficia Militarium hujusmodi personis idoneis liberè conferre possit.* Et inferius: *Diœcesanorum locorum, & quorumvis aliorum licentia, & consensu minimè requisitis*: quę verba denotant, quod per se, & sine alia requisitione, nec interventione alterius possint administratores perpetui horum Ordinum gerere actus jurisdictionis suprà expressos. D. Salg. *de Reg. Protect. p.* 3. *cap.* 7. *n.* 24. Gloss. *in Clem. plures verb. libere.* Et quamvis videtur opponi huic doctrinæ *cap. Veniens* 1. *de verb. signif. in* 6. Qua constitutione videtur Innocent. IV. velle subjicere Ecclesias cum suis Populis, & Clero horum Ordinum RR. Episcopis; non obstat: quia hoc caput fuit expressè revocatum Bulla citata Martini V. ibi: *Bonæ memorię Innocentij Papæ IV. etiam prædecessoris nostri, & qualibet alia constitutione Apostolica in contrarium edita, non obstantibus.* Nec offendit dispositio S. Concilij Trident. in parte, qua subjicit Regulares ratione Curę animarum, jurisdictioni Ordinariorum: Nam hæc dispositio conciliaris loquitur de Ecclę-

cleſijs Sæcularibus, quibus inſerviunt Regulares: non verò de Eccleſijs Regularibus, quæ reguntur à regularibus, & habent ſuperiorem Regularem, ut contingit in Eccleſijs harum Militiarum: nam qui illis inſerviunt, nullo modo ſunt ſubjecti Reverendiſsimis Epiſcopis: immò omninò ſunt exempti, ut latè probavimus 3. *part.* hujus noſtri Operis, tenet D. Salgado *de Supplicat. ad Sanctiſs. p. 2. cap. 15. per tot.* Nam Concilium non ſolum non derogavit ſuis privilegijs, immò illa approbavit, ut colligitur *ex cap. 5. ſeſſ. 14. de Reformat.* Fr. Emman. Rodrig. *tom. 1. quæſt. regular. quæſt. 36. artic. 3.* & expreſsius *in cap. 20. ſeſſ. 25.* ejuſdem Concilij, ibi: *In cæteris omnibus præfatorum Ordinum privilegia, & facultates, quę ipſorum perſonas, loca, & jura concernunt, firma ſint, & illæſa.*

Quintum fundamentum in eo conſiſtit, quòd licet permittamus privilegia horum Ordinum fuiſſe revocata à Sancto Concilio, & à Bulla noviter expedita ab Innocentio XIII. defendimus tamen privilegia ea horum Ordinum manere in ſuo robore, ex ſequentibus. 1. quia cum Concilium voluit comprehendere hos Ordines, & ſua privilegia, ea ſpecificè expreſſit, & in eo quod non fecit expreſſam mentionem, intelligitur voluiſſe manere in ſua vi, & vigore ſecundum verba relata in num. antecedent. 2. quia Bulla Conſervatoria, qua communiter utuntur Ordines in ampliſsima forma conceſſa Ordini noſtro ad petitionem Philippi II. Regis noſtri, Adminiſtratoris perpetui, quæ incipit: *Dum attentius intra noſtræ mentis arcana recolimus*: & fuit expedita *ann. 1567.* licet in Bullario noſtri Ordinis conſtat fuiſſe expeditam *anno 1566. ſcriptura 1.* confirmat finito jam, & publicato Concilio, omnia privilegia conceſſa Ordini noſtro, & ſpecialiter Bullas Conſervatorias Pontificum Leon. X. & Clement. VII. & per illam S. Pius V. dat facultatem Regiæ Majeſtati hujus Coronæ tanquam adminiſtratori perpetuo, & perſonis hujus Ordinis, ut poſsint nominare Judices Conſervatores adverſus Archiepiſcopos, & Epiſcopos, qui occupaverint ſuam juriſdictionem, bona ſpiritualia, & temporalia; itidem eximit à juriſdictione Diœceſanorum perſonas in univerſum hujus Ordinis, ſuos Conventus, Prioratus, Beneficia, Commendas, jura, juriſdictiones, bona, fructus, & alias quaſcumque res; & ita ſimiliter eximit Officiales, Vicarios, Servitotes, & Vaſallos: & quod ſolùm Judices Conſervatores poſsint cognoſcere ſuper controverſias, quæ motæ fuerint ſuper id cum expreſſa inhibitione Nuntij Apoſtolici Legati à latere Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum Hiſpaniæ, pro nullis habitis proceſsibus, & actis ab his factis ſuper dictas controverſias, ut patet ex citata Bulla.

Ex quo colligitur, quod licet Concilium comprehendiſſet has Militias, non ideò ſua privilegia exemptionis potuerunt intelligi derogata; cum non fuiſſet facta revocatio illorum ſpecificè, & de verbo ad verbum: Et licet revocatio fuiſſet literalis, tamen cum dicta Bulla S. Pij V. ſit poſterior Concilio, & confirmans, ut confirmat relata privilegia, non obſtanti, quod revocata fuerint per Concilia generalia, manſerunt in ſuo robore, & illa concedit de novo per hæc verba: *Omnia, & ſingula privilegia, quæ per prædictos prædeceſſores conceſſa ſunt illis, de novo, eadem authoritate concedimus, & innovamus.* Præterea in Concilio Tridentino nullum decretum irritans invenitur contra Summum Pontificem, immò potius in omnibus relicta eſt ſalva authoritas Sedis Apoſtolicæ *cap. 21. ſeſſ. 25. de Reformat.* Ergo cum expeditio Bullæ S. Pij V. poſterior ſit Concilio Tridentino, omninò præſervavit privilegia antecedenter conceſſa his Ordinibus, licèt fateremur per Concilium fuiſſe revocata.

Sed

Sed dices fortaſsè, quod hæc ampliſsima Bulla S. Pij V. in eo quod diſponit contrarium Concilio Tridentino, manet derogata per aliam poſteriorem expeditat à Gregorio XV. quę incipit: *Inſcrutabili Dei providentia* Romæ data Nonis Februarij 1622. Sed ad hoc reſpondetur Conſtitutionem Gregorianam mentionem non facere harum Militiarum; & licèt faceret, cum non revocet, ut ex ea conſtat, Bullam S. Pij V. cum expreſsione literali contextu ſui tenoris, nihil officit huic conceſsioni: nam ſecundum prædictam Bullam Conſervatoriam ſolùm potuit derogari hac forma, ut conſtat ex ſuo literali contextu in prædicto Bullario *n.* 8. *circa fin.* & addit præterea circunſtantiam, ut ad derogationem in forma ſpecifica concurreret quoque conſenſus Regis noſtri tanquam Adminiſtratoris; & Bulla alio modo expedita nullius eſſet momenti per hæc verba: *Derogationem, revocationem, ſuſpenſionem, & limitationem præfatas nullius eſſe roboris, vel momenti, & quoties illæ emanabant, toties in priſtinum, & validiſsimum ſtatum reſtituta, & de novo etiam ſub quacumque data per ipſum Adminiſtratorem eligenda conceſſa eſſe, & cenſeri, ac vim validi, & ſtipulati contractus inter Sedem, & Militias præfatas habere.* Et privilegia remuneratoria, quæ cauſa onerosa conceduntur, ut ſentit ipſa Bulla, perpetua ſunt, & irrevocabilia, docent P. Thom. Sanchez *lib.* 8. *de Matrim. diſp.* 33. *n.* 3. *& ſeq.* Burgos de Paz *in proœm. leg. taur. n.* 336. Martinez. *lib.* 5. *recopil. tit.* 10. *lg.* 9. *gloſſ.* 1. *n.* 9. *& ſeq. & n.* 11. *&* 16.

Præter quam quod citata Bulla Gregorij XV. non fuit recepta in Hiſpania, ut atteſtatur P. Mendo *de Ordin. Militar. diſquiſit.* 14. *quæſt.* 5. *n.* 58. Eſcaño *in propugnaculo Hieroſol. diſcept.* 13. Joann. Sanchez *in Select. diſput.* 49. *n.* 16. P. Torrecill. *ſobre las propoſiciones condenadas tract.* 2. *de pœnis. conſult.* 4. *num.* 4. Deinde, etſi prædicta Bulla recepta fuiſſet, certum eſt ſuſpendi juſſum fuiſſe motu proprio Urbani Papæ VIII. *dato* 21. *Aprilis anno* 1605. lucrato à D. D. Roderico de Silva, Duce de Paſtrana, Legato Hiſpaniæ, tunc temporis in Urbe Romana; qui motus proprius fuit notus factus per litteras Nuntij Apoſtolici in his Regnis, expeditas *die* 21. *Aprilis anno* 1626. omnibus Archiepiſcopis, & Epiſcopis Hiſpaniæ, attentis gravibus inconvenientibus, quæ experta fuerunt in executione prædictæ Bullæ Gregorianæ, ut inquit Auguſt. Reding. *in ſuis diffuſis operib. tom.* 12. *q.* 5. *art.* 5. Et licet poſtmodum ſupervenit Bulla Clement. X. quæ incipit: *Superna Magni Patris*: data *anno* 1670. quam tradit P. Lacroix *in ſuis Operibus tom.* 2. *fol. mihi* 253. quæ revocat conſtitutionem Urbanam nuper relatam; attamen manet ſuſpenſa ad petitionem Reginæ gubernatricis Regni D. D. Marianæ de Auſtria; quæ quidem Regina certioravit per Epiſtolas Regia manu ſubſcriptas RR. Archiepiſcopis, & Epiſcopis animum ſuæ ſupplicationis, & ſuſpenſionis, nè interim innovarent: de quo teſtificantur Lumbier, Silveira, & Torrecilla *in ſuo tom. de las propoſiciones condenadas.* AA. magnæ notæ, & qui ſubſcripſerunt in illis temporibus: Ob quam rationem, & quia fuerunt docti, & religioſi, credulitatem omni ex parte merentur, ut decrevit Rota in una Areatinæ Commendę *deciſ.* 755. coram Seraphino, & *deciſ.* 230. *n.* 2. coram Penna *cap. Nobiliſsimus* 97. *diſtinct.*

Sextum fundamentum eo nititur, quod etſi Bullæ Gregor. XV. & Clem. VII. eſſent in uſu, & obſervantia, & quod Bulla Innocent. XIII. cum confirmatoria Sanctitatis Benedicti etiam 13. per clauſulas illas generales, nempè: *Necnon quorumcumque Ordinum, & quorumvis Monaſteriorum, Conventuum, Inſtitutorum, &c.* poſſent comprehendi hæ Militiæ, tamen ſua privilegia non poſſunt conſi-

derari derogata, nam privilegia Militiarum fuerunt conceſſa Regiæ Coronæ, & ad inſtantiam Regum prædeceſſorum, veluti D. Ferdinandi Catholici, Caroli V. & Philippi II. tanquam Adminiſtratoribus; quam ob rem non ſufficit derogatio generalis, ut adnotata nuper, ſed opus erat fieri expreſſam mentionem tenoris illorum privilegiorum ob excellentiam Majeſtatis, quæ partes ſuas interpoſſuit ad ea lucranda, *text. in cap. fin. de Offic. Deleg. in 6.* ibi: *Regibus, & Reginis, qui ſicut dignitatis altitudine præeminent, ſic prærrogativa gratię convenit anteferri dumtaxàt exceptis.* Et *in cap. Ne reliqui de privileg. in 6. & in cap. Solitæ, de majorit. & obed.* Hieronym. Gonz. *in regul. 8. Cancell. gloſſ. 9. §. 2. n. 35. & ſeq.* ibi: *Præmaximè cum ante dicta indulta fuerint conceſſa ad inſtantiam Imperatoris Caroli V. & aliorum Regum, & Reginę Hiſpanię, ac proinde minus eſt præſumendum voluiſſe Papam illis derogare in læſionem dicti Imperatoris, & Regum ſupplicantium, quibus propter eorum excellentiam ſemper defertur, & præſervati cenſentur. Potius namque eſt conſideranda perſona illius cujus contemplatione aliquid Papa concedit, quàm ille cui conceditur.* Et quod in eo conveniret ſua Catholica Majeſtas, ut inquit Bulla Conſervatoria citata S. Pij V. *tex. in cap. Ne aliqui de privileg. in 6. Clement. Præſenti de Baptiſm.* Concil. Trident. *ſeſſ. 25. de Reform. cap. 9.* D. Salgad. *de Reg. Prot. p. 3. cap. 10. n. 60.* Nam eo quod ſint uniti Magiſtratus Regiæ Coronæ facti fuerunt jura regalia, ut doctiſsimè probat Gabr. Pereir. *de Man. Reg. 2. p. cap. 66. n. 3.* relatus à Carvallo *Enucleat. 3. Ordin. Militar. comprob. 2. n. 34. fol. 449.* Et ratio eſt, quia unitum aſſumit eſſentiam, & qualitatem ejus, cui unitur, *cap. recolentes de Stat. Monach. lg. 2. lg. Si vacantia, C. de bon. vacant.* Mier. *de majorat. p. 1. quæſt. 10. ex n. 29.* Menoch. *conſil. 28. n. 26 lib. 1.* ibi: *Eam eſſe unionis naturam, ut unita reddat ad eandem eſſentiam.* Ex quibus ſequitur, quod totum, quod opponatur adverſus dignitatem Magiſtratuum, opponitur etiam in præjudicium jurium regalium. Nam non admittitur diſcrimen inter has duas repreſentationes Regis, & Magiſtri, docet Alfar. *de Offic. Fiſcal. gloſſ. 20. n. 6. & ſeq.*

Sed quin neceſſarium ſit recurrere ad tantas, & tam graves circunſtantias, ut relatæ manent in num. anteced. in utroque jure fundatur ratio, qua clauſulæ generales prædictæ Bullę Innocentij XIII. non ſunt, nec debent reputari revocatoriæ privilegium horum Ordinum ob ſpecialem gratiam, qua eos omnibus temporibus Sedes Apoſtolica reſpexit, ut vidimus ex Bullis antea prefixis; ubi non ſolum eos fecit immediatè ſubjectos ipſi Sedi, verum etiam inhibuit expreſsè Ordinarios, & quod magis eſt, Nuntios Apoſtolicos, etiamſi ſint Legati à Latere, & in his terminis conſtans eſt in jure, quod quando Summus Pontifex concedit quoddam privilegium ſpeciale, non intelligitur ab eo revocari, licet illud conceſſiſſet interim, & uſque dum aliud provideretur, licet feciſſet, juſsiſſet per diſpoſitiones generales aliquid contrarium: nec per clauſulas derogatorias generales, quas adjiciat reſcriptis, intelligitur illud derogatum, dummodò expreſsè non fiat mentio illius privilegij, *tex. in cap. 1. de Conſtit. in 6.* tradunt communiter Roman. *conſil. 436. n. 11. & conſil. 326. n. 8.* Decius *conſil. 165. n. 2. & ſeq.* Hieron. Gonz. *in reg. 8. Cancell. gloſſ. 9. §. 2. n. 18.* Tambur. *de jur. Abbat. tom. 1. diſp. 18. quæſt. 6. n. 17. deciſ. Rotæ 524. n. 16. part. 19. Recent.* ibi: *Nunquam cenſetur derogatum per ſubſequentes conceſſiones ſine ſpecifica, & expreſſa mentione, & deciſ. 46. n. 4. & ſeq.* coram Othobono: ergo ſi hoc contingit in eo, quod diſponit Summus Pontifex pro ſuo libito, & libero arbitrio, quid dici debet in caſu, quo conceſſerit privilegia inviolabiliter perpetua,

ut

ut expresè disponit in Bullis suprà relatis, in quibus non solum Summi Pontifex volunt, ut non sint derogata, immò adjiciunt tale robur, vel firmitatem, quod videtur eos voluisse limitare quoque potestatē suorum successorum, ut non possent adhùc ea expresse revocare, ut decantant verba conservatoriæ S. Pij V. quæ literaliter transcripta evadunt?

Sed quamvis reputentur verba generalissima, & valdè comprehensiva Bullæ Innocent. XIII. nempe *quorumvis Ordinum quorumcumque institutorum*, ut intellexit illa Augustin. Barb. *axiom.* 117. ipso non obstanti, nec compræhendunt, nec possunt compræhendere in illa generalitate plusquam personas, tempora, & casus ad quos diriguntur. Quod etiam sensit prædictus Barb. *loc. citat.* cumque animus Sanctitatis Innocent. fuisset loqui de illis Religionibus, & Conventibus, qui licet exempti sunt intra Diœcesim, & hi Ordines Militares sint nullius, & habeant territorium separatum cum proprijs Prælatis, qui exercent omnimodam jurisdictionem Ecclesiasticam in illo, & Ordo noster habeat proprium Episcopum, & destinatum ad exercenda Pontificalia in eo quod pertineat ad consecrationem, vero simile non est Innocentium voluisse compræhendere hos Ordines, qui tam ratione personarum, quam Conventuum, & sui territorij, non reconnoscunt Episcopum Diœcesanum à sua origine, ut per solas clausulas generales, ut ante dictas vellet manere subjectos prædictis Episcopis, tam ad receptionem Ordinum, quam ad licentias Confessorum Monialium, ad observantiam clausurę, vel ad asignandum numerum Religiosorum recipiendorum in Conventibus? Certè minimè credendum est. Non utique negamus, immò libentèr fatemur, suam sanctitatem, prout in eo residet suprema authoritas, & potestas, posse rebocare amplissimas gratias, quæ à S. Sede sunt concessæ in Sacris Militijs; sed tamen interim ac viva vox Oraculi Sanctæ Ecclesię id expresè declaret, quis facile sibi persuadebit, revocatas fuisse per clausulas generales antea relatas? Maturè, precor, respice, & invenies hanc conjecturam esse plusquam probabilem.

Ulterius Bulla citata Clement. X. revocatoria Bullæ Urbani VIII. & confirmatoria Bullæ Gregorij XV. facit expressam mentionem harum Militiarum, ut ex ea apparet, & tenet P. Lacroix *tom. 2. sui operis fol. mihi* 253. sed quid in hoc casu contigit? Hæc Bulla fuit supplicata, & suspensa à Regina nostra gubernatice D. Mariana de Austria, ut suprà diximus: Ergo licet hæc Bulla *Apostolici ministerij* esset confirmatoria illius Clementis (quod nec est, nec de illa facit mentionem, ut videre est in ipsa Bulla) non ideo majorem vigorem recipiebat, immò in quantum confirmatoria esset, debeat metiri executio hujus, ijsdem regulis, quibus illa metitur, juxta Gratian. *discept.* 909. *n.* 172. *decis. rot.* 422. *n.* 3. *partit.* 11. *decis.* 83. *n.* 2. *& seq. part.* 17. *decis.* 557. *n.* 25. *part.* 29. *Recent.* & coram Bechio *decis.* 229. *n.* 17. *& decis.* 521. *n.* 23. *& decis.* 660. *n.* 8. *& potius ad assumptum* in una Turrijana 1. *Octobris* 1717. coram Corsini, ac per consequens si illa Bulla manśit suspensa per supplicationem factam à D. nostra Regina, hæc etiam debet suspendi ijsdem rationibus.

Nec facit aliquid pro executione Bullæ Innocent. XIII. expeditam fuisse ad supplicationem Regis nostri D. Philippi V. nam majestas sua solum interposuit suas preces super negocia, quæ ferebat tractare tanquam Prælatus celosissimus, Emminentissimus Cardinalis Belluga Episcopus Carthaginensis in Sancta Sede, circa observantiam Cleri Sæcularis, & Regularis, ut eum SS. P. benigne audiret, ut pro certo asseritur in allegatione latina, juris, & facti, quæ exposita fuit à Re-

gularibus in Sacra Congregatione Concilij *dub.* 2. *& resolut. n.* 60. Ex quo evidenter sequitur, similem commendationem non sufficere, ut ex illa inferatur, quod regia majestas vellet tollere suspensionem Bullæ prædicti Clementis X. petitam à Regia Gubernatrice, & concessam ab ipso Clemente Papa: Nec credibile est, quod sua regia majestas in conspectu haberet illa inconvenientia, quæ moverunt prædictam suspensionem, nec alia, quæ possent sequi erga magistratus unitos suæ Regiæ Coronæ in usu, & observantia illius Bullæ respectu horum Ordinum: Itaque recomendatio prædicta, quatenus fuit generalis, non ponit quidquam in esse, neque addit circunstantiam, ut desinat suspendi: immò Verosimile est, quod si sua Majestas præsentem habuisset suspensionem Bullæ Clementinæ (quæ adhuc erat minus generalis, quam præfacta Innocentij) non commendasset prædicta negotia D. Cardinali Belluga ob regulam generalem, quam docet Barbosa in terminis mandati generalis *axiom.* 106. *n.* 7. *& seq.* Mantica *de tractatis lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 15. *& seq. & lib.* 7. *tit.* 16. *num.* 3. Roca *disp. jur. cap* 198. *n.* 15. *decis. Rotæ* 195. *n.* 12. Coram Bechio; & multominus si Rex noster intelligeret per hanc Bullam Innocentij deberent intelligi hi Ordines (quorum Superior est, & Prælatus) tanti indulti, & privilegiati à Sede Apostolica ad preces suorum prædecessorum; & maxime si prævideret hæc eadem privilegia revocãda esse post tantum usum, & observantiam, quæ memoriam hominum excedit leg. *legata in utiliter* ff. *de aliment. legat.* Fusar. *de subst it. quæst.* 245. *n.* 39. Barb. *axiom.* 80. *n.* 9. Rota *decis.* 79. *n.* 15. coram Peurengh. *& decis.* 178. *n.* 8. *part.* 5. *& decis.* 234. *n.* 18. *part.* 14. *Recent. & in Castellan. pro aperitione oris* 19. Novembris 1735. minus refert coram Molines: ac denique credendum est, nec intentionem Innocentis, nec Regiæ Majestatis voluisse revocare privilegia horum Ordinum, quibus usi fuerunt tanto tempore cum incremento spirituali in suo genere gubernij, quod observarunt hucusque absque metu scandali; in quibus terminis constans est in jure non posse revocari, vel alterari prædicta privilegia, *text. in lg. in omnibus* §. *non est novum de regul. jur.* Petr. Surd. *consil.* 125. *n.* 25. August. Barb. *axiom.* 93. *n.* 38. *decis. rotę*, coram Burato *decis.* 12. *n.* 11. *& seq.* & in Castellana aperitionis oris 19. Novembr. 1733. & super validitate concordiæ, seu bipartitæ 12. Januarij 1735. coram Molin. leg. *minime* ff. *de leg.* ibi: *Non sunt enim mutanda, quæ certam diu legem habuerunt.*

Obquas rationes, & alias quas expenderem, si mihi per tempus liceret optimè manet fundata denegatio usus expeditionis Bullæ D. Innocentij in eo quod attinet ad Ordines Militares: & meo videri, decisum manet Regio Decreto, quod expedivit Ludovicus I. Rex gloriosæ memoriæ, quatenus mandavit per illud exiqui Bullam, *excepto aquello que fuesse contra la disposicion de el Santo Concilio Tridentino, ò las regalias de su Magestad.* Cum evidens sit hos Ordines esse principalem portionem suæ Regiæ Coronæ. Unde ea exceptio regis decreti clarè comprehendit hos Ordines. Suppono, quod hæc Bulla egebat majori indagatione, individuo, & specifico discursu per omnes numeros illius; siquidem continent res valdè delicatas scrupulosæ conscientiæ in materia Sacramentorũ: Sed ut dixi angustiæ temporis mihi obsistunt, ut possim hoc elaborare, quare illud in mediũ relinquo, & acutiori pennæ commito, pro nunc solũ cupio scriptũ tantisper tuę Dominationi inservire, & quod in omnibus non sim ingratum Regali Consilio, cui ratifico obedientiam, quam intimè ei profiteor. Vestram dominationem custodiat Deus ut deprecor. Die 19. Octobris anno 1726. AN

## AN FAMULI QUI CONTINUO pernoctant, & inſerviunt Conventibus Militaribus in communi, vel in particulari, ſeu quod magis eſt, in Collegijs ſimili modo aſsiſtunt, ſeu commorantur adimpleant præceptum annuale confeſsionis, & communionis in ipſis Conventibus, ſeu Collegijs reſpectivè; vel poſsint eis in articulo mortis miniſtrari Sacramenta, & ſepeliri in ſuis Eccleſijs, vel Cappellis terreis, quin præjudicetur jus Parochiale.

AFfirmative reſolvitur: nam omiſſis alijs rationibus, prima in eo cõſiſtit, quod Parochus à jure nequit adminiſtrare Sacramenta intra clauſtra regularium, etiam ſuis Parochianis: quia adminiſtratio Sacramentorum eſt actus jnriſdictionis, qui in loco exempto à Parocho exerceri non valet ut docet curſus Salm. Moralis. *tom.* 4. *tract.* 18. *de privil. cap.* 3. *punct.* 6. *n.* 214. & id deducit ex eo, quod Regulares in ſuis Conventibus poſſunt conferre ſepulturam in Eccleſia ſui Monaſterij Sęcularibus, qui in eo habitarent, & obirent, quod probat *cap.* 1. *cauſ.* 16. *quæſt.* 1. ibi: *Mortuum non ſeppeliat, niſi Monachum in Monaſterium ſecum commorantem, vel ſi fortuito quemquam advenientium fratrum ibi mori contigerit.* Ubi ex verbo *fratrum* notatur ex Bordon. *reſolut.* 51. *n.* 168. debent intelligi quicumque Sęculares, qui veniunt appellatione fratrum, quia fideles ſunt Authore Chriſologo *homil.* 25. *in Epiſtol. ad Hebr.* Nam Religioſi Laici, de quibus poterat dubitari, an deberet intelligi de illis Verb. *fratrum* manent jam compræhenſi in antecedenti verbo *Monachum*, aliàs ſequeretur abſurdum in locutione illius capitis ſi ſolum Monachos intelligeret poſſe ſepeliri in ſuis Conventibus, vel Monaſterijs.

Secunda, quia AA. gravis notæ id conſtanter defendunt vel uti Ubigant. *in tribunal. Confeſſar. tract.* 12. *exam.* 4. *n.* 41. Lezan. *quæſt. regular. tom.* 2. *verb. Euchariſtia n.* 9. & 10. *verbr ſepultura n.* 33. & *ſeq.* & *tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 26. *n.* 22. referens aliqua privilegia conceſſa Religionibus quoad Commenſales, & inſervientes. Rodrig. *tom.* 2. *quæſt. regular. quæſt.* 68. *artic.* 2. *tom.* 3. *quæſt.* 58. ubi decidit poſſe libere regulares adhuc in vitis Parochis cunferre ſepulturam in ſuis Eccleſijs Familiaribus, & inſervientibus, & Aguſt. Barb. *in collect. ſuper Concil. Trid. ſeſ.* 14. *cap.* 3. *n.* 2. & *ſeſ.* 23. *cap.* 15. citato Armendariz refert deciſſum fuiſſe, regulares poſſe abſque alia licentia, vel approbatione, niſi ſuorum Supperiorum audire confeſsiones fæcularium, qui eis continuo inſerviunt, ut Commenſales, licet non ita de his, qui foras moreantur, etiam ſi continuo inſerviant, ut docet prædictus Barboſa n. 11.

Tota dificultas conſiſtit in eo: qui dicantur ſtrictè Familiares, ſeu continuo inſervientes? verum hanc dificultatem diſſolvit, ut ſolet, Proſper. Fagnan. *in cap. ex part. de privileg. n.* 36. & 37. quem ſequitur inſignis Theologus, & celebris commentator 6. *decretal.* Mag. Fr. Petrus Maria Paſſer. *in ſuo doctiſsimo opere de ſtat. tom.* 2. *inq.* 157. *artic.* 1. *inſpect.* 1. *dub.* 15. & *tom.* 3. *de Monial. cap.* 10. *num.* 233. ubi fundat ſtrictè Familiares dici regularium, qui aliti ſunt ſuis expenſis, & continuo vivunt intrà domos Regulares, & quod gaudent exemptione perſonali dum ſunt tales Commenſales, de quibus loquitur Tridentin. *Seſ.* 24. *cap.* 11. Ex quo ſequitur illos habere in ſui favorem exemptionem localem, & perſonalem, ut Parochus nequeat habere illum jus ad adminiſtrandum eis Sacramenta, neque ad conferendũ eis ſepulturam, neque petendum quartam funeralem, licet quoad hanc ultimam partem aliquod dubium excitetur inter AA. conſtituendo diſcrimen inter jus ſepeliendi, & quartam funera-

ralem, ut vult Gabriel. citatus à Pignatel. *tom.* 4. *conſult.* 204. *n.* 18. (cui aſſentit, etſi in terminis diverſis) quod Parocho debetur cumque ſit quarta funeralis juxta *text. in Clement. Dudum de ſepult. cap.* 1. *cap. de his* 4. *cum alijs eod tit.* & ideo vocatur quarta parochialis *in dict. Clement.* §. *verum cap.* 1. & 2. *de ſepult. in* 6. Nam juxta Lezan. *dict. tom.* 2. *queſt. regul. verbo quarta funeralis. n.* 10. non debetur quarta funeralis à regularibus (adhuc loquendo in terminis juris communis) in multis caſibus, quos excipiunt communiter DD. inter quos caſus 14. eſt unus, quando ille, qui habet ſepulturam in aliquo loco exempto, non potuit recipere per longum tempus ſacramenta à ſuo Parocho, vel Parochia, ut contingit Familiaribus Monaſteriorum, quibus ea adminiſtrat Prælatus Monaſterij, ubi continuò morantur, ut receptum eſt in praxi communiter. Cui accedit, quod cauſa adminiſtrationis Sacramentorum eſt una, & connexa cum jure ſepeliendi, & quartæ funeralis; quod ſi regulares, aut jure communi, aut privilegio poſſunt adminiſtrare Sacramenta, eis debet competere jus ſepeliendi, & quarta funeralis: quia ob illam cauſam Parocho conceditur quarta funeralis Parochianorum, per textum vulgarem in *ſecundæ ſecundum naturam* 10 *ff. de regul. jur.* docet cum Tambur. *de jur. Abbat. tom.* 1. *diſput. quæſit.* 11. *n.* 2. Lezan. *abi nuper n.* 2. & optimè Pignatel. *tom.* 4. *conſult.* 149. *n.* 6. Curſ. Salmant. Moral. *loc. citat.* Rodrig. *quæſt. regular. ubi ſuprà.*

Ex quo evidenter ſequitur, quod regulares habentes privilegium, ut poſsint conferre ſepulturam ſuis Familiaribus in Eccleſijs ſuorum Monaſteriorum, valent etiam adminiſtrare illis Sancta Sacramenta, etiam in præcepto annuali, & in articulo mortis, atque etiam poſſunt per participationem omnes alij, qui privilegium non habeant, tenet Rodrig. *tom.* 2. *quæſt. regular. quæſt.* 68. *artic.* 1. & Alexand. IV. conceſsit id Ordini Carmeli, & Clemens IV. Ordini Minorum, & Gregor. XI. Ordini Prædicatorum, in quo etiam illis concedit poſſe conferre ſepulturam ſuis Familiaribus in ſuis Conventibus: & in terminis præcepti annualis, illud affirmant Ubigantius *ubi ſuprà* Lezan. *dict. tom.* 1. *quæſt. regular. part.* 2. *cap.* 16. per privilegium Papæ Leonis X. conceſſum Ordini D. Franciſci de Paula, & amplius probatur: quia adhuc ſecluſſo privilegio, juris eſt, quod privilegium conceſſum alicui, debet intelligi etiam conceſſum ſuis Miniſtris, ut deducitur *ex text. in leg. adminiſtrantes in princ. p.* & ibi: Barthol. *ff. de excuſat. tutor.* & docet Rodrig. ergo habentes regulares per ſe, & ſibi privilegium adminiſtrandi Sacramenta, & conferendi ſepulturam habitantibus in ſuis Monaſterijs, intelligi debet de ſuis Famulis, & Miniſtris, qui illis inſerviunt; & hoc patet *ex Clement. dudum* §. *fin. de ſepult.* ubi prohibetur regularibus, ſepelire ſæculares in ſuis Monaſterijs ſine licentia Parochi, expreſſe advertitur, non ideo intelligi derogata privilegia, quæ haberent regulares miniſtrandi Sacramenta, & præſtandi ſepulturam ſuis Familiaribus, & domeſticis.

Erga Ordinum noſtrum eſt expreſſum privilegium Alexandri III. inſertum in Bulla confirmationis, quæ ita inquit: *Liceat propterea vobis in locis veſtris ubi quatuor Fratres, vel plures fuerint oratoria conſtruere, in quibus Fratris, & familiæ veſtræ tantum, & Divinum Officium audire, & Chriſtianam poſſint habere ſepulturam*: que verba ibi: *Et familiæ veſtræ tantum* comprehendunt Familiares, & domeſticis, ut intellexit D. Ramirez *in expoſit. dictæ Bullæ confirmant*, quin obſtet ſubſequens clauſula ibi: *Ita enim volumus neceſſitati veſtræ conſulere, ut non debeant ex hoc adjacentes Eccleſiæ injuriam ſuſtinere.* Siquidem hæc clauſula non poteſt non intelli-

gi

gi de alio præjudicio, quam jam expræſſo in anterioribus proximis verbis. Juxta Barboſ. *de clauſul. clauſul.* 157. *n.* 5. ubi refert pro hac intelligentia plures AA. in ſimili clauſula, *ſine præjudicio*, quam exponit in illis verbis, *familiæ veſtræ tantum* dictæ Bullæ proculdubio videntur comprehendi domeſtici, aut Familiares hujus noſtri Ordinis, aliàs eſſent inutiles, quippe profeſsi Regulæ D. Jacobi jam erant compræhenſi à Summo Pontifice in illo Verbo *Fratres*, in quo compræhenduntur Clerici, & Laici: Et cum hæc Bulla Confirmationis ſit renovata, & confirmata poſt Concilium Trident. à S. Pio V. ſine dubio videtur hunc Ordinem habere privilegium ſepeliendi Familiares ſuos; & cum ſit annexum juri præſtandi ſepulturam, jus adminiſtrandi Sacramenta, ut ex dictis conſtat, ſequitur, quod habens Ordo illud, debet habere hoc alterum, licet fateamur ei expræſsè non fuiſſe conceſſum; quod poteſt dubitari per illa verba: *Divinum audire Officium*, quæ poſſunt compræhendere adminiſtrationem Sacramentorum, quia ubi adimpletur præceptum audiendi Miſſam, ibi etiam eſt onus miniſtrationis Sacramentorum, & in hoc ſenſu poſſunt dici Parochiani Monaſterij, licet in articulo mortis adminiſtratio Sacramentorum pertineret ad alium Parochum, ut videtur intelligere Pignatell. *dict. tom.* 4. *conſul.* 3. *num.* 5.

Sed adverſus prædictam doctrinam, forte poteſt argui ex Doctrina DD. qui cum Pellizar. firmant, quod ſi accidentaliter ægrotaret intra Monaſterium quidam Parochianus ſæcularis Parochus illius habet actionem adminiſtranda Sacramenta intra ipſum Monaſterium; ſed Paſſerin. *loc. cit. inſpect.* 3. *n.* 894. ex doctrina Navarr. *in cap. placuit n.* 48. *de pœnit. in* 6. & Panormit. *in cap. in noſtra de ſepult.* & Fagnan. *in cap. ſignificavit n.* 32. prædictam opinionem Pellizar. & DD. impropriat; tamen *num.* 895. inquit prædictus Paſſerin. quod ſi ipſe Parochianus moriretur in Monaſterio, deberet deduci ad januam ipſius Parochiani corpus, ut Parochus uteretur jure ſuo præſtandi ei ſepulturam, etſi decederet eligendo illam intra Monaſterium, ad Parochum pertineret quarta funeralis. Sed hæc doctrina multum offendit privilegia regularium, & exemptionem localem in arbitrando modum deducendi cadaver ad januam; ultrà quod caſus, qui apponitur, eſt accidentalis, & momentaneus. Nos autem apponimus caſum Familiarium continuo commorantium, ac inſervientium in Monaſterio, qui toto Cœlo diſtat ab illo; unde nihil officit noſtro aſſumpto prædicta doctrina.

Cæterum doctrina eſt valdè recepta, quod regulares, tam ob ſua privilegia, quam ob rationes à jure communi deductas, poſsint ſuis Familiaribus Sacramenta adminiſtrare, ut colligitur ex AA. qui hanc materiam tractarunt, veluti Ubigant. & Lezan. *ubi ſuprà*; & in Ordine noſtro ultrà Rodrig. jam citat. & in alijs Militaribus conſtat ex Bullis Martini V. & Leon. X. in quibus compræhenduntur expræſsè habitantes omnes in ipſis Monaſterijs, ibi: *Vos, Monaſteria, & loca cum omnibus perſonis, membris, rebus, bonis, juribus, & pertinentijs ſuis, thenore præſentium, prorſus eximimus, ac etiam plenariè liberamus.* Hæc Martin. V. & Leo Papa X. in Bulla, qua conceſsit Uclentibus, & Legionenſibus Fratribus Clericis, ut poſsint veſci lacticinia in Quadrageſsima, & eligere Confeſſorem ſimplicem Sacerdotem, compræhendit etiam domeſticos, & Familiares, ibi: *Necnon vobis, & Familiaribus, ac ſervitoribus veſtris*, ex quo evidenter infertur, quod quando privilegia tanta non excludunt domeſticos, & Familiares; immò eos ex-

expreſsè comprehendunt, non poſſe non eſſe compræhenſos in alijs minoribus privilegijs, ut docet Lezan. *dict. tom. 2. verb. ſepult. num.* 34. & 35.

Ex quibus jam præjactis rationibus Monaſteria omnia Militaria inconcuſſe utuntur privilegio administrandi Sacramenta ſuis Familiaribus continuò inſervientibus, & commorantibus intra ſepta eorum, illicque adimplent præceptum annuale, confitendi, & communicandi ſacramentaliter, & in articulo mortis, eis hæc Sacramenta cum extremauntione, adminiſtrantur per ipſos Religioſos, & in Eccleſijs Monaſteriorum ſepeliuntur, ut vidimus, & de hac conſuetudine teſtamur; dubium tamen poſſet oriri, ut de facto ortum fuit circa Collegia Militaria Ordinum Salmanticæ exiſtentia; quia aliqua habent Cappellas terrias, ut eſt noſtrum, & Calatravenſe; alia verò duo Sancti Joannis Hieroſolimitani, & Alcantarenſe pronunc tantum habent oratoria, & omnia habent Famulos ſæculares continuò inſervientes, & pernoctantes in ipſis Collegijs. An ſi defacto ab initio Collegiorum præceptum annuale adimplebant in ſuis reſpectivis Parochijs, & in illis ſepeliebantur, intelligatur amiſſum privilegium? Et an ſi ipſi Famuli inſerviant Collegis, ut ſingulis, debeant gandere ipſo privilegio? Et ratio dubitandi procedit ex doctrina Rodrig. *dict. tom. 2. quæſt. regular. quæſt. 68. artic. 1. in fin.* qui tenet in numero Famulorum regularium non contineri, qui inſerviunt perſonis particularibus, ſed tantum hi, qui inſerviunt Communitati, vel authoritate Prælati recipiuntur: quod minime videtur verificari in Collegijs Militaribus, ubi arbitrio, ut in plurimum Collegarum recipiuntur, & excipiuntur. Et hoc dubium augetur ex Concil. Trident. *ſeſſ. 24. cap. 11.* ubi præcipitur, quod privilegia conceſſa exemptis, ſibi non proſint, niſi habeant conditiones, quæ exprimuntur in dict. cap. 11. ibi: *Exceptis tamen his, qui prædictis locis, aut Militijs actu ſerviunt, & intra eorum ſepta, ac domos reſident, ſubque eorum obedientia, vivunt*: Ex quibus verbis patet comprehendi Militias expreſsè, ſivè Ordines Militares; & patet etiam, quod licet ipſi Famuli actu ſerviant, & intra ſepta Collegij reſideant, non verificatur aliud requiſitum, nempè vivere ipſos Famulos *ſub obedientia*, quod petit Tridentinum, ac perconſequens non poſſe comprehendi ipſos Famulos Collegiorum Militarium in illa exeptione Tridentini.

Huic duplici dificultati reſpondendum eſt ſuo Ordine: Primæ reſpondemus fatendo privilegia amitti per non uſum *Cap. ſi de terra cap. de accedentibus de conſtit. cap. 4. cum Vulgat. de preſcript.* Sed cum hac diſtintione, quod aut privilegium eſt contra jus commune, & in præjuditium tertij, aut eſt in forma gratioſa conceſſum: Si illo modo certum eſt, per non uſum amitti; ſi verò hoc, per non uſum non derogatur ex doctrina Curſ. Salmanticenſ. Moral. *dict. tom. 4. tract. 18. de privil. cap. 2. punct. 2. §. 2. num.* 13. cum Lezan. Suarez, Garc. Palao, Tambur. & alijs. Et hujus generis eſt privilegium conceſſum regularibus, de quo agimus, ſed permitto hoc privilegium non eſſe mere gratioſum, ſed aliquo modo præjuditiale juri Parochiali adhuc non debet intelligi derogatum per non uſum; quia privilegia regularium non amittuntur, niſi animo renuntiandi, ut ſentit Lezana, *tom. 2. quæſt. regular. verb. privileg. regular. n.* 16. Rodrig. *tom. 1. quæſt. regular. quæſt. 55. artic. 19.* & rectè colligi debet, quod licet Collegæ Militares permiſiſſent ſuis Famulis, ut adimplerent præceptum annuale in Eccleſia Parochiali, in qua

ſi-

ſitum eſt Collegium, noluerint renuntiare prædicto ſuo privilegio. Præterquamquod doctrina à pluribus recepta eſt, & quaſi communis, ut ait prædictus Curſ. Moral. Salmant. *ubi ſuprà* §. 3. *n.* 22. non poſſe amitti privilegia conceſſa uniReligioni, etiam ſi unum Monaſterium ipſo non utatur, dummodo alia ejuſdem Religionis eo utantur, ut contingit in Domibus Matricibus ipſorum Ordinum Militarium, ut teſtamur de Domo Regia Uclenſi, & Sancti Marci Legionenſis. Et licet de hac mentio non fiat: quia habet Baptiſterium in illa vero non eſt, & ſic dici valet per illam domum conſervari privilegium quamvis concederemus Collegium noſtri Ordinis eo non fuiſſe uſum; ultrà quod certum non eſt ab initio Famulos fuiſſe Collegis particularibus inſervientes, ut poſteà videbimus, nec certè conſtat de conſuetudine ex poſt facto, ac Famuli particulares pro unoquoque Collega recepti fuerint. Deinde poteſt dici privilegium Ordini Divi Jacobi conceſſum ad præſtandam ſepulturam, & miniſtranda Sacramenta ſuis Familiaribus, nullum præjudicium afferre Parochis: nam ipſi famuli, aut degerent in alia Communitate, aut fortè Salmanticæ non commorarentur: ac denique domus Ordinum, licet ſint in Parochia, non ſunt de Parochia virtute omnimodæ exemptionis, jam relatæ: quo manet ſoluta prima difficultas.

Secundæ difficultati deductæ ex doctrina Fr. Rodrig. *ubi ſuprà* reſpondetur, quod licet certum ſit, Famulos Collegialibus inſervientes, ab illis recipi, & excipi, tamen Rector, ut Prælatus, cui debent obedire Collegæ, poteſt rejicere, vel non admittere Famulum, quem viderit non convenire; quia nulla voluntas eſt in inferioribus, niſi voluntas Prælati. *Cap. Non dicatis* 12. *quæſt.* 1. Præterea Famuli Collegiorum Militarium, qui inſerviunt particularibus, debent reputari tanquam Familiares illius Communitatis cum tegumento proprio illius, & in eorum locum debent intelligi ſubrogati; quamvis aliqui pro honore Communitatis cum tegumento proprio ſint recepti: Et hoc patet ex conſultatione, quam fecit noſtrum Collegium Salmantinum anno 1599. doctiſſimo Magiſtro Bañez primario Sacræ Theologiæ hujus Univerſitatis, & Doctori Gallego Veſpertino Canonum Moderatori ejuſdem Univerſitatis, & illis in hunc modum conſultum fuit nempè conſtitutiones dicti Collegij præcipere in eo exiſtere quinque Familiares, & tunc temporis non exiſtere, ſubrogatione facta (in locum duorum, vel ſaltem trium, quia additus fuit unus proviſione Regalis Conſilij Ordinum) in Famulos particulares Collegialium; & hoc poſito: an tua conſcientia, poſſet ſequi, ſeu ſervari deſumpta providentia? Et ipſi viri docti reſponderunt, potuiſſe fieri prædictam permutationem, ſeu deſumi præfatam providentiam tuta conſcientia, & proſequi in ea obſervanda; quia ipſi, qui deſumpſerunt illam providentiam non fregerunt, niſi in parva materia ſtatutum, maximè cum conſtaret, Portioniſtas quoſdam fuiſſe in dicto Collegio, qui adjuvabant prędictos Familiares, qui nullo modo poterant bene inſervire per ſe ſolos omnibus Collegialibus: quæ conſultatio, & ejus reſponſum viſum fuit in Cappella congregata prædicti Collegij *die* 21. *Novembris dicto anno* 1599. ex quo poteſt argui, quod ſi ſubrogatus debet ſequi naturam ejus, in cujus locum ſubrogatur. Tex. *in lg.* 1. §. *hæc actio.* 10. *ff. ſiquis textam. Liber eſſe juſſus eſt.* tenet Barb. & Jaſon. in *lg. licet*, *num.* 25. *ff. de legatis* 1, notant communiter Canoniſtæ *in Cap. Eccleſiæ* 3. *ut lite pendent.* Famuli inſervientes particularibus Collegialibus, qui ſub-

10-

rogati fuerunt partim in locum Familiarium cum tegumento proprio Communitatis, debent gaudere ijſdem privilegijs, ac iſti: Ergo ſi iſti ſemper adimpleverunt præceptum annuale in Cappella Collegij, & aliàs ſepeliuntur in eadem, ita ſimiliter, & illi debent gaudere prædictis privilegijs.

Nec obſtant verba *Cap.* 11. *ſeſſ.* 24. Concil. Trident. quia illis reſpondetur cum P. Lezan. *tom.* 1. *p.* 2. *cap.* 16. *n.* 14. qui tenet ea verba Concilij *ſub obedientia vivunt*, non debere intelligi de obedientia religioſa, ſed de obedientia ſervili, quam præſtant Famuli Heris ſuis; quod comprobat ex ſequentibus verbis Concilij ibi: *Sive his, qui legitimè, & ſecundam regulam earumdem Militiarum profeſſionem fecerint*; quæ verba fruſtranea eſſent, ſi in anterioribus eſſent comprehenſi jam, qui morabantur ſub obedientia religioſa; aut inferretur abſurdum, quod domeſtici, & Familiares, de quibus loquitur Tridentinum, eſſent regulares; quod minimè dicendum: ergo cum verificentur duo requiſita Tridentini in Famulis, qui inſerviunt Collegialibus, *nempè quod actu ſerviant, & intra Collegiorum ſepta vivant*, non poſſunt non gaudere privilegio conceſſo Famulis Regularium. Quod magis ſuadet ex ipſo Trident. Pignatell. *dict. tom.* 4. *conſult.* 196. *n.* 27. cum docet regulares ſecluſſo privilegio, non poſſe extra caſum neceſsitatis miniſtrare Sacramenta, niſi ſuis Familiaribus continuò inſervientibus.

Nec iterum obſtat deciſio Sacræ Congregat. Concil. *die* 20. *Februarij ann.* 1576. quam citat Gabant. *in Manual. verb. Euchariſtia n.* 24. qui atteſtatur definiiſſe, Famulos ſæculares Regularium teneri ad communicandum in tempore paſchalis in propria Parochia; quamvis digant ipſorum Monaſterijs. Sed licet hæc deciſio videatur oppoſita noſtræ aſsertioni, reſpondendum eſt cum prædicto Lezan. *ubi ſuprà verb. Euchariſtia num.* 8. prædictam deciſionem (quidquid ſit, an ſit authentica) intelligendam eſſe de illis Famulis Regularium, qui ſimile privilegium non habent. Aut alio modo poteſt reſponderi, quod cum certum ſit, nullam legem obligare, niſi recepta ſit: quia conſuetudo contraria eſt ſignum, quod non fuit recepta, prout eſt melior Interpres legum, & ſtatutorum, ut notant Interpretes *ad text. in leg.* 1. *leg. de interpretatione* 37. *ff. de legib. cap. cum dilectus* 8. *de conſuet.* nullos Regulares prædicto modo privilegiatos eam obſervare affirmamus: nam omnes adminiſtrant Sacramenta ſuis Famulis, & Sepulturam eis præſtant, ſi intra clauſtra vivunt: ergò prædicta declaratio Concilij non fuit recepta à Regularibus: nam aliàs credendum non eſt, tot viros doctos, ac valde Religioſos contrariam praxim ſervaſſe, aut de ea authentice non conſtitiſſe venia prædicti Gabant. Denique poteſt dici, Famulos Collegialium particularium Militarium tanquam ſubrogatos, ut diximus, loco Familiarium cum tegumento proprio Communitatis, non poſſe eſſe comprehenſos obrationes ſupra traditas.

Ex quibus, & alijs rationibus conſultus ego *die* 30. *Martij anno* 1734. reſpondi, probabiliſsimum eſſe, poſſe miniſtrari Sacramenta Famulis particularibus Collegialium cum domeſticè vivant, & continuò inſerviant in Collegio, tam in tempore Paſchali, quam in articulo mortis, & quod poteſt eis conferri ſepultura in Cappellis eorumdem Collegiorum, non obſtante quod aliud practicatum fuerit, ut decidit Paſſerin. *ubi ſuprà artic.* 4. *inſpect.* 5. *dub.* 8. Cui meæ reſolutioni in omnibus ſubſcripſerunt R. P. Fr. Joſephus Barrio, Sacræ Theologiæ meritiſsimus

Pri-

Primarius, Ordinis Prædicatorum Magiſter Generalis, & in hac Alma Univerſitate Magiſter doctiſsimus, & altiora præmia benemeritus, die 2. Aprilis prædicti anni, & Doct. D. Joſephus Flores del Valle, digniſsimus Moderator Canonum Veſpertinus, die 8. ejuſdem menſis Aprilis prædicti anni, cum quibus tantis Magiſtris in mea ſententia ſubſiſto.

---

QUO FINIS MANET IMPOSSITUS HUIC TERTIO TOMO, & parti quartæ, & quintæ. Utinam hic contenta cedant in profectum omnium noſtrum, & in honorem Dei, ac Beatæ Mariæ ſemper Virginis ſine labe peccati originalis conceptæ, ac Beati Jacobi Majoris Cebedæi filij, Hiſpaniarum Patroni, ac mei Parentis: atque ſimul Aquilæ Doctorum Div. Auguſt. quam Regulam Canonicorum Regularium profiteor: & omnia dicta, & cogitata S. C. R. E. correctioni ſubjicio.

# FINIS.

# INDEX

# INDEX RERUM NOTABILIUM, QUÆ IN HOC TERTIO TOMO, ET QUARTA, ET QUINTA PARTE CONTINENTUR.

*Prior numerus denotat* Part. Tract. *secundus, tertius* Quæst. assert. vel cap. *quartus* numerum margin.

## A

### Advocatus.


*Quid sit Officium Advocati, & quare in Republica introductum.* 4. 1. 5. 1.

*Laudatur munus advocationis, & exprimitur ratio, quare dignitati Sacerdotali, & maximè Religiosis non convenit hoc munus exercere in Tribunalibus sæcularibus, ac quod à Jure Civili prohibitum est.* ibid.

*Probatur etiam esse prohibitum Jure Canonico, & Regni.* ibi: n. 3.

*Exprimuntur decem, & septem casus, in quibus præfata prohibitio locum non habet.* ibi: à n. 4. usq. ad 24.

*Ex diffinitione advocationis fit illatio, prædictam prohibitionem locum etiam non habere; cum Clericus intervenit allegationibus juridicis suadens partibus, ut contractus iniatur.* ibi: n. 25. & 26.

*Neque etiam, in casu, quo alleget jura partium, coram arbitratore.* ibi: n. 27.

*Neque etiam, in casu, quo allegationes domesticas, & consultationes privatim expediat.* ibi: n. 28.

*Casum num. anteced. etiam extendunt aliqui AA. ad Episcopos, & Cardinales, & ad eam, qui in privato studio petitiones facit, sed hanc extensionem Author non probat.* ibi: n. 29.

*Fit summarium præcedentium prohibitionis limitationum.* ibi: n. 30.

*Deducitur conclusio; nempè Clericos Fratres Militarium Ordinum posse in casibus præmissis non ultrà disceptare in foro sæculari.* ibi: n. 31.


### Appellatio.


*Appellatio à sententia diffinitiva Judicum Conservatorum Ordinum Militarium, si interponatur, coram Summo Pontifice tantùm interponi debet.* 4. 1. 2. 25.


## B

### Bulla.


*Ad litteram refertur Bulla Julij II. quæ incipit:* Ex debito ministerij Pastoralis, *pro capacitate Fratrum Clericorum Militarium ad Senaturas Consilij Ordinum.* 4. 1. 4. 84.

*Duo prænotantur pro expensione præfatæ Bullæ, primum ad exercendam jurisdictionem spiritualem uniuscujusque Militiæ: Personam in singulari peti, & concedi, non personas, & fundatur unicam sufficere, secundum eam idoneam esse debere, hoc est, dignam ex AA. hic relatis.* ibi: n. 85.

*Etiam præmittitur discutiendum, quod munus Consilij Ordinum sit in exercenda jurisdictione spirituali, & Author sen-*

*tit, esse Vicarij Generalis D. Magistri, & ex const. Clem. VIII. & Urb. VIII. resolvit in Regnis Castellæ, & Legionis, qui hoc munus exercet debere esse in Sacris constitutum.* ibi: n. 86.

*Refertur, quod licet jure antiquo, tonsuratus poterat Vicariatum Generalem exercere, Laicus tamen numquam potuit.* ibi: n. 87.

*Ex quibus fit illatio pro Fratibus Clericis.* ibid. & n. 87.

*Bulla Leonis X. quæ incipit*: Præclaræ devotionis sinceritas: *pro prædicta capacitate etiam ad litteram refertur.* ibi: n. 88.

*Ex verbis hujus Bullæ nempe*: Spiritualia videlicèt per Ecclesiasticas; temporalia verò, per sæculares idoneas earumdem Militiarum, & Ordinum personas: *concludenter arguitur.* ibi: n. 89.

*Bulla Adriani VI. unionis Magistratuum Regiæ Coronæ incipiens*: Dum intrà nostræ mentis Arcana: *Aquiles contrariæ sententiæ etiam ad litteram refertur.* ibi: n. 90.

*Præstantur rationes ex illa à contrarijs deductæ nempe*; *Sanctitatem Adriani Milites tantum præ oculis habuisse, ut tam jurisdictio Ecclesiastica Ordinum, quam temporalis ab illis exerceretur, non autem à Fratribus Clericis, & quod sic fuit ad praxim reducta.* ibi: n. 91.

*Expenduntur duo fundamenta præfatæ intelligentiæ, sed eorum defectus ex Bullæ verbis, & ex alijs rationibus convincitur.* ibi: n. 92.

*Quædam instantia solvitur.* ibid.

*Ex verbis in traductione Bullæ notatis nempe*: Ea quæ spiritualia concernunt per personas dictarum Militiarum Religiosas: *demonstratur in usu, & praxi debuisse recipi pro Fratribus Clericis, non pro Laicis.* ibi: n. 93.

*Amplius demonstratur praxim desumptam ex relata Bulla nec convenire gubernationi antiquæ ipsorum Ordinum, nec noviori in pluribus actibus hic expensis.* ibi: n. 94.

*Amplius demonstratur in Bullæ verbis*: Per personas Religiosas earumdem Militiarum: *intelligi debuisse Fratres Clericos, potius quam Laicos, & varia jura allegantur.* ibi: n. 95.

*Alia reflexio supra eadem verba collata cum alijs ipsius Bullæ adducitur convincens Militias divisim debere gubernari, non conjuntim.* ibi: n. 96.

*Adducitur in confirmationem assumpti, litteralis transcriptio Bullæ Sixti V. pro unione Magistratus Montesiani*, superni dispositione Consilij; *incipientis.* ibi: n. 97.

*Notatur modus loquendi prædictæ Bullæ in verbis*: Cum eo quod tàm Philippus, quam alij Administratores; *conditionem importantibus per personas Regulares ipsius Militiæ jurisdictionem spiritualem exercendam esse*: *ex quo arguitur Summum Præsulem de Fratribus Clericis loqutum fuisse, non de Laicis.* ibi: n. 98.

*Additur cum Domino Salazar*: *Fratres Clericos Montesianos non solum æquales esse equitibus Laicis in voto, & fede, verum etiam in bonis, & profectibus Ordinum, officiaque, exercuisse purè Temporalia, & citatur dictus Salazar, cum Samper, qui longum Cathalogum eorum faciunt, ex quo infer idem dicendum esse de alijs Fratribus Militaribus.* ibi: n. 99.

*Duæ Bullæ Sancti Pij V. quas contrarij etiam adducunt pro sua sententia incipientes*: Exponit nobis nuper fecit; *etiam litteraliter transcribuntur.* ibi: n. 100. & 101.

*Ex præjactis Bullis plura deducit Author in contrarios, ac nihil facere in eorum favorem attestatur.* ibi: n. 102.

*Traditur in confirmationem mandatum D. Mag. Laurentij Suarez de Figueroa pro electione Prioriſſæ Conventus* de Junqueras. ibi: n. 103.

*Notatur in hoc mandatum verbum*: in talibus: *ex quo & ex alijs ipsius varias reflexiones assumptum convincentes efformat Author.* ibi: n. 104.

*Pro Choronide refertur decretum in favorem D. Ildephonſi à Torralva Clerici Fratris, expeditum anno* 1702. *à D. Rege Philippo V. ut Conſiliarius reciperetur dicto Conſilio.* ibi: n. 105.

*Ad Litteram etiam traditur aliud Regium Decretum circa hoc præfati D. Regis, quo præcipitur dictum D. Ildephonſum recipi in Conſilio debere, nullis alijs probationibus ab ipſo factis, quam quę in ingreſſu Ordinis factæ fuerant.* ibi: n. 106.

*Supplicatione ab anteriori Decreto à Conſiliarijs facta, expeditum fuit aliud à præfata Regia Majeſtate præcipiens:* Executeſſe lo reſuelto, pues no ay eſtablecimiento formal contra ello. ibi: n. 107.

*Alia ſupplicatiane à majori Conſilij parte facta, repetitum fuit aliud, & in Conſilio publicatum fuis anno* 1709. *die* 3. *Novemb. idem præcipiens.* ibi: n. 108.

*Poſtremum Decretum ad idem aſſumptum expeditum ob aliam ſupplicationem Conſiliariorum ad litterã etiam expenditur, in quo oſtendit Regia Majeſtas magnam indignationem, & perpetuum ſilentium imponit.* ibi: n. 109.

*Ex prædictis decretis deducit Author rem judicatam pro capacitate Fratrum Clericorum ad Senaturas Conſilij Ordinum.* ibi: n. 110.

*Speciales Bullæ Conſervatoriæ noſtri Ordinibus Militaribus, atque etiam S. Joannis Hieroſolymitani conceſſæ citantur.* 4. 1. 2. 10.

*Probatur citatis Bullis nihil fuiſſe detractum per conſt. Clem. VIII. quæ incipit* Sanctiſsimus: *anno* 1592. *nec per conſt. Greg. XV. anno* 1566. *ſimiliter incipientem.* ibi: n. 11.

*Aliæ probationes hujus aſſerti, ac etiam ſpecialis Bulla S. Pij V. noſtro Ordini conceſſa, & litteraliter tranſcripta adducuntur.* ibi: n. 12. & 13.

*In contra arguitur dictas Bullas intelligendas eſſe juxta Conſtitutiones præfatas Greg. XV. cum eas expreſſerit.* ibi: num. 14.

*Amplius ex conſt. Gregor. arguitur.* ibi: n. 15.

*Reſpondetur fundamentis contrariæ opinionis.* ibi: n. 16. 17. & 18.

*In hac ſententia valdè limitatę manent relatæ Bullæ.* ibi: n. 19.

*Forma conceſsionis Bullarum Conſervatoriarum Ordinibus Militaribus conceſſarum refertur.* ibi: n. 20.

*In præſtita ſententia Religioſi Militares non poſſunt alios ut reos coram ſuis Judicibus Conſervatoribus convenire, cum illud prohibeat conſtitutio Gregor. ſed tantum ipſi conveniri, & alios injuriam, aut manifeſtam violentiam in bonis, vel perſonis inferentes, ut actores convenire.* ibi: n. 21.

*An Bulla* Apoſtolici Miniſterij *quę ad Litteram à fol.* 349. *Refertur comprehendat Ordines Militares nec ne? & acuratè, & fusè diſcuſa per ſingulis illius partes reſolvit Author quod non.* 5. 4. 2. *à fol.* 369. *uſq. ad* 388.

*Ad Litteram etiam refertur Bulla Innocent. XII. circa aprobationem confeſſariorum virtute Bullę Cruciatę in confeſſionibus audiendis.* 5. 4. 2. *fol.* 362.

# C

## Clauſura.

*Stabilitur ſententia affirmans, Moniales Ordinum Militarium teneri ad obſervandam clauſuram ex Trid. & pluribus AA.* 5. 3. quæſt. unic. n. 1.

*Quoad Moniales noſtri Ordinis refertur cap.* 12. *ſtabilim. tit.* 14. ibid.

*Pro his & contraria ſentencia mordicè pugnat Mag. Baſilius Ponce affirmans plurima Conſilia ſe vidiſſe inſignibus Magiſtris expedita in confirmationem ſuæ ſententiæ, quorum Cathalogus hic refertur.* ibi: n. 2.

*Proponitur ſolutio, quam hic Author preſtat argumento, quod fit ex cap.* 22. *Concilij Trid. ſeſſ.* 25. *addit conſt. Bonifacij VIII. De Clauſura Monialium loquentem non fuiſſe, nec in Hiſpa-*

*pania, neque in Gallia receptam.* ibi: n. 3.

*Circa motum propium S. Pij V. anno* 1566. *expeditum, etiam ſe expedit hic Author non fuiſſe univerſalitèr receptum apud Moniales Militares.* ibi: n. 4.

*Proſequitur inquirens an ſuppoſita conſuetudine harum Monialium in non obſervanda clauſura, & annuentia Prælatorum ſub relato motu, & Conſtit. Greg. XIII. eompræhendantur, & reſolvit per ſe Jacobæas illam non obſervare tuta conſcientia, & ingredientes Monaſterium excuſari à culpa.* ibi: n. 5.

*Urgentiori ratione probat dictus Author motum S. Pij V. non omnes Moniales Jacobæas compræhendere.* ibi: n. 6.

*Etiam probat dictum motum non compręhendere Moniales Militares argum. deducto à Tertiatij, quarum meminit motus, & conſtit Greg. XIII.* ibi: n. 7.

*Ex dictis plura infert obſervanda circa diverſa Monaſteria Monialium noſtri Ordinis maximè Conventus Granatenſis.* ibi: n. 8.

*Infert Author Moniales* S. Jacobi Matritenſis *ad inſtar* Sancti Spiritus Salmantini *fundati non magis ad obſervantiam Legum Clauſuræ teneri, quam aliæ Moniales noſtri Ordinis.* ibi: n. 9.

*Fit objectio, quod ſcilicet Laxitas Clauſuræ conſuetudine præſcripta in Monaſterijs unius Religionis non poteſt extendi ad Monaſterium noviter in eadem Religione erectum, & ſolvitur.* ibi: n. 10.

*Ulterius ſolvitur cum doctrina relati Baſilij.* ibi: n. 11.

*Preſtatur ratio quare inter Moniales noſtri Ordinis non datur uniformitas in Clauſurę obſervantia.* ibi: n. 12.

*Intelligitur clauſula fundationis relati Conventus* S. Jacobi Matritenſis. ibidem.

*Pro prima ſententia alia fundamenta, & DD. referuntur, inter quos P. Mendo deſignatur.* ibi: n. 15.

*Ad litteram adducuntur verba relati P. Mendo, quibus probat potuiſſe cap. generale noſtri Ordinis præcipere, ut Moniales Concil. Trident. obſervarent, tam circa profeſsionem, quam erga clauſuram.* ibi: n. 16.

*Infert Author probabiliorem præ alijs eſſe hanc ſententiam.* ibidem.

*Amplius hoc ipſum convincitur alijs verbis dicti Mendo.* ibi: n. 17.

*Addit Author in favorem hujus ſententiæ diſpoſitum à cap. generali circa obſervandum Trident. debere à Monialibus obſervari, utpotè ſecundum regulam, & cum poteſtate Pontificia operatum.* ibi: n. 18.

*Ex Regula, & Bullis fit replica, Moniales illas ſolum ligari, quæ libenter ſtabilimentum receperunt artiorem vitam eligentes, non quæ reſtiterunt, ut Moniales dicti* Sancti Spiritus Salmantini, *ſed ſatisfacit.* ibi: n. 19.

*Pro Monialibus hujus Conventus ultra expenſa fundamenta refertur quodam exemplar anno* 1604. *conſiſtens in remitentia recipiendi ſtabilimentum, & reformationem Ordinis.* ibi: n. 20.

*Adducitur aliud exemplar ann.* 1621. *pro duabus Novicijs in eodem Conventu profitendis juxta Cencilium Trident. & recurſu à Monialibus facto ad D. Philipo IV. juſsit*, que no ſe innove nada en las Profeſsiones, que antes ſe acoſtumbraban, ni en la obſervancia, que ſiempre havia havido, porque ponia en eſto para adelante perpetuo ſilencio. ibi: n. 21.

*Ultimum exemplar refertur ann.* 1720. *in quo Viſitatores Generales de moderanda Clauſura in hoc Conventu providerunt, à quorum mandatis Moniales ſupplicarunt, & nihil circa hoc decretum fuit.* ibi: n. 22.

*Pro conciliandis relatis ſententijs ſentit Author, primam; in eo, quod affirmat, Moniales noſtri Ordinis tria vota ſubſtantialia Religionis emmittere, omnino ut certam tenendam eſſe; ſecundum, verò, negantem abſolutum caſtitatis votum, penè improbabilem.* ibi: n. 23. *Ex*

*Ex fundamentis ſecundæ ſententiæ deducit Author, dictas Moniales ad ullam clauſuram teneri, & pluribus rationibus probat.* ibi: n. 24. & 25.

*Suum ſenſum aperit Author, tenens opportere has Moniales manuteneri in conſuetudine obſervandi clauſuram cum aliqua laxitate, prout hodie eam obſervant.* ibi: n. 26.

*Amplius hoc ipſum judicat ob inconvenientia vitanda.* ibi: n. 27.

*Poteſt conſuetudine legitimè præſcripta fieri laxior clauſura ultra januam, & ſeptum Monaſterij.* ibi: n. 28.

*Proſequitur Author in appertione ſui ſenſus circa obſervandam clauſuram à relatis Monialibus ucuſque obſervatam.* ibid.

*Aſſeritur Moniales Calatravæ, & Alcantaræ non ſolum ſemper, & pro ſemper emiſiſſe tria vota ſubſtantialia Religionis, ſed etiam clauſuram obſervaſſe, licet cum aliqua laxitate, in qua ſentit Author etiam manutenendas eſſe.* ibi: n. 29.

Conſiliarij.

*Clerici Fratres Militares poſſunt, & debent creari Conſiliarii Regii Conſilij Ordinum pro exercicio rerum ſpiritualium, & Eccleſiaſticarum; & præſtatur ratio.* 4. 1. 4. 1.

*Ulterius probatur ex ſtylo Romanæ Curiæ pro comperto habentis hoc Conſilium ex Equitibus, & Religioſis Clericis componi.* ibi: n. 2.

*Cap.* 4. *tit.* 16. *Definitionum Calatravæ, cujas verba expenduntur aſſumptum firmat.* ibid.

*Etiam probatur, quia D. Mag. tenentur hos Ordines gubernare ſecundum tenorem Bullarum unionis Magiſtratuum, & ſicut particulares Magiſtri illos gubernarunt, ad quod verba Bullæ expenduntur.* ibi: n. 3.

*Refertur expectativa lucrata à D. Ferdinando Catholico pro Magiſtratu Calatravenſis Ordinis ab Innocentio VIII. expedita anno* 1488. *ob obitum D. Magiſtri* Garſiæ de Padilla, *& ab eodem Pontifice anno* 1490. *confirmata, poſſeſsione deſumpta.* ibid.

*Pro adminiſtratione Magiſtratuum Ordinum D. Jacobi, & Alcantaræ etiam refertur alia expectativa à præfata ſanctitate in favorem dicti D. Ferdinandi anno* 1489. *expedita, & ab Alexandro VI. confirmata anno* 1493. *cujus virtute ob obitum D. Mag.* Ildephonſi de Cardenas, *poſſeſsionem adeptus eſt Magiſtratus noſtri Ordinis.* ibi: n. 4.

*Ob renuntiationem Magiſtratus Alcantarenſis à D. Mag.* Joanne de Zuñiga *factam, poſſeſsionem illius etiam cœpit dictus D. Ferdinandus anno* 1495. *Bulla ad hoc expedita ab Alexandro VI. anno præcedenti.* ibi: n. 5.

*Bulla Julij II.* Superioritatis *vulgò vocata in favorem D. dicti Ferdinandi anno* 1506. *expedita ad idem aſſumptum citatur.* ibid.

*Citatur etiam expectativa à Carolo V. lucrata anno* 1515. *ob ceſſum, vel receſſum præfati D. Ferdinandi.* ibid.

*Etiam adducitur Bulla Adriani VI. dicto D. Carolo V. conceſſa anno* 1523. *pro perpetua unione horum Magiſtratuum Regiæ Coronæ Caſtellæ, & Legionis.* ibi: n. 6.

*Bulla Sixti V. pro perpetua unione Magiſtratus Ordinis Monteſæ Coronæ Aragoniæ anno* 1588. *conceſſa etiam refertur.* ibid.

*Ex octo citatis Bullis fit illatio DD. Magiſtros cum Conſiliarijs teneri relatos Ordines gubernari* perinde acſi hujuſmodi unio quoad præmiſſa dumtaxat minimè facta fuiſſet. ibi: n. 7.

*Ex Regula Jacobea, & Bulla quadam demonſtratur DD. Priores Uclenſem, & Legionenſem in præfatis temporibus eſſe deſignatos ad exercendam juriſdictionem ſpiritualem in noſtro Ordine, non ſolum ſuper Equites, & Clericos Fratres, verum etiam ſuper D. Magiſtrum.* ibi: n. 20.

*Etiam demonſtratur talem juriſdictionem nunquam DD. Magiſtros, tanquam Laicos per ſe ipſos exercuiſſe, ſed tantum medijs perſonis Eccleſiaſticis, ex*

*quo evidenter concluditur Equitibus Laicis, minus licuisse, ac licere, & verba Bullæ Sixti V. apinguntur.* ibi: n. 21.

*Idem convincitur ex Bulla Julij 2. Duci Connimbricensi Administratoris Ordinis D. Jacobi, & suis Regni Portugaliæ anno 1507. concessa.* ibi: n. 22.

*Confirmatur ex praxi horum Ordinum, in quibus solum Clerici Fratres sunt capaces jurisdictionem spiritualem exercendi, ad quod quædam regia scedulla ad litteram transcribitur.* ibi: n. 23.

*Amplius confirmatur duobus Apostolicis rescriptis à Julio 3. D. Magistro Portugaliæ anno 1551. & 1553. concessis.* ibi: n. 24. & 25.

*Ex præjactis fundamentis deducitur DD. Priores relatos fuisse Consiliarios natos DD. Magistrorum.* ibi: n. 26.

*Pro oportunitate causarum in antiquis temporibus, etiam Fratres Clerici in Consiliarios eligi solebant, tam in nostro Ordine, quam in alijs, & quædam exemplaria referuntur.* ibidem, & n. 27.

*Pro contraria sententia hæ objectiones afferuntur nempè, quod* Clerici Fratres non possunt jurisdictionem exercere: & provisiones, in quibus intervenerint essent nullæ: *sed verbis D. Salazar respondetur.* ibi: n. 28.

*Impugnatur prima propositio, ex exercita in Vicarijs, & alijs locis Ordinum jurisdictione à Clericis Fratribus; & quidam cabillus truncatur.* ibi: n. 29.

*Amplius impugnatur cum relato Salazar, qui plura exemplaria citat, & allia adducit Clericorum Fratrum, qui diversa munia temporalia exercuerunt.* ibi: n. 30.

*Amplius impugnatur cum relato Authore penè innumera exemplaria referente Clericorum Fratrum intra Ordines exercentium, non solum res spirituales, sed purè temporales, & additum concluditur, ad id quod in contra dici potest.* ibi: n. 31.

*Secunda objectio, etiam impugnatur, & verba dicti Authoris, quibus eam refutat ad litteram transcribuntur.* ibi: n. 32.

*Author retorquet præfatas objectiones contra illas producentes, & licet reverentiam afferat consilio, ejusque praxi hanc jurisdictionem exercendi, ceterum quoad hoc privilegium expressum non invenisse fatetur.* ibi: n. 33.

*Probat Author praxim Consilii oppositam esse Bullis unionis perpetuæ Magistratuum, nec congruere cum alijs à DD. Magistris fieri solita, & hic relata.* ibi: n. 34.

*Etiam probat inconveniens, quod versatur in permixta convenientia Consiliariorum ad causas cujusvis Ordinis decidendas.* ibi: n. 35.

*Arguitur contra dicta in antecedenti numero, sed respondetur.* ibi: n. 36.

*Roboratur responsio verbis Bullarum Adriani 6. Julij, & Leonis 10.* ibi: n. 37.

*Probatur pluribus juribus dispositis in præcedentibus Bullis consona esse juri communi.* ibi: n. 38.

*Etiam à paritate probatur cum pluribus AA. qui ferunt in Diffinitores, & Visitatores unius Religionis eligi non posse Religiosos alterius, & adducitur caput cum causa de electione.* ibi: n. 39.

*Consiliarij Ordinum novicij minimè possunt causas Equitum expedire, minusvè Clericorum Fratrum, & Monialium, & plurima jurium capita in probationem afferuntur.* ibi: n. 40.

*Consiliarij Ordinum (si Equites Laici) licet expressè sint professi, non possunt intra Ordines judicare nisi de causis purè temporalibus, & probatur pluribus Capp. Canonicis, & AA. graviosis notæ.* ibi: n. 41. & 42.

*Fit consequens Serenissimis Regibus in sanctiendo hoc Consilium ex præfatis Equitibus compositum non sat sibi consuluisse, nec praxim illius conformari Bullis, & Jure.* ibi: n. 43.

*Pro parte Consilij, prout nunc viget afferuntur quædam Bullæ Sancti*

*Pij V. ſed ad rem non venire reſpondet Author.* ibi : n. 44.

*Etiam afferuntur verba aliarum Bullarum incorporationis, nempè* per perſonas Eccleſiaſticas, & Religioſas earundem Militiarum, *in quibus, & ex alibi ab Authore dictis rectè potuit praxis intelligere Equites Laicos, ſed reſpondetur verba relata in ſuo vero ſenſu intelligendo.* ibi :n. 45.

*Fundatur juribus, & AA. præfatam praxim, licet per antiquam dicta verba in ſenſu argumenti exponere non potuiſſe.* ibi : n. 46.

*Secundo reſpondetur cum noſtra Agurleta citatis Bullis, & praxis reffellitur.* ibi : n. 47.

*Etiam pro parte Conſilij affertur Bulla Julij 3. quę incipit*: cum ſicut nobis exponi fecit : *ſed vera intelligentia præſtatur.* ibi : n. 48.

*Pro alijs inſtantijs ad antiquiſsimam conſuetudinem recurritur, ſed reſpondetur.* ibi: n. 49.

*Etiam affertur pro hac Conſilij parte, quod Magiſtratus Ordinum, ſuppoſita incorporatione ſunt juris Patronatus, & ſicut hujus bona, & cauſæ licet Eccleſiaſticæ à Senatoribus Laicis ex privilegijs judicantur, ad quod afferunt Conſilia Regiæ Cameræ Caſtellæ, Cruciatæ, Gacę Regiæ, & Regalis Indiarum, ſic in Ordinum Conſilio.* ibi:n. 50.

*Per partes reſpondet Author, primò, adhuc ſupoſitis præfatis privilegijs horum Conſiliorum; adſtruendo differentiam, inter eſſe juris Patronatus, & eſſe in jure Patronatus, & probat Ordines per incorporationem tantum fuiſſe factos in jure Patronatus.* ibi : n. 51.

*Reſpondetur ſecundo, Reges noſtros in collatione beneficiorum Ordinum, quamvis vocari* Patronos, *verbum* Patronos *tantum ſummi debere abuſivè.* ibi: n. 52.

*Quoad partem Conſilij Cruciatæ, & paritatem cum noſtro ſatisficit cum Lara.* ibi : n. 53.

*Dupliciter reſpondetur paritati ex Conſilio Regiæ Cammerę Caſtellæ deſumptę juxta placita Sargado, & Ramos.* ibi : n. 54. & 55.

*Firmatur reſponſio cum doctrina dicti Ramos ex paritate Tertiarum Regiarum, de quibus licet Spirituales, quia in regaliam tranſierunt, Judices ſæculares cognoſcunt.* ibi : n. 56.

*Amplius firmatur exemplo Regij Patronatus, qui ſub reſervatione, & prohibitione generali non cadit.* ibi : n. 57.

*Plura ſcitu digna afferuntur pro Regio Patronatu Indiarum in favorem Regum Catholicorum à Summis Pontificibus conceſſa.* ibi : n. 58.

*Fit illatio Ordines Militares per incorporationem in jus Patronatus Regium tranſiſſe, ſed contra eſt ob rationes hic præſtitas.* ibi : n. 59.

*Etiam pro parte Conſilij affertur objectio nempè, quod Clerici Fratres non poſſunt in informationibus Equitum vavere, ut Conſiliarij faciunt, ſed primò varijs rationibus reſpondetur.* ibi : n. 60.

*Secundo reſpondetur cum Decreto Regio anno 1702. expedito.* ibi : n. 61.

*Alia inſtantia ſolvitur cum D. Salazar.* ibi : n. 62.

*Etiam affertur pro parte Conſilij*; Fratres Clericos non eſſe Ordinum Militarium, aut partes illorum; *ſed ſatisfit cum Bullis uniuſcujuſque Ordinis, Statutis, Conſtitutionibus, & praxi.* ibi : n. 70. 71. 72. 73. & 74.

*Dato, & non conceſſo, Fratres Clericos non eſſe Milites; adhuc præfata objectio ratione, & paritate refutatur.* ibi : n. 75.

*Refutatur etiam P. Mendo, qui negat, dictos Fratres non eſſe Milites, & aſſumptum firmatur*, ibidem.

*Fundamentum præpoſitę objectionis nempè; Clericos non poſſe militare ob Canonicas prohibitiones, de falſo concluditur.* ibi : n. 76.

*Amplius convincitur varijs locis Sacrę Scripturę, legibus Regijs, & communibus.* ibi : n. 77.

*Cuidam illationi ex præſtita objectio-*

*ne deductæ, nempè; Clericos Fratres incapacitatem notoriam habere militias gubernandi, concludenter respondetur.* ibi: n. 78.

*Etiam affertur pro parte Consilij Clericos Fratres non posse Equitibus Militaribus præcedere, quod non salvaretur, si in Consiliarios Ordinum eligerentur, sed respondetur cum Domino Salazar.* ibi: n. 79.

*Aliæ rationes pro solutione ab Authore præstantur.* ibi: n. 80.

*Amplius respondetur stabilimento, & definitionibus Ordinum firmando inconveniens non esse in objectione propositum.* ibi. n. 81.

*Referuntur damna, & inconvenientia, quæ oriuntur ex non observata antiquitate receptionis habitus inter equites, & Clericos Fratres, & Author conquæritur fraternitatem inter hos deficere, & unionem valdè à Summis Pontificibus commendatam, ex quo plurima damna Fratribus Clericis inferuntur, hic relata.* ibi: n. 82. & 83.

## Consilium.

*Supponit Author Reges Catholicos pro Regali Consilio Ordinum stabiliendo, viros litteratos confuluisse, ut prorsus Bullæ Pontificiæ observarentur.* 4. 1. 4. 8.

*Refertur Magistros particulares Ordines gubernasse, spiritualia cujusvis eorum exercentes per personas Religiosas, illius Ordinis, & temporalia per se cum consilio Fratrum Equitum, & quid circa inferiorem jurisdictionem.* ibi: n. 9.

*Etiam refertur, quod hi Ordines imprimevis temporibus nullum aliud consilium habuerunt, quam Capitula Generalia licet tractu temporis aliter.* ibi: n. 10.

*Etiam refertur, quæ Militia Jacobæa, post ejus extensionem per Judices sæculares, quoad forum seculare ab Ordine deputatos gubernabatur, & ab eorum sententijs ad Consilium magistrale appellabatur, & quę personæ hoc Consilium solebant componere.* ibi: n. 11.

*Pro causis Equitum judicandis alij Equites, & Clerici à Domino Magistro erant deputati, & ab eorum sententijs ad eum appellabatur, qui decidebat, ut refert Stabiliment. hic litteraliter transcriptum.* ibid. & n. 12.

*Guvernium judiciale Clericorum Fratrum à DD. Priores Uclensem, & Legionensem privativè pertinebat, adque etiam exercitium Jurisdictionis Ecclesiæ forensis in Clericos Sæculares, & res spirituales, qui jam per se, jam per suorum Vicarios judicabant, & ab eorum sententijs ad Capitulum Consilij appellabatur, in quo dicti DD. Priores, ut Consiliarij nati habebantur.* ibi: n. 13. & 14.

*Additur quod D. Prior Uclensis tempore Regum Catholicorum fuit Regius Consiliarius, ex quo quo valide arguitur: & Consilium Regale nostri Ordinis demonstrantur, tunc temporis fuisse.* ibi: n. 15. Vide etiam part. 1. tract. 1. quæst. 7. n. 8.

*Etiam refertur hoc Consilium ut Regale cessasse anno* 1477. *ob electionem Domini Magistri Ildephonsi à Cardenas, & mansisse Magistrale sicut antea fuit ex litteratis viris compositum hic relatis.* ibi: n. 16. & 17.

*Dictum Consilium Magistrale durasse usque ad annum* 1491. *demonstratur ex quadam concordia inter Ordinem, & Archiepiscopum Toletanum factam.* ibi: n. 18.

*Remissivè ad alios Authores agitur cæteras equestres Militias in primevis temporibus admodum Jacobeę plus minusvè gubernari.* ibi: n. 19.

*Exponitur grave inconveniens in eo quod Regale Ordinum Consilium provisiones, & alia acta juditialia in papyro sigillata expediat.* 4. 1. 4. 111.

## Conservator.

*Conservatores Judices in Ordinibus Militaribus debent assignari à Consilio Re-*

*Regali Ordinum, & licet aliud ex varijs Bullis in praxi non tamen contrarium conſt. Greg. XV.* Sanctiſsimus *incipienti.* 4. 1. 2. 22.

*Refertur, quibus qualitatibus debere eſſe præditos, qui eligendi ſunt in Judices Conſervatores in his Ordinibus, Bullis conſervatorijs, & conſt. Gregor. præ oculis habitis.* ibi: n. 23.

*In prefatis Ordinibus hi Judices non ſunt eligendi niſi ob cauſas in conſervatorijs contentas.* ibi: n. 24.

*Verba Bullæ conſervatoriæ S. Pij V. noſtro Ordini conceſſæ,* ſalvis tamen decretis Concil. Trident. *intelliguntur.* ibi: n. 26.

*Deducitur, Priores Ordinum Militarium, & alios hic relatos Superiores poſſe in Conſervatores eligi.* ibi: n. 27.

*Suppriores Ordinum Militarium, abſente Priori, & ſede vacante, poſſunt etiam in Conſervatores eligi.* ibi: n. 28.

*Suppriores, qui juxta conſtitutiones horum Ordinum ſunt creati ut loco, & poteſtate Prioris abſentis, aut mortui ſuccedant, etiam poſſunt in Conſervatores eligi.* ibi: n. 29.

*Pro parte contraria, quoad Suppriores attinet, arguitur non poſſe in Conſervatores eligi, utpotè dignitatis omnis expertes, tam jure, quam Ordinum conſtitutionibus.* ibi: n. 30.

*Ulterius arguitur præfatos Suppriores non eſſe propiè Prælatos, ſed quaſi, nec in dignitate Priorum ſuccedere.* ibi: n. 31.

*Amplius à paritate arguitur.* ibi: n. 32.

*Author conſultus circa quamdam commiſsionem Apoſtolicam in hac materia, quid reſpondiſſe exprimitur, ſicut & quid feciſſe in alia ſibi commiſſa.* ibid.

*Vicarij Generales Epiſcoporum poſſunt etiam in Conſervatores eligi.* ibi: n. 33.

*Vicarij Generales Priorum Ordinum Militarium omnimodam juriſdictionem exercentes, paſſunt eſſe Papæ delegati, & ex varijs Religionum privilegijs Judices Conſervatores.* ibi: n. 34.

*Rectores Collegiorum Militarium utpotè non propriè Prælati regulares, vel dignitate aliqua ornati, deducit Author contra Patrem Mendo, non poſſe in Judices Conſervatores eligi, quod probat.* ibi: n. 35.

*Aliæ rationes efficaces ad idem aſſumptum præſtantur.* ibi: n. 36. 37. & 38.

*Contra evenit reſpectu Priorum Militarium, qui abſque differentia ulla ſunt Prælati Regulares in rigido ſenſu.* ibi: n. 39.

*Refellitur Mendi ſententia aſſerentis poſſe Rectores præfatos erga ſuos Collegas poteſtatem eamdem exercere, quam Prælati Regulares Locales erga ſuos Religioſos exercent.* ibi: n. 40.

*Perſona Regularis unius Ordinis cujuslibet ſit profeſsionis non poteſt Priorem ipſius Ordinis in Judicem Conſervatorem eligere.* ibi: n. 41.

*Prior aut Commendatarius unius Ordinis nequit Priores aliorum Ordinum, eorum, qui ſub regimine D. Magiſtri ſunt in Judices Conſervatores eligere.* ibi: n. 42.

*Capitulum Generale unius Militiæ poteſt Prælatum alterius Militiæ in Conſervatorem eligere.* ibi: n. 43.

# D

## Debito.

*Religioſi Conventuales pro debitis poſt profeſsionem contractis coram ſuis Prælatis conveniendi ſunt.* 4. 1. 2. 1.

*Ex contractibus à Religioſo profeſſo innitis, debitiſvè undequaque contrarie abſque Prælati licentia Monaſterium non tenetur niſi inde locupletius factum fuerit, & tunc quoad utilitatem tantum reſultantem.* 4. 1. 2. 2.

*Si Religioſus Conventualis Militaris aliqua bona poſsidens ad expendendum in uſibus pijs, debitum ex eis contrahat Monaſterium tenetur ſolvere quantum ad quantitatem tantum, ſi in bona ſucceſſit.* bid.

Decretum.

*Decretum Clementis Papæ VIII. circa Ordines à Regularibus ſuſcipiendos ad litteram refertur.* 5. 4. fol. 361.

*Decretum Clementis XI. ann.* 1703. *expeditum circa celebrationem in oratorijs privatis ad litteram refertur.* ibi: fol. 365.

*Similiter adducitur Decretum Clementis Papæ VIII. circa appellationes, & inhibitiones.* ibi: fol. 366.

*Similiter etiam adducitur Decretum Urbani Papę VIII. circa eamdem materiam.* ibi: fol. 368.

Dos.

*Dos debet conſtitui pro novicia in Ordinibus Militaribus ad habitum recipienda cautione præſtita, vel datis fidejuſſoribus, aut pecunia depoſita juxta taxam dotis, & quibus conditionibus hoc debeat fieri.* 5. 1. 8. 2.

*Paulo antè Novicię profeſsionem debet dos in arca Communitatis deponi.* ibidem.

E

Edoctio Juris Civilis.

*An Religioſi, & Clerici Sæculares Jus Civile edocere publicè valeant, & præſtatur ratio motiva hanc quæſtion. tractandi, & cur jam pridem fuit idiomate vulgari ab Authore prælo mandata.* 4. 2. 1. 1.

*Præmittitur etiam quare, & qua occaſione idiomate latino ab Authore converſa fuit, & quod capacitas Clericorum Militiarum Jus Civile edocendi, & in eo doctorandi, inſpectis ipſius fundamentis, à Conſilio Regali Ordinum fuit declarata.* ibi: n. 2.

*In duas partes opus quæſtionis dividitur, & ſtabilitur affirmativa concluſio ſcilicet;* Religioſi in communi, ſeu Præsbyteri Seculares jus Cæſareum, edocere publicè valent, & in Magiſterio hujus facultatis conſtitui poſſunt. ibi: n. 3.

*Supponitur jure communi prohibitum eſſe Religioſis, & Clericis Sæcularibus leges Civiles publicè audire, ſeu ſtudere cum magna caterva jurium, legum, & AA. ſed non illas edocere.* ibi: n. 4.

*Firmatur concluſio verbis Joannis Andreæas, quibus aſſerit, edocere Jus Civile Presbyteris non eſſe prohibitum.* ibi: n. 5.

*Amplius firmatur verbis Innocentij* in capp. Non magnopere 3. ne Cleric. vel Monach. & ſuper ſpecula *eodem tit. quibus tenet, quod tam Monachi, quã Clerici ſi intra Clauſtra, aut Eccleſiam leges legant, aut audiant, non incurrunt in Canone, ſed tantum ex illis exeundo:* ibi: n. 6.

*Amplius firmatur verbis Abbatis Panormitani, quibus tenet in iiſdem Capp. ex numera* 16. *ſtudentes, & audientes addiſcendo incurrere in Canone, non vero legentes, id eſt, docentes, & rationem reddit.* ibi: n. 7.

*Roboratur concluſio verbis Calderini, quibus aſſerit Abbatem Regularem poſſe in Jure Civili doctorari, & leges edocere, dummodo eis ante Monachatum ſtuduiſſet, & hoc ipſum licere etiam Præſbytero abſque alicujus licentia, ſine metu incurſionis pœnæ.* ibi: n. 8.

*Amplius roboratur verbis Boætij, Epomphriſy, qui explicans relatum* Caput non magnopere *intelligit verbum* legendas pro audiendas; *& minime pro* docendas. ibi: n. 9.

*Amplius firmatur verbis Felini, quì ex capp. cum dilecta de reſcriptis n.* 19. *ſequens Calderinum aſſerit, quod, ſi ante Monachatum erat quis doctus in Jure Civili, poteſt de licentia Abbatis licitè in eo doctorati, & in cap. tua nos de homicidio etiam ait Romę, & alibi ſervari, quod Clericus excellens in aliqua cura ſumit officium Medici:* ibi: n. 10.

*Confirmatur verbis Cardin. Tolet. docentis prohibitionem Cannonicam docentes facultatẽ Civilem non comprehen-*

*dere, ſed tantum audientes.* ibi: n. 11.

*Etiam confirmatur verbis Jacobi de Graſa aſſerentis, in Cenſuram Canonicam non incurrere Sacerdotes, vel non Sacerdotes modo dignitatem habeant, vel non, ſi Leges, vel Phiſicam edoceant, etiam extra domum ſuam.* ibi: n. 12.

*Ex verbis Duaren. deducitur poſſe Sacerdotes legere, ſeu edocere Jus Civile neceſſerium ſuo ſtatui, ut venè inſtruantur in Canonico.* ibi: n. 13.

*Conſonant Cyron. cui nimis durum videtur, Clericos Sæculares à Juris Civilis ſcientia arcere, judicare, promere, & juſtitiam exercere.* ibi: n. 14.

*Etiam probatur verbis Patris Thom. del Benè, & Patris Vega, quibus firmant Cenſuram non incurrere Jus Civile docentes, etiamſi Religioſi ſint.* ibi: n. 15. & 16.

*Ulterius probatur verbis Pellic. & Thom. Sanch. quibus tenent poſſe Regulares de licentia Superioris in Jure Civili doctorari, atque etiam in Medicina, ſi dum Laici erant, operam his facultatibus dederunt.* ibi: n. 17. & 18.

*Etiam probatur verbis Rodr. quibus tenet Clericum, qui ante Clericatum operam Juris Civili dedit, poſſe poſt Clericatum in eo doctorari, etiamſi Beneficiarius, aut Monachus fiat.* ibi: n. 19.

*Amplius probatur verbis Bonacina, qui cum alijs tenet Religioſum è Clauſtro exeuntem ad leges, vel Phiſicam docendum non ligari excommunicatione, ſed tantum ſi ad audiendum exeat, quam ſententiam benigniorem appellat, cui conſentit Gibalin. alios, etiam referens.* ibi: n. 20. & 21.

*Etiam probatur verbis Patris Stephan. de Avila, quibus affirmat Præsbyteris non licere auditionem Legum, licere tamen earum edoctionem.* ibi: n. 22.

*Filiut. etiam tenet Jus Civile, & Phiſicam edocere non eſſe probibitum è Clauſtro exeunti, ſed tantum publicè audire.* ibi: n. 23.

*Pro hac ſententia refertur etiam Martin. à Sanct. Joſeph. tenens, exercitium Medicinæ non eſſe probibitum Præsbyteris.* ibi: n. 24.

*Etiam probatur verbis Angeli Clavaſ. quibus docet Religioſos, ac Præsbyteros poſſe Lege, & Phiſicam docere, cui conſentit Pater Suar.* ibi: n. 25. & 26.

*Etiam probat Salcedo. Complut. qui ſentit Clericum, vel Monachum, qui ante Clericatum, vel Monachatum Juri Civili ſtuduit, poſt illud ad Doctoratum poſſe promoveri.* ibi. n. 27.

*Etiam probat Navarr. aſſerens Clericis, & Religioſis auditionem publicam Legum, & Phiſicæ eſſe ſolum prohibitam, non vero privatam, neque earum edoctionem publicam.* ibi: n. 28.

*Etiam probat Barb. cui cohæret Fagnan. aſſerens Clericos, & Religioſos Leges, & Phiſicam edocendo non ligari excommunicatione, & quod ſi quis ante Clericatum, vel Monachatum Juri Civili operam dedit, poteſt poſt illud, in eo doctorari.* ibi: n. 29. & 30.

*Etiam probat Farinac. tenens in relatis facultatibus poſſe Clericum, aut Monachum doctorari, ſi ante Clericatum, vel Monachatum eis ſtuduerunt.* ibi: n. 31.

*Etiam probat Emmanuel Gonzal. magiſtraliter reſolvens ſuper relatum* caput non magnopere. *Clericis Religioſis, aut Monachis auditionem publicam Juris Civilis, & Phiſicæ eſſe tantum probibitam, non vero privatum ſtudium, aut earum edoctionem publicam, cui conſentit Palao.* ibi: n. 32. & 33.

*Urgentius probatur verbis Machado, qui affirmat Clericos, & ſi Curam Parochialem, aut aliam dignitatem habeant jus civile, aut Medicinam poſſe publicè edocere.* ibi: n. 34.

*Amplius probatur verbis Paſcer. quibus tenet poſſe Religioſum, qui ante, vel poſt Religionis ingreſſum jus civile, vel Medicinam didicit, de licentia Prælati in eis doctorari.* ibi: n. 35.

*Etiam probatur verbis Sair. qui ſuper relatum* caput ſuper ſpecula: *affirmat Clericos Sæculares, & alios in dignitate conſtitutos poſſe extra domum ſuam,*

*ſuam, leges, & Medicinam edocere.* ibi: n. 36.

*Etiam probatur verbis Trull. quibus quo ad fructuum perceptionem in tempore abſentiæ à reſidentia Curatuum, vel Præbendarum æquiparat ſtudentes Juri Civili, aut Canonico, ſtudentibus Theologiæ Scholaſticæ, aut expoſitivæ, cui conſonant verba Bullæ Eugenij IV. hic relata.* ibi: n. 37. & 38.

*Citata* cap. non magnopere, & ſuper ſpecula &c. *pro Clericis, vel Monachis Juri Civili, Phiſiciſvè artibus ſtudentibus intelligit Leſ. Manz. non prodocentibus, & eodem modo ſe expedit in Bulla Alexand. III. cujus fragmentum traſcribitur, & comprobat Bulla Greg. XIII. Militaribus Ordinis conceſſa.* ibi: n. 39.

*Etiam probatur verbis Pacian. in* caput ſuper ſpecula: *quibus tenet Clericos, qui ante Clericatum, Legibus, aut Medicinæ ſtuduerunt, poſſe poſt illud eas legere, & docere, in eiſque doctorari.* ibi: n. 40.

*Confirmatur verbis Pyrhing. quibus ſuper citatum* cap. non magnopere *ſentit Religioſos è Clauſtro exeuntes ad jus Civile audiendum non incurrere excommunicationem in eo latam, dummodo ad illud quotidiè reddeant, & præſtat rationem*; & ſuper cap. ſuper ſpecula &c. *de Clericis, tum Sæcularibus, tum Regularibus Juri Civili, vel Medicinæ operam dantibus, non de docentibus publicè, aut privatè intelligit.* ibi: n. 41.

*Ulterius aparitate confirmatur verbis Leand. quibus affirmat non eſſe probibitum Clericis, in Religioſis artem Medicinæ, ſeu Chirurgiæ exercere, ſi eas abſque ineiſione, & combuſtione exerceant, & rationem reddit.* ibi: n. 42.

*Citatum caput* non magnopere: *de Clericis, & Religioſis, qui publicè Juri Civili, aut Medicinæ operam dant, intelligit Renfenſt. non de illis, qui privatim; & finale ejuſdem Tit. etiam intelligit ſub illo non comprehendi docentes, aut legentes publicè, aut privatim.* ibi: n. 43.

*Ulterius confirmatur verbis Santarell quibus docet Religioſos è Clauſtro exeuntes ad jus Civile, & Medicinam edocendum non comprehendi probibitione canonica, & quædam objectiones ab ipſo proponuntur, & ſolvuntur, additque neque incurrere Cenſuram Religioſos, qui è Clauſtro exeunt ad audiendum relatas diſciplinas in publica Academia, modo morentur in Monaſterio, nec ſimiliter, ſi in illo illas audiant.* ibi: n. 44.

*Ulterius probatur verbis Patris Mendo, quibus docet, jure communi attento, poſſe Regulares leges, Medicinam, aut Chyrurgiam docere, Cathedraſque illarum moderari.* ibi: n. 45.

*Propoſitæ Concluſionis probabilitas intrinſeca demonſtratur; ex quo ſcientia Civilis eſt pars divinæ, ejuſque profeſsio laudabilis, & finis illius juſtus, & ſanctus, prius turba* 41. *Interpretum relatorum congeſta.* ibi: n. 46. & 47.

*Ulterius à ratione probatur, ex quo exercicium juris conforme eſt ſtatui Clericali, & Religioſo, atque etiam ejus edoctio.* ibi: n. 48.

*Etiam probatur, ex quo profeſsio Juris Civilis valdè conducit ad quirendos Canones, & juxta Dianam, & Trull. Sacram Theologiam.* ibi: n. 49.

*Etiam probatur, ex quo facultas Civilis, & Canonica, pro una eademque reputatur in ſtatuto Academico Salmantino, pro quo quoddam exemplar Authoris allegatur.* ibi: n. 50.

*Rectè etiam à paritate probatur, quod ſi Medicinam, & Chyrurgiam, & Religioſis Romæ permittitur docere, & exercere, fortiori ratione debet eis permittit Jus Civile edocere.* ibi: n. 51.

*Ex diſcrimine inter Juris edoctionem, & auditionem ulterius probatur.* ibi: n. 25.

*Amplius à paritate probatur, ex quo Clerici, & Religioſi munus advocationis in cauſis pijs poſſunt exercere, ergo & munus edoctionis Juris Civilis* ibi: n. 53.

*Atteſtatur cum ſtyllo primevo San-*

*tæ Eccleſiæ, in quo viri Sancti munus advocationis exercuerunt.* ibi : n. 54.

*Alia ratio deducitur ex praxi Tribunalium noſtræ Hiſpaniæ, in quibus Clerici, & Religioſsimi Epiſcopi plerumque vigent.* ibi : n. 55. & 56.

*Ex regula juris nempe*; Permiſſum intelligitur, quod à jure non eſt prohibitum : *alia efformatur ratio.* ibi : n. 57.

*Concluſio negativa firmatur, & cap.* Non magnopere &c.: *pro ea ad litteram refertur.* ibi : cap. 2. n. 1.

*Etiam litteraliter tranſcribitur Honorii III. reſcriptum in cap.* Super ſpecula fin *dicti tit.* ne Clerici, *vel* Monachi *relatum.* ibi : n. 2.

*Etiam litteraliter tranſcribttur cap. 1. Bonifac. VIII. dicti tit. lib. 6. ac deciſio alia Honorij III. in cap.* Super ſpecula. &c. 28. ibi n. 3. & 4.

*Ex Leg. 8. Cod. de malef. & ex Leg. 2. Cod. de hæret. arguitur pro hac ſententia.* ibi : n. 5.

*Etiam probatur ex verbis Oſtienſis, quibus tenet ſuper cap. relatum* Super ſpecula fin. *non tantum ſtudium, auditionem, & lectionem legum, & Phiſicæ eſſe prohibitas, verum etiam edoctionom privatam, & conſonat Antonius de Butrio in expoſitione capp.* non magnopere, & ſuper ſpecula, &c. *ac Petrus de Ancarr. ſuper 6. Decretalium ad dictum tit.* Ne Clerici, &c. *citant Joannem Andream.* ibi: n. 6. 7. & 8.

*Conſonat etiam Cardinal. Zabarel, & addit, quod ſi Doctor fiat Religioſus non videtur poſſe docere* : ibi : n. 9.

*Etiam affertur pro hac ſententia Tabiena, quatenus aſſerit Clericis, & Religioſis non licere arte Medicinę uti niſi gratis, & ubi periculum non imminet.* ibi : n. 10.

*Etiam affertur Cardinal. Thuſ. qui ait Monachos non poſſe ſcientias profanas profiteri, benè vero Canones, & Theologiam.* ibi : n. 11.

*Etiam probat concluſionem Guido Abaiſ. qui aſſerit Religioſos excomunicatione ligari, ſi tam intra, quam extra Clauſtrum Jus Civile audiant, aut doceant.* ibi: n. 12.

*Comprobat Silveſter, quatenus videtur aſſerere Clericos, & Religioſos tantum per doctionem privatam Juris Civilis non ligari excomunitatione.* ibi : n. 13.

*Etiam probat D. Antonius, qui tenet Religioſos è Clauſtro exeuntes ad Leges, aut Phiſicam audiendas, vel legendas, ſi intra duos menſes ad illud non reddierint, ligari ipſo jure excommnnicatione, cui conſonat Enrichus Bohic. in cap.* Super ſpecula, &c. *inſequens veſtigia Oſtienſis.* ibi: n. 14. & 15.

*Etiam probat Joannes Monach. in ſexto Decretalium aſſerens, quod Monachus, ſicut non poteſt Jus Civile audire, ita nec edocere.* ibi : n. 16.

*Etiam probat Menoch. quatenus de arbitr. cap. prohibitionis percurrens aſſerit Clericis, & Monachis, non tantum non licere Jus Civile audire, vsrum nec interpretari, licet hoc cum limitatione.* ibi : n. 17.

*Etiam probat Mandoſ. aſſerens prohibitum eſſe Monachis, & Præsbyteris audire leges publicè, illaſque legere, & declarare, & addit indulto indigere, ut poſsint tam leges, quam Phiſicam audire publicè, vel explanare.* ibi : n. 18.

*Conſonat Mayòl. eò qnod ait Monachos Phiſicam, aut Jus Civile legentes in canonica prohibitione comprehendi.* ibi : n. 19.

*Pro hac ſententia etiam adducitur Rebuff. affirmans Sacerdotes, vel Religioſos non poſſet audire, nec legere Jura Civilia Pariſsiis, nec alibi.* ibi : n. 20.

*Etiam probat concluſionem Paſsirin. qui aſſerit Regulares non poſſe Jus Civile, aut Medicinam edocere.* ibi: n. 21.

*Conſonat Pellic. conſtanter tenens Religioſos Jus Civile edocere non poſſe.* ibi : n. 22.

Ul-

*Ultimo probat Doctor Graña ſuper relatum cap.* Non magnopere: *aſſerens Eccleſiaſticos Legem, aut Medicinam publicè docentes merito excommunicationis pœna damnari.* ibi: n. 23.

*A ratione probatur propoſita concluſio ex verbis dicti capitis* Non magnopere, &c. *nempè*: Ne ſub occaſione ſcientiæ ſpirituales viri humanis actionibus involvantur *deducta.* ibi: n. 24.

*Ex alijs verbis*: Ne forſam aliqua ſimulata cauſa evagandi annexam prębeant, *& alijs altera ratio deducitur.* ibi: n. 25.

*Etiam probatur, ex quo Clerici, & Religioſi plauſus populi vitare debeant, & quia eis indecens eſt peritos forenſium diſceptationum ſe exhibere.* ibi: n. 26.

*Ab inconvenienti vitando ulterius probatur*: ibi. n. 27.

*Ultimo probatur ex generali regula nempè*: Cenſetur prohibitum, quod non invenitur conceſſum. ibi: n. 28.

*Propoſita pro hac ſententia jura explicantur, & primo verbum* Legendas Capitis non magnopere, &c. *pro* audiendas *intelligitur, pro qua intelligentia plura jura, & Authores afferuntur.* ibi: cap. 3. n. 1.

Caput ſuper ſpecula fin. &c. *juxta ſuum ſenſum, etiam intelligitur*: ibi: n. 2.

*Caput primum*: Ne Clerici, vel Monachi in 6. *De Clericis curam animarum habentibus, & Jus Civile audientibus intelligitur, non de illud edocentibus.* ibi: n. 3.

*Cap.* 28. ſuper ſpecula. *De privileg. de prohibitione locali intelligur.* ibi: n. 4.

*Solvitur argumentum ex Legib.* 8. *C. de malef. & 2. C. de hæretic. intelligendo cum communi Authorum eas tantum loqui de facultatibus Magia, & hæreſi.* ibi: n. 5.

*Satisfit Oſtenſi, & ejus doctrina refellitur* ibi: n. 6.

*Rejicitur ſententia Antonij Buitr. utpote contra communem, ſimiliter & ſententia Petri Ancarr.* ibi: n. 7. & 8.

*Satisfit Zabarel. & Tabiena ab impoſitura pro negativa ſententia vindicantur.* ibi: n. 9. & 10.

*Thruſ. pro parte affirmativa ſtare ex ejus verbis oſtenditur.* ibi: n. 11.

*Reſponſio ſententiæ Oſtienſis n. 6. præferenti allata protrahitur, ut fiat ſatis Guido.* ibi. n. 12.

*Miratur Author Silveſt. adduci pro parte negativa, in eo tantum, quod dubitat, nam in eo, quod affirmat pro parte affirmativa eſſe intelligitur.* ibi: n. 23.

*Etiam intelligitur D. Antoninum pro affirmativa ſtare juxta intelligentiam. n. 1. præcedenti datam* verbo legendas. ibi: n. 14.

*Satisfit Bohit. doctrina n. 6. præcedenti tradita, & oſtenditur falsò aprehendiſſe Joannem Monach, & Menoch.* ibi: n. 15. 16. & 17.

*Satisfit etiam Mendoſ. & refellitur in eo quod, affirmat de ſtilo Curiæ.* ibi: n. 18.

*Major. pro parte affirmativa intelligitur, & Rebuf. reſpondet Navarrus illum arguens falſitatis, in eo, quod ſtilum Curiæ pro ſe ſtare aſſerit.* ibi: n. 19. & 20.

*Reſpondetur Paſſerin. ejus implicationem detegendo, ſimiliterque Pellic.* ibi: n. 21. & 22.

*In eo, quod Doctor Graña adverſatur, error creditur Typographi.* ibi: n. 23.

*Rationibus pro hac ſententia adductis abundè ſatisfit.* ibi: à n. 24. uſq. ad 27.

*Regula Juris etiam pro hac ſententiâ adducta dupliciter explicatur.* ibi: n. 28.

*Ultima ratio ex verbis Cap.* ſuper ſpecula *ſcilicet.* Quia Theologiæ ſtudium cupimus ampliari: *ſolvitur doctrinâ Joannis Andreæ.* ibi: n. 29.

*Author non negat probabilitatem hujus opinionis, ſed ſolum firmat majorem probabilitatem habere ſententiam, quæ fecit pro edocendis Legibus publicè à Religioſis in communi.* ibi: n. 30.

*De Religioſis Militaribus loquendo addit Author, non ſolum hanc majorem probabilitatem pro eis ſtare, verum etiam certitudinem moralem, & indu-*

*bitationem propter ſtatim adhibenda.* ibi: n. 31.

*Pro Religioſis Militaribus ſingularia fundamenta jaciuntur, & citatur Pater Mendo in locis, quibus aſſerit eis licere de jure communi leges edocere, non vero de facto, & praxi, ſed contrarium ſtabilitur omnino defenſandum.* ibi: cap. 4. n. 1.

*Fit ſuppoſitum, dictos Religioſos Militares, non ſolum Jus Civile edocere, verum etiam illi ſtudere publicè in Scholis rectè poſſe, & verba Bullæ Julij III. anno 1554. noſtro Ordini conceſſæ ad aſſumptum pertinentia expenduntur, notando limitationem præfati Mendo.* ibi: n. 2.

*Quædam nota circa expenſa verba fit ab Authore.* ibidem.

*Etiam referuntur verba Bullæ Greg. XIII. anno 1573. tribus Ordinibus Militaribus conceſſæ, ut eorum alumni poſſint Juri Civili ſtudere, ad Decrettorum Canones melius intelligendos.* ibi: n. 3.

*Conſonat præfatæ Bullæ alia Innocentij VIII. anno 1488. Univerſitati Piſſanæ conceſſa expreſsè derogans conſtitutiones in contrarium expeditas ab Alexandro III. Honor. III. Clement. IV. & Bonifac. VIII.* ibi: n. 4.

*Ex præjacta Bulla Gregor. XIII. n. 3. præcedenti addacta deducit Author, Religioſis Militaribus licere Jus Civile edocere, eo quod per illam eis indultum ſit ſtudium relati juris, & quædam taxatio Patris Mendo refellitur.* ibi: n. 5.

*Alijs rationibus ex ipſo Mendo, & ex alijs aſſumptis occurritur præjactæ taxationi.* ibi: n. 6.

*Ulterius occurritur, & citatur Pater Mendo afferens plura exemplaria Religioſorum Militarium, qui electi fuerunt in Judices jam Eccleſiaſticos, jam Sæculares.* ibi: n. 7.

*Rectè concluſio probatur, quod ſi Religioſi Militares poſſunt Judicare, etiam Leges edocere.* ibi: n. 8.

*Ulterius probatur, ex quo etſi prohibitio quoad Juris Civilis edoctionem Religioſis eſſet impoſita, Militares non comprehenderet.* ibidem.

*Aliud fundamentum ex uniformitate, & ſimilitudine Religioſorum Militarium cum Clericis Sæcularibus deſumitur concluſionem firmans.* ibi: n. 9.

*Ex defectu cauſæ impulſivæ, & finalis, prohibitionis (ſi fortè adeſſet) in Religioſis Militaribus, & quia Regulæ, & Statuta ipſorum non reſiſtunt, aliæ rationes formantur.* ibi: n. 10. & 11.

*Ex Tit. 12. Stabilim. noſtri Ordinis cap. 1. & tit. 20. fol. 197. & 198. & ex alijs locis amplius firmatur.* ibi: n. 12.

*Etiam firmatur ex definitionib Calatravæ tit. 3. cap. 1. 4. & 8. & ex definitionibus Alcantaræ tit. 12. cap. 3. §. 18. & praxi.* ibi: n. 13. & 14.

*Curia, & Styllus Supremi Ordinum Senatus in concedendo quartam partem impenſarum noſtri Ordinis Licentiandis, & Doctorandis in Jure Civili, & in conferendo Collegiaturas vulgò* Paſſantias *in Ordinibus Calatravæ, & Alcantaræ amplius firmat aſſumptum.* ibi: n. 15.

*Confirmant aſſumptum inconcuſſa admiſsio, tàm ab Academia Salmantina, quàm ab alijs recipiendi Religioſos Militares ad ipſis in Jure Civili gradum conferendum, atque etiam grata admiſsio ſuorum exercitiorum in hoc Jure à Supremo Caſtellæ Senatu.* ibi: n. 16.

*Pro inveterata conſuetudine per plurimi Oppoſitores Militares Canoniſtæ, & purè Legiſtæ, ac alij, qui etiam publicè ſe exercuerunt in Jus Civile edocendo, & alijs exercicijs referuntur.* ibi: n. 17. uſque ad 23.

*Fit illatio, quod Religioſis Militaribus nullo capite incapacitas Jus Civile edocendi competit.* ibi: n. 24.

*Primum fundamentum Patris Mendo, quo adſtruere nititur relatos Religioſos Militares, attentis ſpecialibus Religionum prohibitionibus, conſuetudine præſcripta, & ſtatus Religioſi decentia, non poſſe Jus Civele edocere proponitur, & verbis ipſius impugnatur, ejuſque inconſequentia detegitur.* ibi: cap. 5. 3. n. 1.

*Ulterius impugnatur cum doctrina Lezana, & noſtri Ocampo, & triplex contra hos argumentum ab eo congeſtum verbis ipſius ſolvitur, illationeſque, quas adducit in ipſum retorquentur.* ibi: n. 2. 3. & 4.

*Ulterius impugnatur, in eo quod ad praxim, & ſtatuta aliarum Religionum recurſum facit, ut contra Militares ſuam concluſionem probet.* ibi: n. 5.

*Etiam impugnatur, in eo quod aſſerit diverſitatem, quam Religioſi Militares reſpectu aliorum Religionum in communi habent docendi publicè Jus Canonicum, & ei ſtudendi provenire ex ſpecialibus ſtatutis, & privilegijs.* ibidem, & n. 6.

*Etiam impugnatur, in eo quod negat relatus Author praxim Militaribus Jus Civile edocendi.* ibi: n. 7. & 8.

*Quædam inſtantiæ propoſitæ ſolvuntur.* ibi: n. 9. & 10.

*Varia ſtatuta, & definitiones Militarium Ordinum afferuntur, quibus liquet Patrem Mendo non ſat illas revolviſſe, eo quod affirmat in illis* nec ullum verbum eſt de Jure Civili. ibi: n. 11.

*Dupliciter intelliguntur ſtatuta, & definitiones noſtræ, in quibus Collegiaturę, & Collegæ tantum Canoniſtæ appellantur, non vero Legiſtæ, & verba ſtatuti Salmantinę Univerſitatis pro eadem facultate habentis Canones, & Leges referuntur.* ibi: n. 12.

*Rejicitur Mendi intelligentia circa præfatum ſtatutum, & cogitatio firmatur duabus conſtitutionibus, & praxi Collegij veteris Divi Bartholomæi Salmantinæ Univerſitatis.* ibi: n. 13. & 14.

*Ulterius firmatur conſtitutione, & praxi Collegij Conchenſis.* ibi: n. 15.

*Etiam firmatur alia conſtitutione, & praxi Collegij Divi Ildephonſi Complutenſis id ipſum ſervantis, in ſuperhabito juramento à Collegis cuſtodiendi omnes conſtitutiones.* ibi: n. 16.

*Amplius refellitur præfatus Author, in eo quod adſtruit indecentiam in Religioſis Militaribus jus prædictum edocentibus, tum doctrina ipſius, tum praxi veteri Salmantinæ Univerſitatis ingradibus ipſis conferendis, & alijs capitibus* ibi: n. 17. & 18.

*Proſequitur impugnatio, & quædam verba Bullæ Leonis X. referuntur, quibus liquet præfatam indecentiam deficere, adhuc in ſententia Mendi, & quædam inſtantia ſolvitur.* ibi: n. 19. & 20.

*Pro adſtruenda præfatam indecentiam etiam affert leg. 41. C. de Epiſcop. & Cleric. & leg. 23. C. de Teſtam. ſed intelliguntur.* ibi: n. 21.

*Bullis Julij III. & Greg. XIII. in favorem Religioſorum Militarium allatæ pro auditu, & ſtudio publico Legum, non pro illis edocendis, vera intelligentia præſtatur, & quædam inſtantia ſolvitur.* ibi: à n. 22. uſq. ad 25.

*Refertur Cathalogus Præsbyterorum Sæcularium, & dignitates obtinentium, qui Jus Civile publicè docuerunt, Cathedraſque abſque contradictione aliqua moderati fuerunt.* ibi: n. 26.

*Fit illatio Militares, eo quod Jure communi non ſunt prohibiti leges edocendi, poſſe exinde practicè illas docere, & appingitur opinio Joannis Sanch.* ibi: n. 27. & 28.

*Adducuntur per duodecim ſequentia folia judicia circa hanc opinionem undecim Collegiorum Salmantinæ Univerſitatis.* ibidem.

## Electio.

*Electio Prælati Jure ſpectat ad Monaſterium.* 5. 4. unic. n. 1.

*In electionibus faciendis ſingulorum Ordinum conſtitutiones ſervari debent, & pro eligendis Prioriſis, ſeu Commendatricibus Monialiũ noſtri Ordinis forma electionis Priorum ſervanda eſt, ad quod refertur ſtabilim. cap. 1. tit. 14.* ibidem. *Vide etiam verbum* electio *part. 1. & an ſi trienales ſint eligendæ?*

*Electio Abbatiſarum Monialium Calatravæ, & Alcantaræ perttinet ad Dominum Magiſtrum, earumque electio an trienialis debeat eſſe?* ibidem. *Vide etiam verbum* electio *part. 1.*

*Electio Abbatiſæ, ſiu Prioriſæ, aut Commendatricis debet fieri per vota ſecreta, de qua remiſsivè ad part.* 1. part. 5. ttact. 4. quæſt. 1. n. 8.

*Author non aquieſcit pro Prioriſis in noſtro Ordine eligendis affixenda eſſe edicta, & rationem præſtat.* ibid.

*Commendatrix, vel Prioriſa in noſtro Ordine paulo ante finitum trienium tenetur petetere à Conſilio Regali Ordinum duos Fratres Clericum unum, & alterum Equitem expreſsè profeſſos, qui electioni faciendæ nomine Magiſtri præeſſe debent.* ibi: n. 9.

*Refertur modus, quo dicti Fratres genere ſe dcbent, tàm in electione, quàm in viſitatione Conventus.* ibidem.

*Electione Prioriſæ peracta, acta ipſius in conſilium Ordinum à relatis Fratribus debent mitti manu amborum ſubſcripta, & ſigillata, ut electio confirmata, quæ ſpectanda eſt ad hoc, ut electa ſuum munus exerceat, à dictis Fratribus præſtetur poſſeſsio.* ibi: n. 10.

*Quid facere debent hi Fratres in caſu, quo ſuffragia pro duabus æqualia ſint.* ibidem.

*Apponitur modus, quo fieri poteſt, ut frus vitetur.* ibi: n. 11.

*Caſu, quo diſperſa ſint ſuffragia pro pluribus Monialibus duæ majorem borum partem habentes intrare tantum debent in ſecundo ſcrutinio.* ibid.

## Eligenda.

*Ex Conc. Trid. ſeſſ.* 25. *cap.* 7. *& ſtabilim. noſtri Ordinis cap.* 1. *tit.* 14. *requiritur in eligenda in Prioriſam ætas* 40. *annorum in qua Dom. Magiſter, non poteſt diſpenſare cum aliæ ſint Moniales in Conventu præfactæ ætatis.* 5. 4. unic. n. 2.

*Dubitatur; an in eligenda neceſſarij ſint* 40. *annorum completi, an ſufficiat, quod quadraginta annos attingat.* ibi: n. 3.

*Pro parte affirmativa facit cap.* 65. *lib. reformat.* ibidem.

*Contrario tenet Author, & probat ex cap.* 1. *ſtabilim. noſtri Ordinis. tit.* 14 ibidem.

*Requiritur etiam quod eligenda ſit expreſsè profeſſa ex cap.* 7. *Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *& ex cap.* 1. *ſtabilim. tit.* 14. ibi: n. 4.

*Etiam requiritur ſexenium habitus, de quo remiſsivè ad part.* 1. ibid.

*Circa ætatem, & annos habitus pro Abbatiſis eligendis in Ordinibus Calatravæ, & Alcantarę cenſet Author, Concil. Trident. ſervandum eſſe, & conſtitutiones Ciſtercienſes, ſi conſuetudo non obſtet.* ibi: n. 5.

*Agitatur quæſtio: An ſi ipſius plures Moniales dentur requiſitam ætatem, & habitum habentes, & una dentur, cui unus, aut duo menſes, tàm ætatis, quàm habitus deficiat, ſi electricibus hæc magis habilis viſa fuerit poſsit ab illis eligi, alijs omiſsis? & dicitur talem electionem eſſe nullam.* ibi: n. 6.

*Alia quæſtio movetur; an ſi in Conventu ſola una Monialis detur* 40, *annos attingens dicatur coarctata electio in ca facta, & reſolvit Author quod non.* ibi: n. 7.

*In Prælatum non poteſt eligi Monialis illegitima in probabiliori ſententia.* 5. 4. 1. n. 12.

*Contrarium tenent aliqui Authores, quorum fundamentum expenditur.* ibid.

*Inutilis hęc queſtio ab Authore reputatur, habito reſpectu ad Moniales Militares, ſed in caſu contingentię aſſerit poſſe Dominum Magiſtrum per mediam perſonam Eccleſiaſticam diſpenſare.* ibi: n. 13.

## Electrices.

*Jure communi electrices debent* 22 *annum attingere, & tacitè velatæ vel expreſsè profeſſæ eſſe, & explicatur cap.* 15. *Concil. Trident. ſeſſ.* 25. 5. 4. 2. n. 1.

*In Ordine noſtro Jacobæo ſtat ſtabilim. quod cuſtodiri debet in electionibus tit.* 14. *cap.* 1. *quo exprimitur electrices debere eſſe profeſſas;* 20. *ætatis annum attingentes; & 3. habitui.* ibi: n. 2.

# F

## Fidejuſsio.

*Religioſi non poſſunt fidejubere abſque Prælati, & majoris partis Cappituli licentia, nec Prælatus per ſe ſolus poteſt, et ſi de facto fidejubeat, irrita eſt fidejuſsio.* 4. 1. 7. 1.

*Clerici Sæculares fidejubendo obligantur, licet fidejuſsio ſit eis prohibita.* ibidem.

*Priores, & Conventus noſtrorum Ordinum abſque Magiſtri licentia nequeunt fidejubere, ex cap. 7. ſtabilim. noſtri Ordinis tit.* 21. *& cap.* 2. *deffinitionum Calatravæ tit.* 17. *ſed Magiſter poteſt ſine conſenſu majoris partis cap. licentiam concedere.* ibi: n. 2.

*Sed Author reſolvit, quod Prælati, Priores, & Religioſi, bona licentia legitima poſſidentes, ſi non ſint Ordinis, & de facto fidejubeant, tenet fidejuſsio, quamvis expreſſa licentia Dom. Magiſtri eis deficiat.* ibi; n. 3.

*Citatum ſtabilim. & deffinitiones intelliguntur.* ibi: n. 4.

*An fidejuſſor pro Religioſo intercedens obligetur? & reſpondet Azor idem juris eſſe, ac in fidejuſſore pro ſervo intercedente.* ibi: n. 5.

## Fundatio Conventuum.

*Hiſtoriatur origo percelebris Conventus* Sancti Spiritus *Salmanticenſis,* 4. 1. 1. 5.

*Adducitur authoritas D. Roderici Archiepiſcopi Toletani, qui lib.* 6. *cap.* 12, *refert privilegium huic Conventui á D. Ferdinando* 1. *anno* 1030. *conceſſum,* ibid.

*Ad litteram refertur hoc privilegium pro ut in Balbis Eccleſiæ hujus Conventus manet tranſcriptum.* ibi: n. 6.

*Pater Mariana cum multis aliis hoc privilegium negat, in quorum ſententia non à tempore dicti privilegii fundatio hujus Conventus fuit, ſed à tempore Infantium Portugariæ D. D. Martini Alphonſo, & Marię Mendez annis* 1269. *&* 1274. ibi: n. 7.

*Expenduntur fundamenta pro hac ſententia, & inſtrumentum publicum inter dictos D. D. Infantes, & Capitulum Generalem noſtri Ordinis factum anno* 1269. ibi: n. 8.

*Etiam expenditur confirmatio fundationis dicti Conventus à D. Magiſtro, & Capitulo Generali relati Ordinis in favorem dictæ D. Marię Mendez anno* 1274. *facta,* ibi: n. 9.

*Alia fundamenta hujus ſententiæ adducuntur.* ibi: n. 10.

*Pro veritate, & certitudine privilegii adducti, fundationeque Conventus tempore illius referuntur Baſilius Legionenſis, & D. Galeote cum aliis, & verba quędam, in quibus fundantur, tranſcribuntur.* ibi: n. 11.

*Confirmatio conceſsionum D. Ferdinandi* 1. *à D. Philippo* 2. *anno* 1566. *facta, certitudine præfati privilegii præhabita, refertur etiam pro hac ſententia.* ibid.

*Atteſtatur cum alia confirmatione à D. Philippo anno* 1622. *facta.* ibid.

*In hac opinionum varietate primam ſententiam tuetur Author, & preſtat fundamenta.* ibi: n. 12.

*Conciliatur ab Authore ſententia Patris Mariana cum ſententia Baſilii, & Galeote, & quædam annotationes indicis Bullarii noſtri Ordinis à noſtro Agurleta factæ adducuntur.* ibi: n. 13.

*Quædam rationes, reflexioneſque ab Authore excogitatæ expenduntur, ex quibus pro concluſione deducitur; dicti Conventus fundationem à relatis D. D. Infantibus, ſimul cum Capitulo Generali noſtri Ordinis factam fuiſſe,* ibi: n. 14. & 15.

*Fatetur Author Moniales* Sanctæ Annę *à tempore privilegii præfati D.*

*Ferdinandi Commendas* de Palomeros, & de la Athalaya *poſſediſſe eum moderamine hic relato.* ibid.

*Refertur Conventum* Sanctæ Fidei *Toletanum originem trahere à per antiquo* Sanctæ Eufemię *de Cazollos, qui antea fuit Canonicorum Regularium anno* 1136. ibi: n. 16.

*Etiam refertur hunc Conventum* Sanctæ Eufemiæ *donatum fuiſſe noſtro Ordini á D. Rege Ildephonſo* 7. *anno* 1186. *& ut Conventum Monialium confirmatum ab Urbano Papa* 3. *anno* 1187. *& donatum ab Beata Sanzia D. Regis Alphonſi filia anno* 1270. ibid.

*Donatio præfata ad litteram refertur.* ibi: n. 17.

*Exprimitur Couventum* Sanctę Mariæ de Junqueras *Barchiononenſem originem trahere ab anno* 1279. *ex Bullar. noſtri Ordinis.* ibi: n. 18.

*Tranſcribitur licentia Epiſcopi, & Eccleſiæ Cathedralis Barchinonenſis hunc Conventum fundandi dicto anno expedita, cui anno* 1380. *incorporatus fuit alter Monialium noſtri Ordinis, qui erectus fuerat anno* 1270. *propè Civitatem Illerdenſem.* ibid. & n. 20.

*Inſtrumentum hujus incorporationis à D. Magiſtro Ildephonſo, & Maria Mendez factum ad litteram tranſcribitur.* ibid.

*Alia perantiqua hujus Conventus referuntur.* ibid.

*Pro origine Conventus* Sanctæ Eulaliæ *Emeritenſis ad litteram adducitur hiſtoria Barnabæ de Barbas, qua demonſtratur ortum ducere à Conventu de* Robledo. ibi: n. 21.

*Quaſdam Scedulas Regias à prefato Hiſtographo citatas certè conſtare aſſerttur.* ibid.

*Ex quibuſdam conjecturis deducit Author, Couventum de* Robledo *originem trahere ab anno* 1480. *ejuſque translationem ad Emeritenſem Civitatem firmatur fuiſſe factam anno* 1530. ibi: n. 22.

*Preſtatur ratio cur in antiquitate, & ordine litteræ preferatur hic Conventus Conventibus* Sanctæ Mariæ *Granatenſis,* & Sanctæ Crucis *Valliſoletani.* ibi: n. 23.

*A Regibus Catholicis fundatus fuit Conventus* Sanctæ Matris Dei *Granatenſis anno* 1501. *ab ipſiſque magnificè dotatus.* ibi: n. 24.

*Sub qua forma hæc fundatio facta fuit juxta noſtrum Mota refertur.* ibid.

*Ex Bulla hujus fundationis anno* 1486. *ab Innocentio* 8. *expedita, & quadam Regia Scedulla patefit; non ſolum ſub advocatione* Sanctæ Matris Dei, *ſed etiam* S. Jacobi *hunc Conventum fuiſſe fundatum.* ibi: n. 25.

*Impugnatur noſter Agurleta, eò quod citatis inſtrumentis aſſerit, Moniales hujus Conventus ſubjectas fuiſſe Priori Uclenſi.* ibi: n. 26.

*Cenſet Author, à tempore fundationis hujus Conventus defeciſſe efectum trium ſeparationum, quas ejus Fundatores curarunt.* ibi: n. 27.

*A D. D.* Maria de Zuñiga, *filia Ducum de Bejar, habita Bulla Julii* 2. *anno* 1506. *Conventus* Sanctæ Crucis *Valliſoletani fundatus fuit ſub Regula* S. Jacobi, *& ſtabilim. hujus Ordinis, aburdantiſsimèque dotatus.* ibi: n. 28.

*Alia ſpecialia hujus Conventus referuntur.* ibid.

*Conventus* S. Jacobi *Matritenſis fundatus fuit anno* 1584. *à* D. Iñigo à Cardenas, *Præſule Ordinum Conſilii, ejuſque uxore* Eliſabeth de Abellaneda, *ſub forma, qua Conventus* Sancti Spiritus *Salmanticenſis, &* Sanctæ Fidei *Toletani.* ibi: n. 29.

*Fundatrices Regularis Obſervantiæ ex Conventu* Sanctæ Crucis *Valliſoletani fuerunt deſumptæ.* ibid.

*Conventus* Sanctæ Felicis *Burgenſis Ordinis Calatravenſis originem trahit à Conventu* de los Barrios *anno* 1229. *erecto* ibi: n. 30.

*Translatus fuit in Civitaiem Burgen-*

*genſem anno* 1566. *& quare, quæ ve fuerint Prælatæ eo tempore.* ibid.

*Refertur Conventum* Conceptionis *Matritenſis ejuſdem Ordinis originem trahere à Monaſterio in Loco* de Pinilla *Diœceſis Seguntinæ fundato ſub invocatione* Sancti Salvatoris. ibi: n. 31.

*Fuit hoc Monaſterium primitùs Beatarum Ciſtercienſium immediatè ſubjectum Ordini.* ibidem.

*Conventus* Aſſumptionis *de Almagro ejuſdem Ordinis originem trahit ab anno* 1544. *ex bonis, & redditibus,* D. Guterri de Padilla, *Commendatario majori hujus Ordinis.* ibi: n. 34.

*Laudatur ſumptuoſitas, & pulchritudo hujus Conventus, & refertur Fundatrices Regularis Obſervantiæ illius ex Conventu* Sancti Clementis *Regali Toletano, & de* las Buelgas de Burgos *aſſumptas fuiſſe.* ibid.

*Conventus Monialium* Sancti Spiritus *Alcantarenſis Ordinis fuit erectus anno* 1520. *à nobiliſſima Confraternitate ejuſdem advocationis,* ibi: n. 35.

*Finis hujus fundationis, & alia ſcitu digna exprimuntur.* ibid.

*Jus Patronatus à tempore hujus fundationis apud D. Carolum* 5. *remanſit.* ibid.

*Propiis nominibus exprimuntur Fundatrices Obſervantiæ Regularis hujus Conventus à Conventu de* las Huelgas *Valliſoletani aſſumptæ.* ibid.

*Refertur præfatam Confraternitatem à tempore fundationis jus intrandi decem, & octo Moniales in hoc Conventu ſibi retinuiſſe, & quid circa hoc tractu temporis.* ibi: n. 36.

*Refertur etiam ampliatio ejuſdem Conventus à D. Carolo* 5. *facta,* ibid.

*Quam Regulam, & uſus Moniales hujus Conventus cuſtodiant etiam refertur.* ibid.

*Hiſtoriatur fundatio Conventus* S. Petri Apoſtoli de Brozas *ejuſdem Ordinis.* ibi: n. 37.

*Quis fuerit ejus Fundator etiam refertur.* ibid.

*Conſtructio hujus Conventus fuit finita anno* 1592. ibi: n. 38.

*Fundatrices Regularis Obſervantiæ propiis nominibus expreſſæ ex Conventu Sancti Spiritus Alcantarenſis fuerunt tra ꝛ latæ.* ibi: n. 39.

# H

## Habitus.

*Recipiendæ ad habitum in Ordinibus Militaribus, ut in Noviciatum ingrediantur, debent habere completam pubertatem, ad quod citatur cap.* 17. *Concil. Trid. Seſſ.* 25. *& quædam ejus deciſio.* 5. 1. 7. 2.

*Movetur quæſtio: An poſsit Monialis ad habitum recipi ante* 12. *annum ætatis expletum, & AA. pro utraque ſententia referuntur.* 5. 2. 5. 3.

*Quid ſentit Author refertur.* ibidem.

*Deſcribuntur habitus, & veſtes, quibus utuntur Novicię Ordinis noſtri, & modus, quo benedicuntur.* 5. 1. 6. 1.

*Etiam habitus, & veſtes converſarum hujus Ordinis deſcribuntur.* ibi: n. 2.

*Habitus, & veſtes Monialium Noviciarum Ordinum Calatravæ, & Alcantaræ, in ſimulque converſarum etiam deſcribuntur.* ibi: n. 3.

# I

## Informationes.

*Ad Conſilium Ordinum ſpectat eligere Commiſſarium pro informationibus Monialium Militarium faciendis, & quomodo his in hac re ſe debeat gerere.* 5. 1. unic. prope finem.

*Idem obſervatur pro informationibus Fratriſſarum, ſeu Converſarum faciendis.* ibidem.

*Ad Consilium Ordinum pertinet, peractis informationibus, regiam licentiam expedire, ut Monialis, vel conversa recipiatur, & an Commissarius possit recusari?* 5. 1. 4. 7.

Irregularitas.

*Clericus medicans infirmum, qui postea decessit, non incurrit irregularitatem.* 4. 3. 1. 24.

J

Judex.

*Clerici Fratres Militares an possint esse Judices Sæculares quæritur; & resolvitur non posse.* 4. 1. 3. 1.

*Licet Judices Sæculares, regulariter loquendo, non possint esse; possunt tamen esse Regii Senatores, dummodo à criminalibus causis se abstineant.* ibi: n. 2.

*Afferuntur duo exemplaria præ alia Senatorum Regionum tempore Authoris.* ibi: n. 3.

*Facti contingentia Authoris ad assumptum pertinentis.* ibi: n. 4.

*Dubitatur; coram quo Judice debita respectu Monasterii à Religiosis non Conventualibus contracta petenda sunt, & fundamenta, quę faciunt pro Judice Ecclesiastico Ordinario expenduntur, dummodo relati Religiosi Judices speciales non valeant.* 4. 1. 2. 3.

*Refertur praxis observanda quando Judices speciales adsunt.* ibid.

*Abbates, & Monasteria in causis ciuilibus coram Ordinariis deberent conveniri ex sententia Roder. jure communi attento.* ibi: n. 4.

*Contrarium alii AA. tenent ob innumera privilegia Ordinibus concessa, quę à Concil. Trid. non intelligunt derogata.* ibi: n. 5.

*Refertur Doctrina Felician. in favorem hujus opinionis.* ibi: n. 6.

Judicium.

*Religiosi nequeunt regulariter loquendo absque Superioris licentia comparere in judicio, sive ut rei, sive ut actores.* 4. 1. 1. 1.

*Ab hac Regula excipitur Novicius, & præstatur ratio.* ibidem.

*Fit consequens, Religiosum professum non posse convenire, nec conveniri absque Prælati licentia ex contractu post emissam professionem facto, nec Monasterium respondere, nisi inde factum fuit locupletius, & hoc in casu, quoad bona Religiosi à Monasterio accepta, si contractus ingressum Religionis præcessit.* ibi: n. 2.

*In causis criminalibus potest Religiosus professus in judicio conveniri absque Superioris licentia, & se defendere, ac per se Procuratorem constituere.* ibi: n. 3.

*Si Religiosus professus injurietur, Prælato, & Procuratore ejus absentibus, aut hoc non relicto, potest in judicio agere.* ibi: n. 4.

*Potest Prælatus hant injuriam Religioso factam remittere, etiam Religioso injuriato renitente, contra Farinac. qui tenet remissionem Religiosi, & Monasterii debere concurrere, sed in quo hoc sit verum exprimitur.* ibi: n. 5.

*Si Pater, aut Filius Religiosi sint interfecti, nec Monasterio, aut Religioso jus accusandi, aut pacem ineundi competit, ob quod, nec agere, nec transigere possunt, licet interfectio ingressum Religiosi in Religionem præcesserit.* ibi: n. 6.

*Excipiuntur Religiones in bona Religiosorum non succedentes, & pro nostra Jacobæa citatur stabilim.* ibidem.

*Si Religiosus occisus fuerit jus accusandi, & injuriam remittendi ad Monasterium, cui pena etiam aplicanda est, pertinet.* ibi: n. 7.

*Quoad sibi competentia per Professionem, aut Religionis ingressum, po-*

*test*

*teſt Religioſus ſine Prælati licentia in judicio agere.* ibi : n. 8.

*Omnia relata de Religioſis Clericis Conventualibus ſunt intelligenda, nam Beneficiarii poſſunt abſque Superioris licentia in judicio accuſare, tranſigere, pacemque inire.* ibi: n. 9.

*Religioſus extra Conventum ſimplicem adminiſtrationem habens ab hac Regula excipitur, dummodo difficilis recurſus ad Superiorem detur.* ibid.

*Doctrina num. præcedentis de Beneficiatoriis protrahitur ad Religioſos, qui de legitima Prælati licentia in aliqua Univerſitate Studii cauſa extra propium Collegium commorantur.* ibi; n. 10.

*Stabilim. noſtri Ordinis pag. 79. Fratribus Equitibus prohibens in judicio jurare non eſt in praxi.* ibid.

*An Clerici Fratres peccent, ſi abſque Prælati licentia, quam commodè obtinere, jurent in judicio quæritur? & ſentiunt aliqui Authores peccare.* n. 4.

*Extra judicium tam Equites, quam Clerici Fratres Beneficiarii poſſunt abſque Prælati licentia jurare.* 4. 1. 6. 5.

*Aliqui Authores referuntur, qui tenent Equites, & Clericos Fratres abſque Prælati licentia, quam commodè poſſunt obtinere, ſi in judicio jurent peccare.* ibi : n. 5.

# L

## Laicus.

*Plures Authores contra alios tenent, poſſe Laicum Judicem rem Monaſterii, aut Eccleſiæ, cui tributum, vel cenſus eſt appropiatus capere, & retinere, donec ſolutio debiti fiat.* 4. 1. 2. 7.

*Ad idem adducitur doctrina Gutierr. qui addit, non poſſe Religioſos Judicem Conſervatorem contra Judicem Secularem eligere cauſa detentionis ſuorum animalium, ob aliquod damnum ab ipſis factum, niſi caſu, quo cautionem damni non admitat.* ibi : n. 8.

*Si Religioſi coram Judice Sæculari, aut Eccleſiaſtico conveniantur ratione damni à ſuis pecoribus cauſati poſſunt Judicem Conſervatorem eligere.* ibi; n. 9.

*Si Judex Laicus pro omiſsione deſcriptionis animalium, quam lex prævenit, velit Religioſos compellere, quocumque modo procedat, poſſunt hi Judicem Conſervatorem eligere.* ibid.

# M

## Moniales.

*Originem ſumſiſſe Moniales Ordinum Militarium à tempore, quo ortum ducunt Conventus Virorum deducitur, ex eo, quod Authores dicunt de aliis Religionibus, veluti SS. Baſilius, Dominicus, & alii.* 4. 1. 1. 1.

*Conſequens fit, ut tamquam acceſſorium habeantur Monialium Conventus Conventibus Virorum, aliquibus exceptis hic notatis.* ibi : n. 2.

*Refertur, quod ante noſtri Ordinis confirmationem, & poſt illam, tam Fratres Militares non uxorati, quam ſorores non maritatæ ſuos propios Conventus habebant, in quibus degebant eiſdem ferè legibus gubernati.* ibi: n. 3.

*Etiam refertur, quod á confirmatione noſtri Ordinis ab Alexandro 3. facta omnibus rellatis indulta fuit facultas nubendi de licentia Magiſtri, cum onere tamen caſtitatem conjugalem ſervandi.* ibid.

*Etiam refertur adeſſe aduc duo Conventus, qui cum præfato onere poſſunt eorum Moniales nubere Barchinonenſem ſcilicet, & Ulliſipponenſem.* ibid.

*Ex Bulla Confirmationis, Regula Jacobæa, & noſtro Mota, etiam refertur fuiſſe Conventus ſtrictioris vitæ, in quibus Fratres Milites uxorati tem-*

*pore adventus, & quadrageſimæ degebant, eorumque uxores tunc, relato tempore, tunc, dum mariti ad bella procedebant, vel è vilis decebant in aliis ſororum ejuſdem ſtrictionis includebantur.* ibi: n. 4.

# N

## Noviciæ.

*Refertur in initio Ordinis Jacobei, poteſtatem recipiendi Novicias apud D. Magiſtrum reſediſſe.* 5. 1. unic.

*Refertur pro hodierna praxi Cap. 6. ſtabilim. tit.* 14. *quo præcipitur admittendam ad habitum, & approbatam à Capitulo Conventus, approbandam etiam eſſe à Regali Conſilio Ordinum.* ibid.

*Idem obſervatur in cæteris Ordinibus ob ſimiles deffinitiones.* ibid.

*Idem etiam obſervandum venit pro fratriſis, ſeu converſis recipiendis.* ibid.

*Quæritur; an accipiendæ ad Chorum poſſint tranſire ad ſtatum converſarum, & è contra, & partis affirmativæ fundamentum exprimitur.* 5. 1. 4. unic.

*Pro Ordinibus Militaribus contrarium probat Author, & quædam inſtantia ſolvitur.* ibid.

*Noviciatus annus incipit à tempore receptionis habitus, & citatur Trident. cap.* 15. *ſeſſ.* 25. 5. 1. 8. 1.

*Debet eſſe continuus, ſed ſi Novicia ægrotet, ita ut in illo nequeat convaleſcere, poteſt de licentia Supprioriſſæ in domum Parentum exire, quin intelligatur interrumptus.* ibid.

*Pro approbanda Novicia in his Ordinibus ad profeſsionem quator tractatus intra annum debent fieri, & ultimus tranſactis* 10. *menſibus, ut in duobus ſeqquentibus renuntiationem poſsit facere, de qua remiſsivè.* ibi: n. 3.

*An, poſt ultimam approbationem ſi ſupperveniat cauſa expulſionis, Novicia poſsit expelli? remiſsivè ad* 1. *part. tract.* 3. *quæſt.* 25. *n.* 3. ibid.

*Novicia renuntiare debet bona adquiſita, non vero quærenda ratione hæreditatis Paternæ, aut Maternæ, vel adventitia, aut profectitia; de quo remiſsivè ad* 1. *part. tract.* 3. *quæſt.* 27. & 31. ibi: n. 4.

*In poſtremo Noviciatus menſe Prælata tenetur approbationem Noviciæ in Conſilio Ordinis exponere, ut ab ipſo confirmata præſtet proviſsionem pro exploranda voluntate.* ibi: n. 5.

*Exponitur, cui commiti ſolet præfata commiſsio.* ibid.

*Arguit Barboſa cum aliis ex cap.* 17. *Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *quod hæc exploratio indiſtinctè ad Ordinarium loci, ubi ſitus eſt Conventus, pertinet, ſed pro noſtris Ordinibus contrarium defenditur.* ibid.

*Deſcribitur, quomodo, & quę interrogationes Noviciæ pro hac exploratione faciendæ ſint, & quid ſi Commiſſarias recuſetur? aut alicui interrogationi Novicia non conteſtetur?* ibi: n. 6.

*Licet dicta exploratio bis debebat fieri, tamen in noſtra Hiſpania ſemel fieri ante profeſsionem receptum eſt.* ibi: n. 7.

*Sed, ſi hæc exploratio non fiat, & Supprioriſa Noviciam profiteatur, non invalidatur profeſsio.* ibid.

## Numerus.

*Numerus Monialium deſcribitur, qui in unoquoque Conventu noſtri Ordinis habendus eſt: Conventibus* de Junqueras *Barchinionenſi*, & S. Jacobi *Matritenſis exceptis, pro quo ad litteram tranſcribitur Cap.* 1. *ſtabilim. tit.* 14. 5. 1. 2. 1.

*De numero Monialium Conventuum Calatravenſis Ordinis nihil dicimus; quia deffinitiones refferunt, nec fundationes ad manus noſtras pervenerunt.* ibi: *n.* 2.

*Refertur numerus Monialium, qui in unoquoque Conventu Ordinis Alcantarenſis eſt habendus.* ibi: n. 3.

O

Obedientia.

*De voto Obedientiæ Monialium agitur remiſsivè ad P. Mendo, & citantur ſtabilim. noſtri Ordinis tit. 4. fol. 68. & cap. 13. deffinit. Calatravę tit. 6. & cap. 19. deffinit. Alcantarę tit. 13. 5. 2. 6. 1.*

*Debent hę Moniales hujus voti virtute obedire non ſolum Prælatis Superioribus, uti D. Magiſtro, Capitulo Generali, ſed Commendatrici, Prioriſę, & aliis hic relatis, ſi aliquid ſecundum regul. & ſtabilim. pręcipiant,* ibid. & n. 2.

*Inquiritur, an Rex, ut Ordinum Adminiſtrator, vel Regina in adminiſtratione ſuccedens juxta Bullam Adriani 6. incorporationis Magiſtratuum, poſsint pręceptum obedientię Monialibus imponere? & deciditur cum P. Mendo tantum poſſe per mediam perſonam Eccleſiaſticam, & citatur Bulla Julii 2. vulgò* Superioritatis *dicta.* ibi: n. 3.

*Commendatrix, Prioriſſa, ſeu Abbatiſſa non poſſunt in communiori ſententia ſuis Monialibus præceptum obedientiæ imponere, niſi conceſſa eis Pontificia poteſtate, ſed ſi abſque ea præcipiant, licet præceptum ſit nullum, tranſgreſsio tamen illius in materia gravi, eſt peccatum læthale.* ibi; n. 4.

*Quæritur, an ex Regulis, vel Bullis horum Ordinum poſsint Prælati ipſorum uti D. Magiſt. & aliis pręceptum obedientiæ imponere ſubditis Monialibus?* ibi: n. 5.

*Pro affirmativa quoad Moniales Jacobæas, adducuntur verba quędam Bullæ Alex. 3. Confirmationis Ordinis, & Cap. 20. 41. & 63. Regulę* ibid.

*Quoad Moniales Calatravenſes faciunt Cap. 8. & 9. deffinitionum Ordinis tit. 9. & Cap. 2. tit. 36.* ibi: n. 6.

*Quoad Alcantarenſes faciunt Cap. 1. deffinitionum tit. 18. Reg. & conſtitutiones ab eis profeſſæ.* ibid.

*Negativam ſententiam tuetur Author, & probat ex Bullis Julii 2. Adriani 6. & Leonis 10.* ibi: n. 7.

*Non negat Author, poſſe D. Magiſtrum pręceptum obedientię imponere, ſed tantum, quod in virtute ſanctę obedientiæ poſsit aliquid prępcipere, ita ut non obedire, peccatum læthale ſit ſemper, & pro ſemper; ſed quod ſentit, eſt, præceptum ab eo impoſitum, tanquam à patrefamilias impoſitum debere reputari.* ibi: n. 8.

*Sed ſi per mediam perſonam Eccleſiaſticam præfatum præceptum imponat ſemper, & pro ſemper obligat.* ibidem.

*Solvuntur quædam inſtantiæ.* ibid.

*Quæritur, etiam, an D. Magiſter, ut Ordinum Adminiſtrator poſsit per mediam perſonam Eccleſiaſticam Prælatæ præcipere, ut imponat obedientiam ſuis Monialis in virtute Sancti Spiritus, ita ut eas liget, & affirmativè reſolvitur.* ibi: n. 9.

Origo Collegiorum.

*Impugnatur D. Salazar eó, quod affirmat Collegia Ordinis Noſtri originem trahere ab anno* 1560. 4. 1. 4. 61. & 62.

*Convincitur noſtrum Collegium jam fuiſſe anno* 1528. *exemplari Illmi. D. Martinez de Ayala, tunc temporis illius Collegæ.* ibi: n. 63.

*Ex libro Magiſtri Cabrianes, cujus titulus* Armadura Spiritual *convincitur noſtrum Collegium fuiſſe, etiam anno* 1525. ibi: n. 64.

*Præſtatur ratio, quare D. Salazar ſe fefellit, & refertur Portilla pro redictione Collegarum Uclenſium ex Univerſitate Complutenſi ad Salmantinam anno* 1536. ibi: n. 65. Ci-

*Citantur ſtabilimenta, quibus demonſtratur tempore Regum Catholicorum fuiſſe etiam Collegium Jacobaum Salmanticæ.* ibi: n. 66.

*Ultimò reſolvitur præfatum Collegium ab anno* 1503. *plus, minuſvè originem ſumpſiſſe, & adducitur ſtabilim. anni* 1555. ibi: n. 67.

*Confirmatur aſſumptum ex Conſtitutionibus Caroli* 5. *anno* 1554. *& ex aliis rationibus.* ibi: n. 68.

*Adducitur Cathalogus Collegarum inſignium, qai, & quibus annis in hoc Collegio reſederunt.* ibi: n. 69.

P

Paupertas.

*Paupertatem, quam Moniales Jacobææ profitentur non diferre à paupertate Fratrum Militum dicti Ordinis aſſerunt aliqui, qui deducunt, poſſe has Moniales teſtari, ſicut relati Fratres: adhuc ſęcluſis Pontificiis privilegiis, dummodo perantiqua conſuetudo non obſtet.* 5. 2. 5. 1.

*Contrarium omnino tuetur Author; tam reſpectu Jacobęarum, quam aliarum Militiarum tria vota ſubſtantialia emmittentium, & ſatisfit contrariis fundamentis.* ibi: n. 2.

*Additur, quod quantum ad Moniales Calatravenſes, & Alcantarenſes non poteſt cum fundamento dubitari.* ibi: n. 3.

*Quando hoc votum à dictis Monialibus infringitur remiſsivè ad Patrem Mendo.* ibid.

Præbendæ.

*Fratres Clericos Jacobæos ex conceptu Canonicorum Regularium fundatur, de licentia Superioris (præmiſſa brevi relatione confirmationis noſtri Ordinis.)*

*Eſſe capaces, Dignitates, Præbendas, & quęcumq; Beneficia ſæcularia obtinendi ex pluribus AA. & Concil. Trident.* 4. 2. unic. 2.

*Amplius aſſumptum firmatur ex conformitate formæ profeſsionis Canonicorum Regularium cum noſtra.* ibi: n. 3.

*Comprobant amplius aſſumptum duæ deciſsiones Sacræ Congregationis Concilii, & Rotæ.* ibi: n. 4.

*A ratione etiam probatur, & quædam exemplaria á Pennot. & Lepaig. relata adducuntur.* ibi: n. 5. & 6.

*Ex conceptu Militarium, omnes Fratres Clericos cujuſvis Militiæ prædictam capacitatem habere, habita Superioris licentia, fundatur ex pluribus AA. Bullis S. Pii* 5. *& Gregor.* 13. *& ſacris deciſsionib.* ibi: à n. 7. uſq. ad 11.

*Duæ conſultationes Cap. General. noſtri Ordinis anno* 1573. *Domini Regi factę, & aliæ rationes ex laxitudine Regulæ, & habitus conformitate cum Clericis ſæcularibus mirè comprobant aſſumptum.* ibi: n. 12. 13. *&* 14.

*Amplius congruentèr arguitur, in dubio capacitatis præfatæ debere ſtari pro relatis Clericis Militaribus.* ibi: n. 15.

*Referuntur quam plurimi Fratres Clerici noſtri Ordinis, qui Dignitates, & Cononicatus obtinuerunt plerumque conſulti DD. Regibus à ſuis ſapientiſsimis Senatoribus, conſultationibus reviſsis à Religioſiſsimis Confeſſariis.* ibi: n. 16. & 17.

*Alia de capacitate hac vide, part.* 3. *quęſt.* 3. *à n.* 6. *uſq. ad* 20.

*Regula juris* beneficia regularia regularibus, & ſæcularia ſæcularibus conferantur. *Non habet locum in Fratribus Clericis Militaribus, & præſertim in Jacobęis, ex rationibus hic præſtitis.* 4. 2. aſſert. 2. 1.

*Ratio deciſsiva relatę Regulæ, ſcilicet, ne occaſione Beneficiorum Regulares, è Clauſtro exeant, non comprehendit Militares Fratres, attentis ſuis Regulis, & Conſtitutionibus.* ibi: n. 2.

*Alia præfatæ Regulæ deciſiva ratio, in profeſſionis, & habitus diſparitate cum Clericis, & Canonicis ſecularibus conſiſtens etiam deficit, & quoddam exemplar adducitur.* ibi: n. 3.

*Ex Bullis Clement. 7. Paul. 3. & S. Pii 5. ſolvitur inſtantia, & ex voto paupertatis, quod dicti Fratres emittunt, liquet, à Clericis ſecularibus penè diſcrepare; ad quod refertur, quid in Jure Canonico ſancitum fuit erga dictos Clericos ſeculares circa diſpoſitionem bonorum.* ibi: n. 4.

*Vires accipit prædicta ſolutio, & aſſumptum firmatur ex hodierna praxi Gienenſis Diœceſis, in qua Dignitates, & Beneficia Parochialia obtinentes abſque Epiſcopi facultate teſtari non poſſunt.* ibi: n. 5.

*Obiter detegitur equivocatio Patris Mendo, eò, quod ex Bullis Julii 2. & Innoc. 8. videtur aſſerere titulum perpetuum Beneficiorum in Ordine Jacobeo conferri Clericis Fratribus.* ibi: n. 6.

*Accipiuntur Beneficia* Villabraz, & Villavidel, *& noſtra capacitas amplius adſtruitur.* ibid.

*Quædam Rotæ deciſio adducitur, convincens obedientiæ votum non officere adſtructæ capacitati, ſimilitèrque, nec votum caſtitatis abſolutæ.* ibi: n. 7.

*Laudatur noſt. Doct. Cano in Conſilio, quod aſſumpſit in hac opinione ab octo Collegiis, & undecim Sapientiſſimis Doctoribus Salmanticenſibus libenter ſubſcripta.* ibid. & n. 8.

*Relatam Regulam, quia odioſam non comprehendere dictos Clericos Militares efficaciſſimis rationibus, & ſacris deciſionibus oſtenditur.* ibi: n. 9.

*Vide etiam part. 2. tract. 6. quæſt. 6. n. 6.*

*Rectè à paritate arguitur; quod ſi dicti Fratres Clerici poſſunt ſe immiſceri negotiis ſecularibus, potiori jure Beneficiis ſecularibus.* ibi. n. 10. *Ubi, & 2. ſeqq. per plurimi Jacobei diverſa munia ſecularia fungentes referuntur.*

*Ultimo adſtruitur relata capacitas, ex doctrina Rodriguez, juncta expoſitione P. Mendo.* ibi: n. 13.

*Pro contraria ſententia aſſeruntur variæ Deciſiones à Quaranta, Gonz. Sanch. & aliis congeſtæ, ſed planè, & abundè intelliguntur, & exemplari quodam reffelluntur.* ibi: 3. à 1. uſq. ad 4.

*Aliud argumentum P. Mendo deſumptum ex conſultationibus Capituli General. noſtri Ordinis anno 1600. & 1652. D. Regi factis, ſolvitur cum noſtro Cano, cujus littera refertur.* ibi: n. 5.

*Amplius roboratur præcedens ſolutio variis conſiderationibus hic expenſis.* ibi: n. 6.

*Solidatur, contra Patrem Mendo, primum fundamentum, quo noſt. Illuſt. Ocampo utitur ad præfatam capacitatem fundandam, conſiſtens in eo, quod, ſuppoſita diſpenſatione Apoſtolica, compoſsibile eſt bonorum dominium in dictis Fratribus à voluntate Prælati dependens, cum voto vivendi ſine propio.* ibi: n. 7.

*Aliud fundamentum relati Ocampo, etiam ſolidatur, & Mendi inconſequentia ex ipſius verbis detegitur, ſimulque implicantia.* ibi: n. 8. & 9.

*Etiam vindicatur authoritate, & ratione, in eo, quod aſſeruit, probibitionem non obtinendi Beneficia ſecularia regularibus factam, Militares non comprehendere, quin hi velint ſe eximere ab omni lege Eccleſiaſtica, ut infert Mendo.* ibi: n. 10.

*Aliis rationibus convincitur, prefatam probibitionem minimè poſſe Militares Clericos comprehendere.* ibi: n. 11.

*Reffellitur Mendo negans hujuſmodi Clericos Militares conſuetudinem habere Beneficia ſecularia obtinendi ſine diſpenſatione quodam exemplari.* ibi: n. 12.

*De alio fundamento noſtri Ocampo, ejuſque impugnatione à P. Mendo facta, agitur remiſsivè.* ibid.

*Aliud fundamentum Ocampo, nempè; Beneficia Ordinum obtinere Clericos sæculares, quin habitu eorum egeant induere, validissimè adstruit prejactam capacitatem, & solutio voluntaria relati Mendo impugnatur.* ibi : n. 13.

Profeſsio.

*Pro ætate requisita ad profeſsionem emmittendam Monialium Ordinum Militarium remissivè ad* 1. *part. tract.* 3. *quæst.* 18. *per totam.* 5. 1. 7. 1.

*Solvitur quædam instantia.* ibid.

*Moniales Jacobæas non aliam Regulam profiteri, quam confirmatam ab Alexand.* 3. *affirmat Basilius Legionensis, ex quo infert, profeſsionem, quam Equites hujus Ordinis faciunt, Moniales etiam facere, ad quod refert stabilim. D. Ildephonsi de Cardenas.* 5. 2. 1. 1.

*Sentit Author, & firmitèr tenet, in relato tempore, non solum dari Fratrisas castitatem conjugalem profitentes, sed Moniales, quę absolutam, & perpetuam profitebantur, sicut & Equites cum hac distinctione dabantur, ad quod citatur noster Agurleta, & Bullarium.* ibi : n. 2.

*Confirmatur assumptum aliis verbis citati Histographi, & quædam Bullæ Alex.* 3. *anno* 1179. *expeditę pro locis ad prædictam distinctionem servandam statutis exponuntur.* ibi : n. 3.

*Ulteriùs attestatur cum verbis Bullarum Innocentii* 3. *anno* 1208. *& Alex.* 3. *confirmationis Ordinis, ubi dicitur* : Habeantur in ipso, qui cœlibem, si voluerint, ducant vitam. ibi : n. 4.

*Ex locis pro continentibus viris statutis, simulque pro conjugatis validissimè arguitur cum nostro Ramirez à principio Ordinis venire, tam viros, quam fœminas castitatem absolutam profitentes.* ibi : n. 5.

*Consonat noster Agurleta in cap.* 47. *vitæ venerabilis Fundatoris.* n. 11. *Pro Monialibus continentibus, & conjugatis loca fuisse etiam statuta firmatur cum prefato Agurleta.* ibi : n. 6.

*Moniales cæterorum Ordinum Militarium à limine fundationum castitatem absolutam profeſsę fuerunt, sicut & Equites usque ad Bullam Pauli* 3. *qui his tantum concesit nubendi facultatem.* ibi : n. 7.

*Qualem formam observent hodiè Moniales nostri Ordinis in profeſsione emmittenda quæritur? & refertur Præpositam Monasterii* Sancti Spiritus *Salmantini in Capitulo Generali Ocanensi anno* 1480. *celebrato, comparuisse, majoris partis sue Communitatis nomine supplicantem, ut deinceps hic Conventus ab extranea, & conjugata, licet ejusdem Ordinis non regeretur.* 5. 2. 2. 1.

*Etiam refertur consensus hujus Præpositæ relatæ majoris partis nomine, ut deinceps Monialium hujus Conventus votum non esse de castitate conjugali, sed absoluta.* ibid.

*Omnia in duobus præcedent. num. petita, concessa, & stabilita fuerunt à præfato Capitulo Generali, ut refert stabilimentum illius hic litteraliter transcriptum.* ibid. & n. 2.

*Ex quo tempore cœperunt Moniales nostri Ordinis castitatem absolutam profiteri, variant Authores; alii à tempore relati Cap. alii ab anno* 1573. *quo stabilitum fuit Moniales profiteri teneri, sicut Concilium Trident. prescribit.* ibi : n. 3.

*Sed Author sentit à tempore, quo Equites desierunt claustralitèr vivere, & præstatur ratio.* ibid.

*Excipitur Conventus* de Junqueras *Barchinonensis, & quarè?* ibid.

*Pro prima sententia refertur Magister Basilius Ponce, cum aliis fortiter invehens adversus AA. qui tenent absolutum solenne votum vovere Moniales, ex tunc profitentes.*

*Inquiritur; an magnus Magister*

in

*in Capitulo Generali Ocanenſi potuerit ſtatuere, ut Moniales Conventus* Sancti Spiritus *Salmantini votum caſtitatis abſolutæ, ſeu non conjugalis profiterentur? & ſupponitur forma profeſſionis pro Monialibus noſtri Ordinis præſcripta.* §. 2. 3. 1.

*Aliqui dicunt, inter quos caput extollit relatus Baſilius, quorum rationes conſulto ommittit Author, & ſolam exprimit quædam ſtatuti dicti Cap. Ocanenſis, quibus prohibetur poſſe eligi in Commendatricem præfati Conventus conjugatam.* ibi: n. 2.

*Ex verbis relatis num. præced. citatus Baſilius; licet graves recognoſcat dificultates oriri, firmat tamen poſſe Moniales hujus Conventus matrimonium validè inhire, quin obſtet hoc ſtatutum, ſed Author non firmat; & præſtatur ratio.* ibi: *n.* 3.

*Refertur contentio quædam in hac materia inter DD. Navarr. & Sarmiento, & Author cum Miranda, & aliis eos conciliat.* ibi: n. 4.

*Inquirit Author pro præſenti dubio, an Moniales Jacobææ ſecundum Regulam Ordinis teneantur ex ſtabilimentis caſtitatem perpetuam ſervare, Bullis Alex.* 3. *confirmationis Ordinis, & Innocent.* 3. *hic citatis præ oculis habitis.* ibid.

*Supponitur Religionum Superiores, nec cum Cap. Gener. poſſe mutare Regulam, ſemel à Sede Apoſtolica approbatam, etiam in melius, & præſtatur ratio.* ibi: n. 5.

*Reſolvit Author, potuiſſe D. Magiſtrum cum Cap. Gener. ſtatuere, ut relatæ Moniales votum caſtitatis abſolutum profiterentur, & probatur.* ibid.

*Amplius probatur, ex verbis citate Bullæ Alex.* 3. *quibus ſtatum continentiæ abſolutæ, non ſolum permittit, verum etiam ab ipſo, noſtro Ordini commendatur*: ibi: n. 6.

*Amplius probatur, evellendo contraria fundamenta, ſcilicet mutationem ſtatus, & Regulæ factam fuiſſe in dicto Cap. Gener.* ibi: n. 7.

*Ex dictis deducit Author; necdum mutationem, aut revocationem Regulæ, verum nec levem ipſius, vel Bullæ confirmationis correctionem fuiſſe ſtabilitam; quod evidenter probat, ac confirmat ex ipſius Bullæ verbis, & alterius ab ipſo Pontifice anno* 1579. *conceſſæ.* ibi: n. 8.

*Amplius firmatur aſſumptum alia Bulla anno* 1208. *conceſſa, & ſatisfit Magiſtro Baſilio Ponce, & Galeote adſtructam facultatem Cap. Gener. denegantibus.* ibi: n. 9. & 10.

*Miratur Author, cur relati Authores mentionem tantum faciant Bullæ Innocent.* 8. *anno* 1486. *conceſſæ, & non relatarum.* ibid.

*Quædam difficultas ex præcitatis pro nobis Bullis proponitur, ſed cum facto ipſo Monialium ſolvitur.* ibi: n. 11.

*Circa alios Conventus Monialium, ut de* Cazollos & de Robledo *tempore relati Cap. General. exiſtentes, credibile judicat Author, ſaltim ad ipſorum translationem admiſsionem à dicti ſtabilim. ſubſequtam fuiſſe, ſicut alii, ex poſt facto fundati illud admiſerunt.* ibi: n. 12.

*Pro contraria ſententia adducuntur proteſtationes à præfatis Monialibus pluriès in viſitationibus repetitæ de non recipiendo ſtabilim. de profeſsione relata, & clauſura diſponens.* ibi: n. 13.

*Ad litteram refertur forma profeſsionis Monialium Conventus* Santæ Fidei *Toletani, necnon* Sanctæ Eulaliæ *Emeritenſis.* ibi: n. 14. & 15.

*De forma profeſsionis Monialium* Sanctæ Matris Dei *Granatenſis remiſsivè ad noſtram.* ibi: n. 16.

*Etiam referuntur formæ profeſsionis Monialium* Sanctæ Crucis *Vallisoletani, &* S. Jacobi *Matritenſis.* ibi; n. 17. & 18.

*Ex relatis formulis deducit, & probat Author, Moniales noſtri Ordinis*

*nis tria vota ſubſtantialia Religionis, admodum Fratrum Clericorum emittere, eſſeque ſimpliciter Religioſas, ſicut, & hi Religioſi.* ibi : n. 19.

*Excipiuntur Moniales Conventus* de Junqueras *Barchinonenſis*, & de los Santos *Ulliſponenſis.* ibid.

*Forma, ſub qua Moniales Conventus* Sancti Spiritus *Salmantini profitentur, prout à Mag. Baſilio Ponce indicatam, teſtatur Author, ſe vidiſſe, & legiſſe, in qua loco verborum*, ſegun la Regla, y Eſtablecimientos de la Orden, *poſita ſunt hæc*, como profeſſaron las antiguas de eſta Caſa. ibi : n. 20.

*Variis rationibus judicat Author præfatam clauſulam*, como las antiguas, &c. *debere aboleri.* ibi : num. 21.

*Rejiciuntur proteſtationes ab ipſis Monialibus factæ, & proſequitur judicium Authoris circa præfatam additionem.* ibi : n. 22. & 23.

*Fit illatio, Cap. General. Ocanenſe nulla indiguiſſe licentia Pontificia, ut id, quod ſtatuit, obſervetur, nec Ordinem hodiè illa indigere, ut loco*, como las antiguas, &c. *ſubſtitui faciat*, ſegun la Regla, y Eſtablecimientos de la Orden de Santiago. ibi n. 24.

*Deſcribitur formula profeſsionis Monialium Ordinis Calatravæ.* ibi : n. 25.

*Pro Monialibus Ordinis Alcantarenſis, licet nulla præſcribatur in ipſius deffinitionibus, una, quam invenit Author Monialium* S. Petri *Brocenſis ad litteram refertur.* ibi: n. 26.

*Moniales Ordinum Militarium, quę ſimpliciter ſunt Religioſæ, tenentur ſervare ſtatuta Concilii Tridentini de Monialibus loquentia, & quædam verba Cap. fin. ſeſſ.* 25. *referuntur.* 5. 2. 4. 1.

*Deducitur, in his Ordinibus non poſſe Moniales ad profeſsionem admitti ante expletum* 16. *annum, & poſt annum ſuſcepti Habitus, ad quod citatur Cap. ejuſdem ſeſsionis.* ibi : n. 2.

*Etiam citatur Cap.* 17. *de præſtando habitu, & exploranda voluntate Monialis loquens.* ibi : n. 4.

*Relatum in præcedent. num. confirmat Cap.* 10. *ſtabilim. noſtri Ordinis tit.* 14. ibid.

*Quid uſu ſit receptum circa exploration em voluntatis Monialis.* ibid.

*Et pro Monialibus Militaribus, vides etiam queſt.* 8. *tract. præced. à num.* 5.

# Q

## Qualitas.

*Recipiendæ ad habitum in Ordine Jacobæo, inter alias qualitates petitas, nobilitatem ſanguinis debent habere, ad quod adducitur Cap.* 1. *ſtabilim. tit.* 3. 5. 1. 5. 1.

*Citatur Pater Mendo affirmans, nobilitatem præfatam non requiri ob Pontificiam diſpenſationem, ſed tantum puritatem ſanguinis, attamen Author teſtatur, eam requiſsiſſe, & quod minimè invenit.* ibid.

*Aliquas rationes adducit Author, quibus incredibile redditur aſſertum P. Mendo.* ibid.

*Firmatur amplius aſſumptum hoc, verbis ſcedullarum Regiarum, quæ Commiſsariis pro informationibus faciendis præſtantur.* ibi : n. 2.

*Aliqua verba ipſarum ſcedullarum in contra propoſita intelliguntur, ut praxis illa intelligit.* ibi : n. 3.

*Fit conſequens; idem obſervandum venire pro Fratribus Clericis, & præſtatur ratio.* ibi : n. 4.

*In Ordine Calatravenſi, ſolum recipiendę in Conventu* Aſſumptionis *de Almagro, nobilitatem tenentur probare varoniæ, paternæ, & maternæ, ſed cur hac aliæ non ? præſtatur ratio.* ibi: n. 5.

*Precedentem nobilitatem, & puritatem tenentur etiam probare admitten-*

*de ad habitum in Ordine Alcantarenſi.* ibi : n. 6.

*Fratriſſæ, ſeu converſę in Ordine Calatravenſi, ſeu Alcantarenſi, & in noſtro Sergentæ tantum puritatem ſanguinis probare debent.* ibi : n. 7.

# S

## Statuta Eccleſiarum.

*Statuta omnia ex natura ſua odioſa eſſe cum aliquibus AA. ſupponitur, ac ita interpretanda, ut non prætergradiantur caſus, & perſonas, de quibus ſpecificè loquuntur, & præſtatur ratio.* 4. 2. 4. 1.

*Præcedens ſuppoſitio ab aliis AA. ita limitatur, ut ſolum ſalvetur in ſtatutis juris communis correctoriis, non vero in aliis, quæ juri ſunt conformia.* ibi : n. 2.

*Ex dictis ſuppoſitionibus fit illatio, nempè, quod ſtatuta Eccleſiarum Cathedralium excludentia ab obtentione Præbendarum, & Dignitatum in Religione Monachali profeſſos, non comprehendere Clericos Militares, & ſingularitèr Canonicos Jacobæos, & probatur pro his.* ibid.

*Ulterius probatur Authoribus gravioris notæ, nec Canonicos Regulares, quales Jacobęi ſunt, appellatione Monachorum in odioſis, & exorbitantibus venire, nec cœtoros Militares, ex diverſo fine, & inſtituto, & appingitur doctrina Lagmet.* ibi: n. 3. & 4.

*Ulterius cum Deciſione Rotę anno* 1570. *& pluribus AA. convincitur, quod, ſicut verbum* Regular *in odioſis Militares non comprehendit, nec verbum* Monachal; *& rejicitur ſententia Salmanticenſium diſtintionem conſtituentium inter Equites, & Clericos Fratres.* ibi : n. 5. & 6.

*Amplius firmatur aſſumptum, ex deffectu rationum ſtatuti in dictis Clericis, & traditur doctrina Suaris, & Panormit.* ibi : n. 7. & 8.

*Statuta Eccleſiarum Cathedralium excludentia ab obtentione Præbendarum, & Dignitatum in Religione Clericali profeſſos, non comprehendunt* Militares Clericos, *& præcipuè Jacobęos, & præſtatur ratio.* ibi : 5. 1.

*Etiam probatur, ex quo verbum* Clerical, *ſi omnes Religioſos Clericos comprehenderet fruſtrà ei adheretur verbum* Monachal. ibi : n. 2.

*Confirmant aſſumptum AA. quì de Religione acuratè tractarunt, quì omnes à* Monachali, *& Clericali Ordines Militares ſecernunt.* ibi : n. 3.

*Opponitur quædam objectio, & ex doctrina Suaris duppliciter ſolvitur.* ibi : n. 4.

*Alia ratio adſtruitur ex doctrina relati Patris Suaris, qua demonſtratur, ſaltem Jacobęos ſub dicto ſtatuto non comprehendi.* ibi : n. 5.

*Amplius hoc ipſum convincitur, ex quo, ſicut verbum* Clericus *in odioſis Canonicum non comprehendit, neque in Religione Clericali profeſſus Canonicum Regularem.* ibidem.

*Confirmatur precedens ratio alia doctrina dicta Suaris diſtinctionem conſtituentis inter Canonicos Regulares, & Clericos Regulares, eamdem ac inter Sæculares Clericos, & Canonicos etiam Sæculares.* ibi : n. 6.

*Firmatur aſſumptum num. anteced. ex diverſo fine, & inſtituto; & quædam ſolvitur inſtantia cum relato P. Suar.* ibi : n. 7.

*Amplius reſpondetur, & prædicta diſtinctio protrahitur ad omnes Ordines* Militares *ex ſententia P.* Mendo. ibi : n. 8.

*Ulterius probatur concluſio, aliis rationibus, & quædam Capitula Canonica intelliguntur.* ibi : n. 9.

*Ex deffectu rationis ſtatuti in* Militaribus; *& quia eorum comprehenſio contraria eſt bono communi Eccleſiarum amplius probatur.* ibi : n. 10.

*Pro Choronide referuntur duo ſtatuta Cordubenſ. & Conchenſ. Eccleſiarum, quibus pateſit aſſumptum.* ibi : n. 11.

*Etiam refertur noſter Sapientiſsim. Cano, unus pro mille, qui, non ſolum hanc ſententiam fundavit, verum etiam alios, tam Juriſtas, & Canoniſtas DD. quam Theologos conſuluit, qui omnes libenter ſubſcripſerunt, & priorum Catbalogus refertur.* ibi: n. 12. & 13.

*Octo Regularium Collegia, & pro his ipſorum Sapientiſsimi Magiſtri, & Lectores ſubſcribentes etiam refertur.* ibi: n. 14.

*Alii Sacræ Theologiæ DD. etiam referuntur pro hac eadem opinione, Authorque teſtatur ſe alios conſuluiſſe, qui unanimi conſenſu ſenſerunt D. Magiſtro expectare Pontificiam Declarationem pro Ordinum Militarium incremento petere.* ibi: n. 15.

*Eccleſiæ Cathedralis Gienenſis facti contingentia cum Authore circa fundatam capacitatem latè, & ab origine refertur.* ibi: à n. 1. per tot.

*Alius caſus D. D. D. Didaci Martinez Garrido in Eccleſiis Conchenſi, & Legionenſi ea ſtatuta habentibus, à Gienenſis etiam adducitur, qui cum præcedenti collato apparet, non in capacitatem, ſed praxim Eccleſiarum officere Clericis Militaribus.* ibi: n. 2.

*Alius caſus D. D. Ildephonſi Morillo & Belarde, Calatravenſis Collegæ in oppoſitione Salmantinæ Pœnitentiariæ ultimò refertur.* ibi: n. 3.

# T

## Teſtamentarii.

*Abſque Superioris licentia non poſſe Religioſos executores Teſtamentarios eſſe plures AA. ferunt; ex eis aliqui addentes licentiam præfatam pro forma actus requiri.* 4. 1. 9. 1.

*Ut probabilius tenet Author cum aliis pluribus executionem teſtamenti valere licentia deficiente, dummodo deffectus illius non opponatur, & ſatisfit contrariis fundamentis.* ibi: n. 2.

*Proponitur inſtantia ex doctrina P. Thom. Sanch. & Carpio, cui, quia ex dictis in antecedenti numero ſatisfit, ſubſiſtit Author in ſententia amplexata.* ibi: n. 3.

*Beneficiarii Ordinum Militarium poſſunt abſque expreſſa Superiorum licentia executionem teſtamenti acceptare.* ibi: n. 4.

*Dubitatur; an poſsint Epiſcopi rationes petere à Religioſo teſtamenti executore, & ſub fœdere diſtinctionis reſolvitur.* ibi: n. 5.

*Quantum ad Religioſos Militares precedens, quæſtio reſolvitur non poſſe ob plurima privilegia omnimodæ exemptionis.* ibi: n. 6.

## Teſtes.

*Religioſi nequeunt abſque Superioris licentia in judicio ſæculari teſtificari, ſed ſi de facto illud faciant, valebit teſtificatio, dummodo pars non contradicat.* 4. 1. 6. 1.

*Sine licentia Prælati poteſt Religioſus teſtis inſtrumentalis eſſe.* ibi: n. 2.

*Religioſus non poteſt abſque Superioris licentia teſtis ſcribi in teſtamento, in quo Monaſterium ejus hæres inſtituitur, vel aliquid ei legatur juxta AA. hic citatos, ſed ſi defacto hoc faciat, non ideò teſtamentum poteſt impugnari.* ibi: n. 3.

*Si Religioſus nequeat de licentia Prælati in foro ſæculari, ut Eccleſiaſtico teſtificare, poteſt Prælatus eum cogere cum Cenſuris, ſi caſus ſit civilis, non verò, ſi ſit criminalis.* ibi: n. 4.

## Translatio.

*Translatio Conventus* Sanctæ Euphemię *noſtri Ordinis in Civitatem Toletanam à Regibus Catholicis anno 1502. facta narratur.* 5. 1. 1. 18.

*Alia pro honorificentia hujus Conventus referuntur.* ibid.

*Tres translationes Conventus* Conceptionis *Ordinis Calatravensis referuntur, & quibus temporibus fuerunt factæ, & tertia, quo Regio aparatu.* 4. 1. 1. 31. 32. & 33.

Tutela.

*Dividitur tutela, in testamentariam, legitimam, & dativam.* 4. 1. 8. 1.

*Religiosus nequit ullam ex rellatis tutelis suscipere, etiam cum licentia Prælati, licet, aliqui AA. ferant posse cum dicta licentia legitimam suscipere, sed contrarium firmat Author cum pluribus aliis.* ibi: n. 2.

*Religiosis Beneficiariis Ordinum Militarium, & qui extra Conventum degunt, munus tutelæ suscipere ex bonis patrimonialibus, vel aliundè adquisitis, & legitima licentia possessis; non est cur denegetur.* ibi; n. 3.

U

Unio.

*Vindicatur noster Gragera in allegatione* pro præcedentia Fratrum Sacerdotum Conventus Hispalensis ad Equites Jacobæos, *ab impostura Mendi; nempè, illum à confirmatione Ordinis Canonicos* del Hoyo, *& Equites, ita fuisse unitos, quod inter se distintos, & separatos remansisse.* 5. 3. unic. n. 13.

# FINIS.

SORIA

FINIS.

2,652
4122